Auli Gelii noctium Atticarum libri
Perquam diligentissime
castigati ac nuperri
me Impressi.

AVLI Gelii noctium atticarum commentarii. Liber Primus.

LVTARCHVS In libro quem οτιόσῃ ψυχῶν καὶ σωμάτων ανεφωνῆς πέ ρι εὐφυίαν καὶ αρετην Διαφορα.i. quantum inter homines animi corporisq; ingenio atq; uirtutibus interfit:conscripsit:scite subtiliterq; ratiocinatum Py/thagoram philosophum dicit:in reperienda: modulandaq; status lōgitudinis eius præstantia.Nam quum fere constaret curriculū stadii:quod est pisis apud Iouem olympium:Herculem pedibus suis metatum : idq; fecisse longū pedes ducentos:cætera quoq; stadia in terris græciæ ab aliis postea instituta : pedum quidem esse numero ducentorum:sed tamen esse aliquantulum breuiora : fa/cile intellexit modum: spatiūq; plantæ Herculis ratione proportionis habita: tanto fuisse:q̄ aliorum procerius:quanto olympicum stadium longius esset: q̄ cætera.Comprehensa autem mensura herculani pedis secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Atq; ita id col legit:quod erat consequens:tāto fuisse Herculem corpore excelsiorem:q̄ alios: quanto olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret.

Ab Herode attico consulari uiro tempestiue deprompta in quendam iactatum & glorioſum adolescen/tem:specie tantum philosophiæ sectatorem uerba Epicteti stoici:quibus festiuiter a uero stoico seiunxit uul gus loquacium nebulonum:qui se stoicos nuncuparent. Cap. II.

Erodes atticus uir & græca facūdia:& consulari honore præditus:accersebat sæpe nos: quū apud magistros athenis essemus:in uillas eius urbi ꝓximas:me & clarissimum uirum Seruilianū:com pluriſq; alios nostrates:qui Roma in græciam:ad capiendum ingenii cultū concesserant.Atq; ibi tunc quū essemus apud eū in uilla:cui nomen ē Cephysia:& æstu anni:& sidere autumni flagran/tissimo propulsabamus caloris incōmoda lucoꝝ umbra ingentium : longis ambulacris:& molli bus ædium posticum refrigerātibus lauacris nitidis:& abundis& colluc ētibus:totiusq; uillæ uenustate aqs undiq; canoris:atq; auibus personante. Erat ibidem nobiscū simul adolescēs:philosophiæ sectator : disci/plinæ:ut ipse dicebat stoicæ.sed loquacior impendio & promptior. Is plerūq; in conuiuio sermonibus : qui post epulas haberi solent:multa atq; īmodica de philosophiæ doctrinis ītempestiue:atq; insolite disserebat. Præq; se uno cæteros omnis linguæ atticæ prīcipes:gentēq; omnem togatam quodcūq; nomē latinum:ru/des esse:atq; agrestes prædicabat:atq; īterea uocabulis haud facile cognitis:syllogismoꝝ captionūq; dialecti/caꝝ laqueis strepebat κυριεύοντας σοχάζουσας θεωρίας.i.laqueoꝝ adhuc speculatōes claudicantes.Aliosq; id genus griphos neminē posse dicēs nisi se dissoluere. Rem uero ethicā naturāq; humani ingenii:uirtutūq; origines:officiaq; eaꝝ confinia:aut contra morboꝝ uitiorumq; fraudes:animorūq; labes:ac pestilentias asse uerabat:nulli esse ulli magis ea omnia explorata:comperta:meditataq;. Cruciatibus aūt doloribusq; corpo/ris & periculis mortē minitātibus:habitū statūq; uitæ beatæ:quā se adeptum esse putabat:neq; lædi neq; im minui existimabat. Ac ne oris quoq; & uultus serenitatem stoici hominis:unq̄ illa posse ægritudine obnubi lari.Has ille inanes quū flaret glorias:iamq; omnes finē cuperēt:uerbisq; eius defatigati perteduissent : tum Herodes græca:cuius plurimus ei mos fuit:oſone utens. Permitte inqt philosophoꝝ amplissime : quoniā respondere nos tibi:quos idiotas uocas:non quimus:recitari ex libro:quid de huiuscemodi magniloquētia uestra senserit:dixeritq; Epictetus stoicoꝝ maximus.iussitq; ꝓferri disertationū Epicteti digestaꝝ ab Aria/no primū librum:in quo ille uenerandus senex iuuenes:qui se stoicos appellabant:neq; frugi neq; operæ pro bæ:sed theorematibus tantum nugalibus:& puerilibus isagogarum commentationibus dilatrantes:obiur/gatione iusta īcessuit.Lecta igitur sunt ex libro qui prolatus est:ea quæ addidit.Quibus uerbis Epictetus se/uere simul ac festiuiter seiunxit:atq; diuisit a uero:atq; sincero stoico:qui esset proculdubio:ακωλυτος:ανε κβιαζος:απαραβιαστος:ελευθερος εὐπορος εὐδαιμων.i.non prohibitus inuiolatus: minime implici/tus:liber diues fœlix:uulgus aliud nebulonū hominum qui se stoicos nūcuparent.Vltroq; uerborum & ar/gutiarum fuligine ob oculos audientium iacto sanctissimæ disciplinæ noīe mentirentur.ειπεμοι περι αγα θων.και κακων ακουεις.ιλιοθεν μεφερων ανεμος κικονεσσι τελασσεν.Των δ̄ντων ταμενεσιν αγατα.τα/δε κακα.τα δε αδιαφορα αγαθα μενον:αρεται κακα τα μετεχοντα κακιας.αδιαφορα δε τα μεταξυ του/των:πλουτος:συγγενια:ζωη θανατος.ηδονη:πονος:πόθεν οιδας ουτως ελληνικος λεγεις εντοις αι/γυπτιακοις τι γαρ διαφερει τουτο ειπειν ηὁτι διογενης.εν τη ηθικη η χρυσιππος η κλεανθης : βεβα/σανικασ ουν αυτο:και δογματα σαυτου πεποιησαι:δεικνυε πασι εἰωθασεν πλοιω χειμαζεσθαι μεμνησαι ταυτης της διαιρεσεως οταν ψοφησῃ το ισιον και ανακραυγασῃ εανσοι της ουτω πασι παρασαθεισ ειπε μοι συα πρωην λεγεσ:μη κακια εξι το ναναγισαι:μη της κακιας μετεχονραξυλον ενσεισεισ αυτο τιθημιν.και σοι αντρωπε.απολυμεθα και συλεων παιζεισ.εαν δεσε οκαισαρ μεταπεμψηται κα της γοργους μενων.ideſt de bonis cedo: & malis audis ne illud? Ad ciconas troia referens me uentus adegit: Rerum quædam bona:quædam mala:quædam indifferentia sunt.Bona sane uirtutes:quæ uitii particip̄at mala:Indifferentia uero illa quæ inter hæc media sunt:opes: coniugium : uita: mors:uoluptas: labor: unde nosti inquit? Sic Hellanicus in ægyptiacis tradit.Quid enim refert ita dicam an Diogenem in moralibus: Crisippūue:aut Cleanthem? Hoc itaq; exquisiuisti: decretumq; feciſti tuum. Expone quonam modo tem/pestatē in naui feras.nunqd eius distinctōis memineris:ubi instrepit ac stridet uelū? si qs te ita alloquatur:re pete age tu ea:quæ mō aiebas:nū sit uitiū naufragiū facere? nū particeps uitii sit : annon contra istum baculū moueas? heus hō:quid mecū tibi? nos ꝓmus:& ipse ludis Cæsar quoq; si te delatū accersiuerit:qd agas?

Quod Chilo lacedæmonius consiliū anceps pro salute amici cœpit. Quodq; est circūspecte & anxie cōsiderandū an pro utilitatibus amicorū delinquendū aliquādo sit. Notataq; inibi: & relata quæ Theophrastus & M. Cicero super ea re scripserunt. Caput. III.

CHilo præstabilis homo sapientiæ: quonam usq; debuerit contrā legem: contraq; ius pro amico progredi dubitauit. Eaq; res ī fine quoq; uitæ ipso: animum eius anxit. Et alii deiceps multi philosophiæ sectatores: ut in libris eorum scriptum est: satis inquit scite: satisq; sollicite quæsiuerunt: ut uerbis quæ scripta sunt ipsis utar: εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ πάρα τὸ δίκαιον. καὶ μέχρι πόσου καὶ πῇ: ideſt nunquid oporteat contra iusticiam amico subuenire? & qua fini? & in cuiusmodi? ea uerba significant: quæsisse eos: an nōnunq; contra ius: cōtraue morē faciendū p amico sit: & in qualibus & in quibus causis. & quēnam aduseq; modum. Super hac quæstione cum ab aliis sicuti dixi: multis tum diligentissime a Theophrasto disputatur: uiro in philosophia peripathetica modestissimo doctissimoq;. Eaq; disputatio scripta est si recte meminimus: in libro eius de amicitia primo. Eum libr. M. Cicero uidet legisse: quū ipse quoq; libr. de amicitia componeret: & cætera quidem quæ sumenda a Theophrasto existimauit: ut ingenium: facundiaq; eius fuit: sumpsit & transposuit commodissime aptissimeq;. Nunc autem locū de quo satis quæsitum esse dixi: omnium rerum aliarum difficillimum: strictim: atq; cursim transgressus est. Neq; ea q̄ a Theophrasto pensiculate atq; enucleate scripta sunt executus é. Sed anxietate illa & q̄si morositate disputatōis prætermissa: genus ipm rei tātū paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis si recensere qs uellet apposuit. His igit finibus utendum eē arbitror: ut cū emēdati mores amicor sunt: tū sit iter eos oium rer cōsiliorum: uoluntatū sine ulla exceptōe communitas: ut etiam siqua fortuna acciderit: ut minus iustæ uoluntates amicor adiuuandæ sint: in qbus eorum aut caput agat: aut fama declinādum sit de uia: modo ne summa turpitudo sequat. Est. n. quatenus amicitiæ uenia dari possit. Quum aget inquit aut caput amici: aut fama declinandum est de uia: ut etiā nonnunq; uoluntatē illius adiuuemus. Sed cuiusmodi declinatio ista esse debeat: qualisq; ad adiuuandū digressio: & in quanta uolūtatis amici iniquitate non dicit. Quid aūt refert scire in huiusmodi periculis amicor: si non magna me turpitudo īsecutura est: de uia recta esse declinandū? nisi id quoq; me docuerit: quā putet magnam turpitudinem? & cū decessero de uia: quousq; digredi debeā? Est enim inqt quatinus dari amicitiæ uenia possit. Hoc immo ipsum est: quod maxime dilcēdū est: quodq; ab iis: qui doceant. minime dicit: quatinus quaq; fini dari amicitiæ uenia debeat. Chilo ille sapiēs de quo paulo ante dixi: conseruandi amici causa: de uia declinauit. Sed uideo quousq; progressus est: falsum enim p amici salute consiliū dedit. Id ipsum tamen in fine quoq; uitæ: an iure possit reprehēdi: culpariq; dubitauit. Cōtra patriam inquit Cicero arma pro amico sumenda nō sunt: hoc profecto nemo ignorauit. & priusq; Theognis: ut Lucilius ait: nascerē. Sed id quæro: id desidero: quum pro amico contra ius: & contra q̄ licet: salua tamen libertate atq; pace: faciendum est: & quum de uia (sicut ipse ait) declinādum est: quid: & quantum: & in quali causa: & quonam usq; id fieri debeat? Pericles ille atheniēsis egregius uir ingenio: bonisq; omnibus disciplinis ornatus: in una quidem specie: sed planius tamen: quid existimaret professus est. Nam quum amicus eum rogaret: ut pro re causaq; eius falsum deieraret: his ad eum uerbis usus é: Δεῖ μέντοι προάττειν τὸ ἰς φίλοισ ἀλλα μέχρι θεῶν. Ideſt opus est me amicis commodare: sed usq; ad aras. Theophrastus in eo quem dixi: libro: inquisitius quidem super hac re ipsa & exactius: prestiusq; Cicero dixerit. Sed is quoque in docendo: non de unoquoq; facto singulatim existimat: neq; certis exemplorum documentis: sed generibus rerum summatim: uniuersimq; utit: ad hunc ferme modum. Parua inquit & tenuis uel turpitudo uel īfamia subeunda est: si ea re magna utilitas amico quæri potest. Rependit quippe: & compensatur leue damnum delibatæ honestatis maiore alia: grauioreq; in adiuuando amico honeste. Minimaq; illa labes: & quasi lasciuia famæ imminentis: partarum amico utilitatum ratione solidatur. Neque nominibus inquit moueri nos oportet: q̄ paria genere ipso non sunt: honestas meæ famæ: & rei amici utilitas. Ponderibus hæc enim potestatibusque præsentibus: non uocabulorum appellationibus: neque dignitatibus generum diiudicanda sunt. Nam quum in rebus aut paribus: aut non longe secus: utilitas amici: & honestas nostra consistit. honestas procul dubio præponderat. Quū uero amici utilitas nimio est amplior: honestatis autem nostræ ī re non graui leuis iactura est: tunc quod utile amico est: id primum illo: quod honestum nobis est: fit plenius. sicuti est magnū pondus æris: parua lamina auri fit preciosius. Verba adeo ipa theophrasti super ea re adscripsi. οὐκεῖ Τίπου τοῦ τῶ γενεῖ τιμιώτερον ἦλη. καὶ οτι οὐν μέρος τουτου. προς τοτἠλίκον δε θατερον συνκρινόμενον αἱρετον ἐςαι. λεγω δε οἷον καὶ χρυσίον τιμιώτερον χαλκου. καὶ τηλίκον δε τοῦ χρυσοῦ. τῶ τηλίκῳ δε χάλκοῦ μεγεθος αντι παρα βαλλομενον. πλεον δοξει. αλλα πῶι ησει τινα τερὸπην. καὶ τόῶλήθός. καὶ το μεγεθός. Ideſt non siqd suo genere alio est nobilius: continuo quæuis quoq; pars eius: partis cuiuslibet alterius: quo cum comparatur: collatōe eligenda sit potius. uerbi gratia. hoc modo ut & nobilius ære aurum sit. & auri pars quælibet portionis cuiuslibet æris comparatione: sit pluris. uerum non nihil discriminis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet. Phauorinus quoq; philosophus huiuscemodi īdulgentiam gratiæ tempestiuius: laxato paulū permisso subtili iusticiæ examine: his uerbis definiuit. ἥκα λουμενή χάρης παρατοὶσ ανθρο ποισ τουτοεῖν υφεσισ α. κριβειασ ενδεονti. Ideſt quæ gratia apud homines uocat: hoc quidem est: iuris diligentioris loco & tempore imminutio. Post deinde idem Theophrastus ad hanc ferme sententiam disseruit. Has tamen inquit paruitates rerum: & magnitudines: atq; has oīs officiorum æstimationes: alia nonnunquam momenta extrinsecus: atq; alia quasi appendices personarum: & causarum & temporum: & circunstantiæ ipsius necessitates: quas includere præcepta difficile est: moderātur: & regunt: & quasi gubernant. & nunc ratas efficiunt: nūc irrita. Hæc talia quæ Theophrastus satis cau-

iuss. Thegnis
ycretur
rricles Athe
ienſis

te:& sollicite:& religiose:causa discernendi magis disputandiq; diligentia: q̃ cum decernendi sententia fidu/ ciaq; disseruit:quoniam profecto causas scientiæ:corporum uarietates: dissertationumq;: & differentiarum ignorantes:directum atq; perpetuum:distinctumq; in rebus singulis præceptum:quod ego uos ī prima tra ctatus istius parte desiderare dixeram: non capiunt. Eius autem Chilonis a quo disputatiunculæ huius ini/ tium fecimus: quum alia quædam sunt cognitu utilia:atq; prudentia: tum id maxime exploratæ utilitatis est: q; duas ferocissimas affectiones amoris:atq; odii intra modum tantum coercuit. Hac inquit fini ames: tanquam forte fortuna osurus.hac itidem tenus operis:tanquam fortasse post amaturus.Super hoc eodem Chilone Plutarchus philosophus in libro περὶ ψυχῆσ.Idest de anima primo uerbis ita scripsit.χεῖλον οπτα λαιοσ ακουσασ τινὸς λέγοντοσ. μηλενὰεχεῖν εχτρον.ηρωτησενεί καὶ μηδενὰφίλὸν εχει νὼμιζων εξα νάγκης επακὸλὸυθεῖν καὶ σύνεπαγ̃εσθαι φίλιασ καὶ απεχθεῖασ.Idest Chilo senior:quum quempiã dicen/ tem audisset:nullum se inimicum habere:an nullum etiam amicum haberet:interrogauit.amicitias inimi citiasq; inuicem consequi & adduci necesse esse arbitratus.

Quam tenuiter curioseque explorauerit Antonius Iulianus in oratione Marci.T. uerbi ab eo mutati argutiam. Caput VII.

ANtonius Iulianus rhetor perq̃ fuit honesti:atq; amœni ingenii. Doctrīa quoq; ista utiliore ac dele/ ctabili:ueterūq; elegantiarum cura:& memoria multa fuit. Ad hæc scripta oīa antiqora tam cu/ riose spectabat:aut uirtutes pensitabat:aut uitia rimabatur:ut iudicium factū esse ad amussim di ceres.Is Iulianus super eo enthymemate: quod est in oratione. M.Tullii: quam pro Gn. Planco dixit: ita æstimauit. Sed uerba prius: de quibus iudicium ab eo factum est: ipsa ponam. Quanq̃ dissimilis pecuniæ debito & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit: statim non habet:id quod reddidit.Qui autem de bet:æs retinet alienum.Gratiam autem & qui refert:habet & qui habet: in eo ipso quod habet:refert. Neq; ego nunc Planco desinam debere:si hoc soluero. Nec minus ei redderem uoluntate ipsa:si hoc molestiæ nō accidisset.Crisippum sane īquit agmen orationis:rotundumq;:ac modulo ipso numerorum uenustum sed quod cum uenia legendum sit:uerbi paulum ideo immutati:ut sententiæ fides salua esset.Namque debitio gratiæ & pecuniæ collata uerbum utrobique seruare posset.Ita enim recte opposita inter sese gratiæ: pecu/ niæq; debitio uidebitur:si & pecunia quidem deberi dicatur:& gratia.Sed quid eueniat in pecunia debita so luta ue: quid contra in gratia debita redditaue debitiōis uerbo utrinq; seruato differatur. Cicero autem in/ quit.quum gratiæ pecuniæq; debitionem dissimilem esse dixisset:eiusq; sententiæ rationem redderet: uer/ bum debet in pecunia ponit: in gratia habet subiicit;: pro debet. Ita enim dicit. Gratiam autem & qui re/ fert:habet:& qui habet:in eo ipso quod habet:refert.Sed id uerbum habet:cum proposita comparatōe non satis conuenit.Debitio enim gratiæ non habitio cum pecunia confertur.Atq; ideo consequens quidem fue rat sic dicere:& qui debet in eo ipso quod debet:refert:quod absurdum & nimis coactum foret: si nondum redditam gratiam:eo ipso redditam diceret:quia debetur.immutauit ergo inquit:& subdit uerbum ei uer bo:quod omiserat:finitimum:ut uideatur & sensum debitionis collatæ non reliquisse: & concinnitatē sen/ tentiæ retinuisse.Ad hunc modum Iulianus enodabat:diiudicabatq; ueterum scriptorum sententias: quas apud eum adolescentes lectitabant.

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atq; uestitu probris obnoxio:infamiq; mundicia fuit. quod/ q; item Hortensius orator ob eiusmodi mundicias:gestumq; in agendo histrionicum Dionysiæ saltatricu/ læ cognomento compellatus est. Caput V.

DEmosthenem tradunt:& uestitu cæteroq; cultu corporis nitido uenusto: nimisq; accurato fuis/ se.hinc etiam κὸμψὸν illa χλαινίσ καὶ μαλακόι χιτωνίσ κόι: idest elegās illa uestis: & molles tu niculæ ab æmulis aduersariisq; probro datum.hinc etiam turpibus:indignisq; in eum uerbis nō temperatum:quum parum uir:ore quoq; polluto diceretur.Ad eundem modum Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ:nisi.M.Tullio clarior:qui multa cum mundicia:& circunspecte com positeq; indutus:& amictus esset:manusq; eius inter agendum forent argutæ admodum & gestuosæ: male dictis compellationibusq; probrosis iactatus est.multaq; in eum quasi in histrionem:in ipsis causis atq; iudi ciis dicta sunt.Sed cum.L.Torquatus subagresti homo ingenio:& infestiuo:grauius acerbiusq; apud consi/ lium iudicum: quum de causa Syllæ quereretur: non iam histrionem eum esse diceret:sed gesticulariam Dionysiamq; eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret. Tum uoce molli: atq; demissa Hortensius. Dionysia īquit Dionysia malo equidem esse:q̃ quod tu Torquate.ἀμοῦσὸν αγρὸικίαν ὸν.απρὸσιτὸν.i. inelegans agrestis aditu difficilis.

Verba ex oratione Metelli Numidici :quam dixit ad populum in censura:quum eum ad uxores ducen/ das adhortaret.eaq; oratio quá ob causam reprehensa:& quo cōtra modo defensa sit. Caput. VI.

MVltis & eruditis uiris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici grauis ac diserti uiri:quam in censura dixit ad populum:de ducendis uxoribus:quum eum ad matrimonia capessenda hor/ tatur.In ea oratione ita scriptum fuit. Si sine uxore possemus quirites esse:omnes ea molestia ca reremus.Sed quoniam ita natura tradidit:ut nec cum illis satis commode:nec sine illis ullo mo/ do uiui possit: saluti perpetuæ potius q̃ breui uoluptati consulendum. Videbatur quibusdam Metellum censorem cui consilium esset:ad uxores ducendas populum hortari non oportuisse: nec de mo/ lestia incōmodisq; ppetuis rei uxoriæ cōfiteri.neq; adhortari magis: q̃ dissuadere absterrereq;.Sed contra:il lud potius oīonem debuisse sumi dicebant:ut & nullas plerunq; esse in matrimoniis molestias assueueraret: & sique tamen accidere nonnunquam uidereṫ paruas & leues facilesq; esse toleratu diceret. maioribusq;

eas emolumentis:& uoluptatibus oblitterari.easdemq; ipsas neq; omnibus:neq; naturæ uitio:sed quorun/
dam maritorum culpa & iniusticia euenire.T.autem Castritius recte atq; condigne Metellum esse locutũ
existimabat.Aliter inquit censor loqui debet:aliter rhetor.Rhetori concessum est sententiis uti falsis:auda/
cibus:subdolis:captiosis:si modo uerisimiles sint:& possint ad mouendos hominum animos qualicunque
astu irrepere. Propterea turpe esse ait rhetori:siquid in mala causa distitutum:atq; impugnatum relinquat
Sed enim Metellum inquit sanctum uirum illa grauitate & fide præditum:cum tanto honore:atq; digni/
tate uitæ:apud Romanũ loquentem nihil decuit aliud dicere:q̃ quod uerum sibi esse: atq; omnibus uideba
tur:præsertim quum super ea re diceret:quottidiana intelligentia & communi peruulgatoq; uitæ usu com
præhenderetur.De molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus:eaq; confessione fidem sedulita
tis:ueritatisq; commeritus:tum deniq; facile & procliuiter : quod fuit omnium rerum ualidissimum atq;
uerissim um persuasit:ciuitatem saluam esse sine matrimoniorum frequentia non posse. Hoc quoq; aliud
ex eadem oratione Metelli dignum esse existimauimus assidua lectione:non hercle minus: q̃ quæ a grauis/
simis philosophis scripta sunt.Verba Metelli hæc sunt.Dii immortales plurimũ possunt:sed non plus uelle
debent nobis q̃ parentes.At parentes:si pergunt liberi errare:bonis exhæredant. Quid ergo nos a diis imor
talibus diutius expectemus:nisi malis rationibus finé facimus: iisdé deos propitios esse æquũ est:qui sibi ad
uersarii non sunt.Dii immortales uirtuté approbare:non adhibere debent.

In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrẽ:hanc sibi rẽ sperant præsidio futurũ : neq; mendã
esse:nec uitiũ.Errareq; istos:qui bonos uiolant libros & futurã scribunt.Atq; ibi de quodam alio Ciceronis
uerbo dictũ:quod probe scriptũ perperã mutatur.Et aspersa pauca de modulis: numerisq; orationis : quos
Cicero auide sectatus est.

Caput. VII.

IN oratione Ciceronis quinta in Verrem libro spectatæ fidei:tyroniana cura:atq; disciplina facto:
ita scriptum est.Homines tenues obscuro loco nati:nauigant:adeuntq; ad ea loca : quæ nũquam
antea didicerant:neque noti essent quo uenerunt:neq; semper cũ cognitoribus esse possunt. Hac
una tantum fiducia ciuitatis:non modo apud nostros magistratus:qui & legum:& æstimationis
periculo continentur:neq; apud ciues solum romanos:qui & sermonis: & iuris:& multarum re/
rum societate iuncti sunt fore se tutos arbitrantur:sed quocunq; uenerint:hanc sibi rem præsidio sperant fu
turum.Videbatur q̃pluribus in extremo uerbo menda esse.debuisse enim scribi putabant:nõ futurum:sed
futuram.neq; dubitabant:quin liber emendatus esset : ne ut in Plauti comœdia mœchus : sic enim mendæ
suæ illudebant:ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius. Aderat ibi forte amicus noster ho/
mo lectione multa exercitus: cui pleraq; omnia ueterum litterarum quæsita:meditata:euigilataq; erant. Is
libro inspecto ait:nullum esse in eo uerbo:neq; mendam:neq; uitium.Ciceronem probe ac uenuste locutũ.
Nam futurum inquit non refertur ad rem:sicut legentibus temere:& incuriose uidetur: neque pro partici/
pio positum est:sed uerbum est indefinitum:quod græci appellant απαρεμφατόν:neq; numeris: neq; gene
ribus præseruiens:sed liberum undiq; & impromiscuum est. Quali.C.Gracchus uerbo usus est in oratio/
ne:cuius titulus est de.Q.Popilio circum cõciliabula:in qua ita scriptum est.Credo ego inimicos meos hoc
dicturum. Inimicos inquit dicturum: & non dicturos. Videtur ne ea ratione apud Gracchum dicturum:
qua est apud Ciceronem futurum: sicut in græca oratione sine ulla uitii suspitione omnibus numeris:gene/
ribusq; sine discrimine attribuuntur huiuscemodi uerba ποιησειν εσεσθαι.Idest futurum: λεξειν εσεσθαι di/
cturum & similia. In Q.quoq; quadrigarii tertio annali.libro uerba hæc esse dixit. Dum hi conciderentur:
hostium copias ibi occupatas futurum.In duodecimo annali eiusdem quadrigarii principium libri sic scri/
ptum.Si pro tua bonitate & nostra uoluntate tibi ualitudo suppetit:est quod speremus : deos bonis benefa/
cturum.Item in Valerii Antiatis libro quarto & uigesimo simili modo scriptum esse. Si hæ res diuinæ fa/
ctæ:recteq; perlitatæ essent:aruspices dixerunt omnia ex sententia processurũ. Plautus etiam i Casina quum
de puella loqueretur:occisurum dixit:non occisuram his uerbis. Etiam ne habet Casina gladium? Sta ha/
bet. Sed duos: quibus altero te occisurum ait:altero uillicum.Item Laberius in Gemellis. Non putaui inqt
hoc eam facturum. Non ergo isti omnes solœcismus quid esset:ignorauerunt. Sed & gracchus dicturum:
& quadrigarius:futurum:& benefacturum:& Plautus occisurum:& Antias processurum:& Laberius factu
rum:indefinito modo dixerunt.qui modus neq; in numeros:neq; in personas: neq; in genera distribuitur.
Sed omnia istæc una eademque declinatione complectitur.Sicuti.M.Cicero dixit futurum: non uirili gene
re:neq; neutro.solœcismus enim foret plane. sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idé
autem ille amicus noster in eiusdem.M.Tullii Ciceronis oratiõe:quæ est de imperio Gn.Pompeii : ita scri/
ptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita lectitabat.Quum nostros portus:atq; eos portus: quibus uitam
ac spiritum ducitis: in prædonum fuisse potestatem sciatis. Neque solœcismum esse aiebat : in potestatem
fuisse:ut uulgus semidoctum putat : sed ratione dictum certa & proba:contendebat:qua & græci ita uteren
tur & Plautus uerborum latinorũ elegantissimus in Amphitrione dixit. Nunc uero mihi in mentem fuit
non ut dici solitum est in mente. Sed enim præter Plautum:cuius ille in præsenti exemplo usus est: mul/
tam nos quoque apud ueteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. Atq; his uulgo annota/
mentis inspersimus. Vt rationem istam missam facias & auctoritates : sonus qui ευφωνια. Idest uoculatio
tantum : & positura ipsa uerborum satis declarant: id potius εσωμελεστατον λεξεων.Idest uocabulorum de
lectui diligenti : modulamentisque orationis.M.Tullii conuenisse : ut quoniã utrumuis dici latine posset:
potestatem dicere mallet : non potestate. Illud enim sic compositum iocundius ad aurem. conspectiusque:
insuauius hoc imperfectiusq; est: si modo ita explorata aure homo sit:non surda: nec iacenti. sicuti est her/

cle q̄ explicauit dicere maluit: q̄ explicuit:quod esse iam usitatius cœperat. Verba sunt hæc ipsius in exhortatione quam de imperio Gn. Pompeii habuit. Testis est sicilia: quam multis undiq̄ cinctam periculis non terrore belli: sed consilii celeritate explicauit. At si explicuit diceret: imperfecto & debili numero uerborum sonus clauderetur.

Historia ī libris Phociōis philosophi repta sup Laide meretrice:& Demosthene rhetore. Caput VIII.

HOcion ex peripathetica disciplina: haud sane ignobilis uir fuit. Is librum multæ uariæque historiæ refertum composuit:eumque inscripsit:κέρατα ἀμαθείας. ea uox hoc ferme ualet: tanquam si dicas cornu copiæ in eo libro super Demosthene rhetore & Laide meretrice historia hæc scripta est. Lais inquit corinthia ob elegantiam uenustatemq̄ formæ grandem pecuniam demerebat. Cōuentusq̄ ad eam ditiorum hominū ex omni græcia celebres erāt. neq̄ admittebatur: nisi qui dabat: quod popposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem: Hinc ait natum esse illud frequens apud græcos adagium οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐστὶ Κορίνθου εἰσελθεῖν πλοῦτον. Idest. Non uiri cuiusque est corinthum petere: q̄ frustra iret corinthum ad Laidam: qui non quiret dare: quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit:& ut sui copiam faceret: petit. At Lais μυρίας δραχμὰς. Idest decem drachmarum milia popposcit. hoc facit nummi nostratis denarium decem milia: tali petulantia mulieris atq̄ pecuniæ magnitudine ictus: expauiduſque Demosthenes auertitur:& discedens: Ego inquit pœnitere tanti nō emo. Sed græca ipsa: quæ fertur dixisse lepidiora sunt: οὐκ ὠνοῦμαι inquit μυρίων δραχμῶν μετανοεῖσθαι. Idest non emo centum sestertiis pœnitere.

Qui modus fuerit: quis ordo disciplinæ pythagoricæ quantūq̄ temporis imperatum obseruatumq̄ sit: dicendi simul ac tacendi. Caput IX.

ORdo ac ratio Pythagoræ: ac deinceps familiæ successionis eius. recipiendi instituendique discipulos: huiusce modi fuisse traditur. Iam a principio adolescentes: qui sese ad discendum obtulerant: εφυσιογνωμονεῖ. Idest per naturæ indicia pensiculabat. id uerbum significat: mores: naturasque hominum coniectatione quadam: de oris & uultus ingenio: deq̄ totius corporis filio. atq̄ habitu scisciatari. Tum qui exploratus ab eo? idoneusque fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. & tempus certum tacere: non omnes idem: sed aliud alius tempus: pro æstimato captu solertiæ. Is autem qui tacebat quæ dicebantur ab aliis: audiebat. Neque percontari. si parum intellexerat: neque commenta ri: quæ audierat: fas erat. Sed non minus quisquam tacuit: q̄ biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ἀκουστικοί. Idest auditores. Ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas tacere: audireque. atque esse iam cœperāt silentio eruditi: cui erat nomen ἐχεμυθία. Idest taciturnitas: tum uerba facere & quærere: quæque audissent scribere:& quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί. Idest disciplinis uacantes: scilicet ab iis artibus: quas iam discere atque meditari incœptauerant: quoniā geometriam: gnomonicam: musicam: cæteraſq̄ item disciplinas altiores μαθήματα. Idest disciplinas: ueteres græci appellabant. Vulgus autem: quos gentilico uocabulo chaldæos dicere oportet: mathematicos dicit. Exinde his scientiæ studiis ornati: ad perdiscenda mundi opera: & principia naturæ procedebant. At tunc denique nominabantur φυσικοί. Idest naturales. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus quum dixisset: nunc autem inquit isti: qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt: non est hoc satis. quod sunt omnino ἀθεώρητοι ἀμούσοι ἀγεώμετρητοι. Idest a contemplatione musica: geometria: penitus alieni: sed legem etiam dant: qua philosophari discant. Alius ait: hoc me primum doce. Item alius: hoc uolo inquit discere. istud nolo. Hic a Symposio Platonis incipere gestit: propter Alcibiadæ comessationem. Ille a Phedro propter Lysiæ orationem. Est etiam inquit prohluppiter: qui Platonem legere postulet: non uitæ ornandæ: sed linguæ orationisque comendæ gratia: nec ut modestior fiat: sed lepidior. Hæc Taurus dicere solitus nouicios philosophorum sectatores: cum ueteribus Pythagoricis pensitans. Sed id quoq̄ non prætereundum est q̄ omnes simul: qui a Pythagora in cohortem illam disciplinarū recepti erant: quod quisq̄ familiæ pecuniæq̄ habebant: in mediū dabant. Et cohibebatur societas inseparabilis: tanq̄ illud fuerit antiquū consortiū: quod re atq̄ uerbo romano appellatur: κοινοβιον: Idest contubernium.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescentem: uetuste nimis & prisce loquentem. Caput. X.

PHauorinus philosophus adolescenti ueterum uerborū cupidissimo:& pleraſq̄ uoces nimis priscas:& ignotissimas in quottidianis communibusq̄ sermonibus expromenti: Curius inquit & Fabritius & Coruncanius antiquissimi nostri:& his antiquiores Horatii illi Trigemini plane & dilucide cum suis fabulati sunt. Neq̄ auruncorum aut sicanorum: aut pelasgorum qui primi coluisse Italiam dicuntur: sed ætatis suæ uerbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Euandri nunc loquare sermone multis annis iam desito uteris: q̄ scire atq̄ intelligere neminem uis: quæ dicas. Nonne homo inepte: ut quod uis abunde consequaris: taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais: q̄ honesta: & bona: & sobria: & modesta sit. uiue ergo moribus præteritis: loquere uerbis præsentibus. Atque id quod a C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ uiro in primo de analogia libro scriptum est: habe semper in memoria: atq̄ in pectore: ut tanquam scopulum: sic fugias inauditum: atq̄ insolens uerbum.

Quod Thucidides historiæ scriptor inclytus: lacedæmonios in acie non tuba sed tibiis esse usos dicit. Verbaq̄ eius super ea re posita: Quodq̄ Herodotus Halyaten regem fidicinas in procinctu habuisse tradit. atq̄ inibi quædam notata de Gracchi fistula concionaria. Caput. XI.

AVctor historiæ græcæ grauissimus Thucydides lacedæmonios summos bellatores: non cornuũ tubarumue signis: sed tibiarũ modulis in prœliis usos esse refert. Non prorsus ex aliquo ritu religionum neq; rei diuinæ gratia: neq; autẽ ut excitarentur: atq; euibrarentur animi: quod cornua & litui moliuntur: sed cõtra ut moderatiores: modulatioresq; fierent: quod tibicinis numeris tẽperatur. Nihil adeo in congrediẽdis hostibus: atq; in principiis prœliorum ad salutem uirtutem q; aptius rati: q̃ si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocitent. Quũ procinctæ igitur classes erant, & instructa acies: cœptumq; in hostem progredi: tibicines inter exercitum positi: canere incœptabant. Ea ibi præcentione tranquilla & uenerabili quadam: quasi militaris musicæ disciplina: uis & impetus militum: ne sparsi: dispalatiq; proruerent: cohibebatur. Sed ipsius illius egregii scriptoris uti uerbis libet: quæ & dignitate: & fide grauiora sunt. Και μετα ταυτα ηξυνοδοσ ην: αργειοι μεν: και οι ξυμμαχοι εν Ιονιωσ. και ορωμ: χωρουντεσ: λακεδαιμονιοι δεβραδεωσ και υπο αυλοισ. πολλων ομοῦ εγκαθεσ ωτων. δυτου ηλεωσ χαριν. αλλινα ομαλοσ μεταρυθμου βαινοντεσ προσελθοιεν. και μηδιασπαθει η αυτων η ταξυσ οπρεπει αει μεγαλα στρατοπεδα εν ταισ προσοδοισ ποιειν. Idest. Post hæc congrediebantur argiui quidem sociiq; acriter & impetu adorientes. Lacedæmonii contra sub tibiarum præcentione: stipato agmine maturãtes non adeo uoluptatis causa: uerum ut æquabili modulatoq; sensim ingressu conuenientes pugnam caperent: nec suos ordines distrahi sinerent: quod semper amplissimas copias agere: ubi congrediendũ est: nimirũ decet. Cretẽses quoq; prœlia ĩgredi solitos memoriæ datũ est. præcinente ac p̃moderãte cythara gressus. Halytes aũt rex terræ Lydiæ: more atq; usu barbarico p̃ditus: quũ bellũ milesiis faceret: ut Herodotus ĩ historiis tradit: cõcinẽtes habuit fistulatores & fidicines: atq; fœmias ẽt tibicinas ĩ exercitu: atq; ĩ pcinctu habuit lasciuientiũ delicias cõuiuioq;. Sed enĩ achæos Homerus pugnã ĩdipisci ait: nõ fidiculaq; tibiarũq; concẽtu: ueꝝ cõspiratu tacito nitibũdos οι δαρισαν σιγη μενεοσ πνειοντεσ αχαιοι ενθυμω μεμαωτεσ αλεξεμεν αλληλοισιν. i. Ast ibant taciti spirantes robur achiui. Inque uicẽ auxilium cupida sibi mente ferebant. Quid ille uult ardentissimus clamor militum romanorum: quem in cõgressibus prœliorum fieri solitum scriptores annalium memorauere? Cõtra ne institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clæmenti: & silentio est opus: quum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? Quum uero prope ad manus uentum est: tum iam e propinquo hostis & impetu propulsandus: & clamore terrẽdus est. Ecce autem pro tibicina laconica tibiæ quoque illius concionatoriæ in mentem uenit: quam. C. Graccho cum populo agente præisse: ac præmonstrasse modulos ferunt. Sed nequaquam sic est: ut a uulgo dicitur: canere tibia solitum qui pene eum loquentem staret: uariisque modis tum demulcere animum: actionemque eius: tum intendere. Quid enim foret ea re ineptius? si ut planipedi saltanti: ita Graccho concionanti numeros & modos & frequentamenta quædam uaria: tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriæ tradiderunt: stetisse in circunstantibus dicunt occultius: qui fistula breui: sensim grauiusculum sonum inspiraret: ad deprimendum sedandumque impetus uocis eius. Refluescente namq; impulsu: & instinctu extraneo naturalis illa Gracchi uehemẽtia indiguisse nõ (opinor) existimanda ẽ. M. tamẽ Cicero fistulatorem istum utriq; rei adhibitum esse a Graccho putat: ut sonis tum placidis: tum citatis: aut demissam iacentemque orationem eius erigeret: aut ferocientem sæuientemque cohiberet. Verba ipsius Ciceronis apposui. Itaque idem Gracchus: quod potes audire Catule ex Licinio cliente tuo litterato homine, quem seruum ibi habuit ille ad manum cum eburnea solitus est habere fistula: qui staret post ipsum occulte: quum concionaretur: peritum hominem qui inflaret celeriter eum sonum: qui illum aut remissum excitaret: aut a contentione reuocaret. Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum modulos prœlii institutum esse a Lacedæmoniis Aristoteles in libris problematum scripsit: quo manifestior fieret: explorati/orque militum securitas: & alacritas. Nam diffidentiæ inquit & timori: cum ingressione huiusce modi minime conuenit. & mœsti ac formidantes ab hac tam intrepida: & tam decora incedendi modulatione alieni sunt. Verba pauca Aristotelis super ea re apposui. Δια τι επι δαν πολευειν μελλοσι. προσ αυλον ευβοι/νωσιν. ινα τουσ δειλουσ ασχημονουντασ γινωσκωσιν. Idest quamobrem ubi cõmissuri prœlium sint: ad tybiæ modulos congrediantur? ut timidos minus honeste agentes iudicent.

Virgo Vestæ quid ætatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibusq; cærimoniis: ac religiõibus: ac cognomine a pontifice maximo capiatur. Et quo statim iure esse incipiat simulatq; capta est. Quodq; ut Labeo dicit: nec intestato cuiq̃: nec eius intestatæ quisquã iure hæres est.

Caput. XII.

QVi de uirgine capienda scripserunt: quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius minorem q̃ annos. vi. maiorem q̃ annos. x. nata negauerunt capi fas esse. Item quæ non sit patrima: & matrima. Item quæ lingua debili: sensuue auriũ diminuta aliaue qua corporis labe ĩsignita sit. Itẽ quæ ipsa. aut cuius pater emancipatus sit: etiam si uiuo patre in aui potestate sit. Item cuius parentes alter amboue seruitutem seruierũt: aut ĩ negociis sordidis diuersant. Sed eã cuius soror ad id sacerdotiũ lecta sit: excusationem mereri aiunt. Item cuius pater flamẽ: aut agur: aut quindecimuir sacris faciundis: aut q septemuir epulonũ: aut salius ẽ. Sponsæ quoq; põtificis: aut tibicinis sacroꝝ filiæ uacatio a sacerdotio isto tribui solet. Præterea Capito atteius scriptũ reliqt: neq; eius legẽdã filiã: q domiciliũ in Italia nõ haberet: & excusandã eius: qui liberos tris non haberet. Virgo aũt uestalis simul est capta: & ĩ atrium uestæ deducta: & pontificibus tradita ẽ: eo statim tẽpore sine emãcipatõe: ac sine capitis minutõe: e patris potestate exit. & ius testamẽti faciundi adipiscitur. De more aũt rituq; capiundæ uirginis litteræ quidem antiquiores non extant: nisi quæ capta prima est: a Numa rege esse captam. Sed papiam legẽ inuenimus: qua cauetur: ut pontifícis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legantur. Sortitioq; in concione ex eo numero fiat. Sed

ea sortitio ex lege papia non necessaria nunc uideri solet. Nam siquis honesto loco natus adeat pontificem maximum atq; offerat ad sacerdotium filiam suam:cuius dutaxat saluis religionum obseruationibus:ratio haberi possit gratia popiliæ legis per se ratum sit.Capi autem uirgo propterea dici uidetur: quia pontificis maximi manu præhensa: ab eo parente:in cuius potestate est:ueluti bello capta abducitur. In libro primo Fabii pictoris.quæ uerba pontificis maximi dicere oporteat:quū uirginē capit:scriptū é.Ea uerba hæc sunt Sacerdoté uestalē:quæ sacra faciat:quæ iussi:& sacerdotem uestalé facere pro populo Romano qrirtibus uti: quod optima lege fiat:ita te amata capio.Plæriq; autem capi uirginem solam debere putant. Sed flamines quoq; diales:item pontifices & augures capi dicebant.L.Sylla rerum gestarum libro secundo.ita scripsit.P. Cornelius: cui primū cognomen Syllæ impositum est:flamē dialis captus.M.Cato de Lusitanis:quum Ser. Galbam accusauit:eum dicit ius pontificium dicere noluisse.Ego me nūc uolo ius pontificium optime sci/re.Iam ne ea causa pontifex capiat? Si uolo augurium optime tenere:ecquis ob eam rem augurē capiat? Præterea etiā in cōmentariis Labeonis:quæ ad.xii.tabulas cōposuit:ita scriptū est.Virgo Vestalis neq; hæres est cuiquam intestato:neq; intestatæ quisquam:sed bona eius in publicum redigi aiunt.Id quo iure fiat quæritur.Amata inter capiendum a pontifice maximo appellatur: quoniam quæ prima capta est hoc fuisse nomine tradita est.

Quæsitum in philosophia est:quidnam foret in recepto mandato rectius id ne omnino facere. quod mā datum est.an nonnunq̄ etiam contra si id speres ei:qui mandauit utilius fore? Superq; ea quæstione exposi/tæ diuersæ sententiæ. Caput. XIII.

IN officiis capiendis:censendis iudicandisque: quæ κατηκοντα ideſt expedientia & conuenientia philosophi appellant: quæri solet: an negocio tibi dato:&quicquid omnino faceres: definito contra quid facere debeas: si eo facto uideri possit res euentura prosperius: exque utilitate eius: qui id tibi negocium mandauit. Anceps quæstio: & in utranque partem a prudentibus uiris arbitrata est.Sunt enim non pauci qui sententiā suam una in parte defixerunt: & re semel statuta: delibera/taq; ab eo:cuius negocium id pontificiūq; esset:nequaq̄ putauerunt contra dictum eius faciendum: etiam si repentinus aliquis casus rem cōmodius agi posse polliceretur.Ne si spes fefellisset:culpa impatientiæ:& pœna indeprecabilis subeunda esset.Si res forte melius uertisset: diis quidem gratiā habendā. Sed exemplū tamen intromissum uideretur:quo bene cōsulta consilia religione mandati soluta corrumperētur.Alii existimauerunt incōmoda prius:quæ metuenda essent si res gesta aliter foret:q̄ imperatum est:cum emolumento spei pensitanda esse:& si ea leuiora minoraq; : at utilitas contra grauior & amplior spe: quantū potest firma ostenderetur:tum posse aduersum mandata fieri censuerunt:ne oblata diuinitus rei bene gerendæ occasio amitteretur.Neq; timendum exemplū non parendi crediderunt: si rationes huiusce modi dūtaxat non adessent.Cum primis autem respiciendum putauerunt ingenium naturaq; illius:cui ea res præceptūq; esset ne ferox.durus:indomitus inexorabilisq; sit: qualia fuerint posthumana imperia: & manliana. Nam si tali præceptori ratio reddenda sit:nihil faciendū esse monuerūt aliter:q̄ præceptū est. Instructius deliberatiusq; fore arbitramur theorematiū hoc de mādatis huiusce modi assequendis:si exemplū quoq;.P.Crassi Mutiani clari:ac inclyti uiri apposuerimus.Is Crassus a Sempronio Aselliōe:& plerisq; aliis historiæ romanæ scriptoribus traditur quinq; habuisse rerum bonarū maxima & præcipua: q; esset ditissimus: q; nobilissimus: q; eloquentissimus:q; iuriscōsultissimus:q; pont.maxi.Is cum in consulatu obtineret asiam prouinciā: & circūsedere oppugnareq; leucas oppidū pararet:opusq; esset firma ac procera trabe: quæ arietem faceret: quo muros eius oppidi quateret: scripsit ad magistrum αρχητεκτονα molis athenienſium: sociorum amicorumq; populi romani:ut ex malis duobus:quos apud eos uidisset:uter maior esset:eum mittendum curaret.Tū magister αρχητεκτων cōperto:quāobrē malū desideraret: non uti iussus erat:maioré: sed quem esse magis idoneum:aptioréq; faciendo arieti:facilioremq; portatu existimabat: minorem misit. Crassus eum uocari iussit: & cum interrogasset:cur non quem iusserat misisset:causis rationibusq;:quas dictitabat:ſpretis uestimenta detrahi imperauit:uirgisq; multis cecidit. Corrumpi atq; dissolui officium omne imperātis ratus:siquis ad id quod facere iussus est:non obsequio debito:sed consilio non desiderato respondeat.

Quid dixerit feceritq;.C.Fabritius magna uir gloria:magnisq; rebus gestis:sed familiæ pecuniæq; inops: cum ei samnites tanq̄ indigenti graue aurū donarent:plenūq; odii. Caput XIIII.

AVlius Iginus in libro de uita: rebusque illustrium uirorum sexto. legatos dixit a samnitibus ad C.Fabritium imperatorem populi romani uenisse:& memoratis multis:magnisque rebus:quæ bene & beniuole post redditam pacem samnitibus fecisset: obtulisse dono grandem pecuniam: orasseque uti acciperet: utereturq;. Atque id facere samnites dixisse: q; uiderent multa ad splendorem domus atq; uictus defieri: neq; pro magnitudine dignitateq; lautum paratūq; esse. Tum Fabritiū planas manus ab auribus ad oculos:& infra deinceps ad nares: & ad os: & ad gulā: atq; inde porro ad uentrē imū deduxisse: & legatis ita respondisse:dum illi omnibus mēbris:quæ attigisset: obsistere atq; imperare posset:nunq̄ quicq̄ defuturum.Propterea pecuniam:qua sibi nihil esset usus:ab his quibus eam sciret usui esse:non accipere.

Quod iportunū uitiū sit futilis:inanisq; loquacitas: & q̄multis in locis a principibus utriusq; linguæ uiris detestatione iusta culpata sit. Caput XV.

QVi sunt leues & futiles:& importuni locutores: quiq; nullo rerum pondere inixi uerbis humidis:& lapsantibus defluunt:eorum orationem bene existimatum est in ore nasci: non in pectore. Linguam autem debere aiunt non esse liberam: nec uagam:sed uinclis de pectore imo ac de cor/

de apertis moueri & quasi gubernari. Sic enim uideas quosdam scatere uerbis: sine ullo iudicii negocio cum securitate multa & profunda: ut loquentes plerunq; uideantur loqui sese nescire. Vlyxem contra Homerus uirum sapienti facundia præditum: uocem mittere ait non ex ore: sed ex pectore. Quo scilicet non ad sonum magis habitumq; uocis: q̃ ex sententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret. Petulantiæq; uerborum coercendæ uallum esse oppositum dentium luculente dixit: ut loquendi temeritas: non cordis tantum custodia: arq; uigilia cohibeatur: sed ex quibusdam quasi excubiis in ore positis sepiatur. Homerica de quibus supra dixi: hæc sunt.

αλλὸτεδηοπάτε μεγαληνεκχηθεοσιεϊ: — Ast ubi iam magnam fundebat pectore uocem.
τέκνον εμον ποιὸν σε επος φυγεν ερκος οδοντων. i. — Dentis claustra tui uox qualis nata reliquit?

M. Tullii quoq; uerba posui: quibus stultam & inanem dicendi copiam grauiter & uere detestatus est. Dũmodo inquit hoc constet: neq; infantiã eius: qui rem norit: sed eam explicare dicendo non queat: neq; insciam illius: cui res nõ suppetat: uerba non desint: esse laudandam. Quorum si alterum sit optandum: malim equidem indisertam prudentiam: q̃ stultam loquacitatem. Item in libro de oratore primo uerba hæc posuit. Quid enim est tam furiosum: q̃ uerborũ uel optimorũ: atq; ornatissimorũ sonitus inanis: nulla subiecta sententia nec scientia? Cum primis autem. M. Cato atrocissimus huiuscemodi uitii insectator est: nanq; in oratione quæ inscripta est. Si Celius trib. pleb. appellasset. Nunq̃ inquit tacet: quem morbus tenet loquendi tanq̃ ueternosum uiuẽdi atq; dormiẽdi. Quòd si nõ cõueniant: tamẽ cõuocari iubet. Ita est cupidus oronis: ut conducat: qui auscultet. Itaq; auditis nõ auscultatis tanq̃ pharmacopolã. Nã eius uerba audiuntur: uerũ ei se nemo committat: si æger est. Idem cato in eadem oratione eidem. M. Celio uilitatem opprobrans: non loquendi tantum: uerum etiam tacendi. Frusto inquit panis conduci potest: uel uti taceat: uel uti loquat. Neq; nõ merito Homerus unum ex omnibus Tersitem. ακετροεπη και ακρι τομυθον: idest loquentem sine iudicio & modo appellabat. uerba illius multa & ακοσμα: idest incompta: strepentium sine modo graculoꝝ similia esse dicit. Quid enim est aliud ακετροεπη εκολωα: idest supra modum loquitans conturbabat. Eupolidis quoq; uersus de id genus hominibus consignatissime factus est. λαλειν αριζοσ: αδυνατωτατοσ λεγειν: idest blacterare optimus: dicere ineptissimus. Quod Salustius noster imitari uolens loquax inquit magis: q̃ facundus. Quapropter Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non uulgandam: sed recondendam esse dicit: deinde ut thesaurum. Eiusque esse in promendo gratiam plurimam: si modesta: & parca: & modulata sit.

γλωσσησ τοι θησαυροσ εν ανθρωποισιν αριζοσ: — Optimus est homini linguæ thesaurus: & ingens:
φειδωλησ τελειση δε χορισ. κατα μετρον ιουσησ. — Gratia: quæ parcis mensurat singula uerbis.

Epicarmium quoq; illud non inscite se habet. ου λεγειν δεινοσ. αλλα σιγαν αδυνατοσ: idest non idoneus ad dicendum: sed ad tacendum impos: ex quo profecto sumptum est: qui quum loqui non posset: tacere non poterat. Phauorinum ego audiui dicere uersus istos euripidis: αχαλινων στοματων. ανομουτε οφροσυνασ το τελοσ δυσυχια: idest effrenioris: & exlenis dementiæ extremum infœlicitas occupat. Non de iis tantum factos accipi debere: qui impia: aut illicita dicerent: sed uel maxime de hominibus quoq; posse dici stulta & immodica blacterantibus: quorum lingua tam prodiga: infrenisq; sit: ut fluat semper & æstuet colluuione uerbum teterrima. Quod genus homines a græcis significatissimo uocabulo λαλοησ: idest linguaces appellatos. Valerium Probum grammaticum illustrem: ex familiari eius docto uiro comperi Salustianum illud: Satis loquentiæ: sapientiæ parum: breui anteq̃ uita decederet: Sic legere cœpisse: & sic a Salustio relictum affirmasse. Satis loquentiæ: sapientiæ parum. Quod loquentia noua: tori uerborum Salustio maxime congrueret: Eloquentia cum insipientia minime conueniret. Huiuscemodi autem loquacitatem: uerborumq; turbam magnitudine inanĩ uastam facetissimus poeta Aristophanes insignibus uocabulis denotauit in his uersibus. ανθρωπον αγριωπον αυθαδοζον μονον εχοντα αχαλινον. ακρατεσ. απυλωτον στομα περι λαλητον. κωπποφα κελορημονα. Idest hominẽ agresti ferocia: ore temerario: effrenato: prodigo: petulante: loquacem: futilem: & fusum: per uerborũ congeriẽ: ac fastum. Neq; minus insigniter ueteres quoq; nostri: hoc genus homines in uerba prouectos: locutuleos: & blatterones: & linguaces dixerunt.

Quod uerba istæc quadrigarii: ex annali tertio ibi: Mille hominum occiditur. non licentia neq; de poetarum figura: sed ratione certa: & proba grammaticæ disciplinæ dicta sunt. Caput. XVI

QVadrigarius in tertio annalium ita scripsit. Ibi occiditur mille hominum: occiditur inquit: non occiduntur. Item Lucillius in tertio Satyrarum. Ad portum mille a porta est: exinde salernum mille inquit est: non mille sunt. Varro in decimo octauo. rerum humanarum. Ad romuli initiũ plus mille & centum annorum est. Cato in primo originũ. Inde est ferme mille passus. M. Cicero in sexto in Antonium. Ita ne Ianus medius in. L. Antonii clientela est? quis unquã in illo Iano inuentus est? qui. L. Antonio mille nummum ferret expensum? In his: atq; multis aliis mille numero singulari dictũ est. Neq; hoc (ut quidã putant) uetustati concessum est: aut per figurarũ concinnitatẽ admissum est: sed sic uidetur ratio poscere. mille enĩ nõ pro eo ponitur: quod græce χιλοι dicitur. Sed qđ χιλιασ: & scuti una χιλιασ: & duæ χιλιαδεσ: ita unũ mille: & duo milia: certa atq; directa rõne dicit. Quãobrem id quoq; recte & probabiliter dici solitum: mille denarium in arca est. & mille equitum ĩ exercitu est. Lucilius autem prætereã superius posui: alio quoq; in loco id manifestius demonstrat. Nã in lib. decimoqnto ita dicit

Hunc mille passum qui uicerit: atq; duobus — Maiore in spatio ac diuersus iubebitur ire.
Campanus sonipes successor nullus sequetur. — Item alio libro octauo. Mille die nũmum potest uno

quærere centum. Mille paſſum dixit pro mille paſſibus. & uno mille mummum pro unis mille nummis. aperteq; oſtendit: mille & uocabulum eſſe: & ſingulari numero dici: Eiuſq; pluratiuum eſſe milia. & caſum etiam capere ablatiuum neq; cæteros caſus requiri oportere. quum ſint alia plæraq; uocabula quæ in ſingulos tantum caſus: quædam etiam quæ in nullum inclinentur. quapropter nihil iam dubium eſt: quin. M. Cicero in oratione quam inſcripſit pro Milone: ita ſcriptum reliquerit. Ante fundū Clodii quo in fundo: propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum uerſabatur ualentium: non uerſabantur: quod in libris minus accuratis ſcriptū eſt. Alia enī ratione mille hominū: alia mille homines dicendū eſt.

Quanta cum animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium intractabile atq; inibi quid. M. Varro in quadam ſatyra: de officio mariti ſcripſerit. Caput. XVII.

ANthippe Socratis philoſophi uxor moroſa admodum fuiſſe fertur: & iurgioſa. Irarumq; & moleſtiarum muliebrium per diem perq; noctem ſcatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus: interrogauit Socratem: quæ nam ratio eſſet: cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam inquit Socrates: quum illam domi talem perpetior: iſueſco & exerceor: ut cæterorum quoq; foris petulantiam & iniuriam facilius feram. Secundum hanc ſententiam quoq; Varro in Satyra menippea: quam de officio mariti ſcripſit. Vitium īquit uxoris aut tollendum: aut ferendum eſt. Qui tollit uitium uxorem commodiorem præſtat: qui fert ſeſe meliorem facit. Hæc uerba Varronis tollere: & ferre lepide quidem compoſita ſunt. Sed tollere apparet dictum pro corrigere. Id etiā apparet: eiuſmodi uitium uxoris ſi corrigi non poſſit: ferendū eſſe: Varroné cenſuiſſe. quæ ferri ſcilicet a uiro honeſte poſſunt. Vitia enim flagitiis leuiora ſunt.

Quod. M. Varro in libro de ratione uocabulorum primo. L. Lælium magiſtrum ſuum περὶ ετυμολογίας nonnullorum uerborum falſa dixiſſe reprehendit: quodq; idem Varro in eodem libro furis ετυμολογίαν falſam dicit. Caput XVIII.

IN primo de ratione uocabulorum libro. M. Varro doctiſſimum tunc ciuitatis hominem. L. Lælium erraſſe oſtendit: q; uocabulum græcum uetus traductum in linguam romanam pro mera co: & quaſi a ſe primitus latine fictum eſſet: reſoluit in uoces latinas: ratione ethimologica falſa. Verba ipſa ſuper ea re Varronis poſuimus. In quo Lælius noſter litteris ornatiſſimus memoria noſtra errauit aliquotiens. Nam aliquot uerborum antiquorum græcorum: perinde atq; eſſent propria noſtra reddidit cauſas falſas. Non enim leporem dicimus (ut ait) quod eſt leuipes. Sed quod eſt uocabulum antiquum græcum. Multa enim uetera illorum ignorant quod pro iis aliis nunc uocabulis utuntur: & illorum eſſe pleriq; ignorēt græcum: quod nunc nominant ἑλληνικα. Puteum eſſe: quod uocant ὄφερ leporem: quod λαγωον dicunt. In quo non modo Lælii ingenium non reprehendo: ſed induſtriam laudo. Succeſſum enim fortuna experientiam laus ſequitur. Hæc Varro in primo libro ſcripſit: de ratione uocabulorum ſcitiſſime: de uſu utriuſq; linguæ peritiſſime: de ipſo Lælio clemētiſſime. Sed in poſteriore eiuſdem libri parte dixit: furē eē dictum q; ueteres romani: furuum atrum appellauerint: & fures per noctem: quæ atra ſit: facilius furentur. Nonne ſic uidetur Varro de fure dixiſſe: tanq; Lælius de lepore? Nam quod a a græcis nunc κλεπτης: ideſt fur dicitur: antiquiore græca lingua φωρ eſt dictum. Hinc per affinitatem litterarum: quæ φωρ græce eſt: latine fur. Sed ea res ſuggerit ne tunc Varronis memoriam: an cōtra aptius: & cohærentius putarit: furem a furuo: ideſt nigro appellari: in hac re de uiro tam excellentis doctrinæ non meum iudicium eſt.

Hiſtoria ſuper libris ſibyllinis: ac de Tarquinio ſuperbo rege. Caput XIX.

IN antiquis annalibus memoria ſuper libris ſibyllinis hæc prodita eſt. Anus hoſpita: atq; incognita ad Taquinium ſuperbū regem: adiit nouē libros ferens: quos eſſe dicebat diuina oracula: eos uelle dixit uenundare. Tarquinius precium percuntatus eſt. Mulier p̄miū atq; immenſum poposcit. Rex quaſi anus ætate deſiperet riſit. Tum illa foculum coram eo: cum igni apposuit: tris libros ex nouem deurit. & ecquid reliquos ſex eodem precio emere uellet: regem īterrogauit. Sed enim Tarquinius id multo riſit magis: dixitq; anū iam proculdubio delirare. Mulier ibidem ſtatim tris libros alios exuſſit. Atq; idipſum denuo placide rogauit: tris reliquos eodem illo precio emat. Tarqnius ore iam ſano: atq; attentiore animo fit: eam conſtantiā confidentiāq; nō inſuper habendā intelligit: & libros tris reliquos mercatur nihilo minore precio: q̄ quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulieré tunc a Tarquinio digreſſam poſtea nuſq̄ loci uiſam conſtitit. Libri tres in ſacrarium conditi ſibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oraculū quindecim uiri adeunt: quū dii īmortales publicæ conſulendi ſunt.

Quod geometræ dicāt græci: quibuſq; oīa iſta latinis uocabulis appellentur. Caput XX.

FIgurarū quæ σχηματα geometræ appellāt: genera ſunt duo: planū & ſolidum: hæc ipſi uocant επιπεδον αἰσθερεον. Planū eſt quod in duas partis ſolum lineas habet: qua latum eſt: & qua longum. qualia ſunt triquetra: & quadrata: quæ in area fiunt ſine altitudine. Solidum eſt: quando non longitudines modo: & latitudines planas numeri linearū efficiunt: ſed etiam extollunt altitudines: quales ſunt ferme metæ triāguli: quas Pyramidas appellant: uel qualia ſunt quadrata undiq;: quæ κυβους illi: nos quadrātalia dicimus. κυβους enī eſt figura ex omni latere q̄drata: quales ſunt īquit Marcus Varro teſſeræ: quibus in alueolo luditur: ex quo ipſæ appellatæ κυβοι. In numeris etiam ſimiliter κυβος dicitur: quum omne latus eiuſdem numeri æqualiter in ſeſe ſoluitur. ſicuti fit: quum ter terna ducunt. Atque idem ipſe numerus triplicatur. huius numeri cubū Pythagoras uim habere lunaris circuli dixit: q; & luna orbem ſuum luſtret ſeptem & uiginti diebus: qui a numeris ternio: qui græce dicunt τριακας tantūdē

efficiat in cubo. Linea autem a noſtris dicitur:quam γραμμὴν græci uocant.Eam.M.Varro ita definit. Linea eſt inquit longitudo quædam ſine latitudine & altitudine. εὐκλείδης autem breuius prætermiſſa altitudine γραμμή eſt inquit μῆκος ἀπλατες:ideſt longitudo illatabilis:quod exprimere uno latine uerbo non queas:niſi audeas dicere illatabilis.

Quod Iulius Higinus affirmatiſſime contendit legiſſe ſe librũ.P. Virgilii domeſticũ.in quo ſcriptũ eſſet. Et ora Triſtia tentãtũ ſenſu torq̃bit amaror.nõ quod uulgus legeret:ſenſu torq̃bit amaro. Cbput XXI.

VErſus iſtos ex georgicis Virgilii pleriq; omnes ſic legunt.

At ſapor indiciũ faciet manifeſtus:& ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaro.

Higinus autem nõ hercle ignobilis grãmaticus in cõmentariis:quæ in Virgilium fecit cõfirmat: & perſeuerat:nõ hoc a Virgilio relictũ. Sed quod ipſe inuenerit in libro qui fuerat ex domo atq; familia Virgilii: Et ora triſtia tentantũ ſenſu torquebit amaror.Neq; id ſoli Higino:ſed doctis q; buſdam etiã uiris complacitũ:quoniã uidetur abſurde dici.Sapor ſenſu amaro torquet:cum ipſe inquiunt ſapor ſenſus ſit:non aliũ in ſemetipſo ſenſum habeat: ac perinde ſit quaſi dicat:ſenſus ſenſu amaro torquet. Sed enim cũ Phauorino Higini cõmentariũ legiſſem:atq; ei ſtatim diſplicita eſſet inſolẽtia:& ſuauitas amaroris:Iouem lapideum inquit:quod ſanctiſſimũ iuſiurandũ eſt habitũ:paratus ſum ego iurare:Virgiliũ hoc nunq̃ ſcripſiſſe.Sed Higinũ ego dicere uerum arbitror.Non enim primus finxit hoc uerbũ Virgilius inſolenter:ſed in carminibus Lucretii inuentum non eſt aſpernatus auctoritate poetæ ingenio & facundia præcellentis.Verba ex quarto lucretii hæc ſunt.

Deniq; in os falſi uenit humor ſæpe ſaporis: Quum mare uerſamur propter:dilutaq; contra.
Quum tuimur miſceri abſcynthia:tangit amaror: Nõ uerba autem ſola ſed uerſus prope totos: & locos quoq; lucretii plurimos ſectatum eſſe Virgilium uidemus.

An q cauſas defendit:recte latineq; dicat ſupeſſe id quod defendit? & ſupeſſe ꝓprie qd ſit. Caput.XXII.

ROborauit inueterauitq; falſa & aliena uerbi ſignificatio:quod dicitur:hic illi ſupereſt: quum dicendum eſt.Aduocatum eſſe quem cuipiam: cauſamq; eius defendere.Atque id dicitur: non in compitis tantum:neq; in plebe uulgaria:ſed in foro:in comitio apud tribunalia. Qui integre aũt locuti ſunt:magnam partem ſupereſſe ita dixerunt:ut eo uerbo ſignificarent ſuperfluere: & ſuperuacuare:atq; eſſe ſupra neceſſarium modum.Itaque.M.Varro in ſatyra quæ inſcripta eſt.Neſcis quid ueſper uehat:ſuperfuiſſe dicit immodice & intempeſtiue fuiſſe.Verba ex eo libro hæc ſunt.In conuiuio legi:nec omnia debent:& ea potiſſimum quæ ſimul ſint βιωφελη:ideſt uitæ incommoda:& delectẽt potius:ut id quoque non uideatur ſuperfuiſſe. Memini ergo prætoris docti hominis tribunali me fortaſſe aſſiſtere:atq; ibi aduocatum non incelebrem ſic poſtulare:ut quam cauſam diceret: remque quæ agebatur non attingeret.Tunc prætorem ei cuia res erat:dixiſſe aduocatum eum non habere: & quum is qui uerba faciebat reclamaſſet:ego illi uir clariſſime ſuperſum: Reſpondiſſe prætorem feſtiuiter. Tu plane ſuperes: non ades.M.autem Cicero in libro: qui inſcriptus eſt de iure ciuili in artem redigendo uerba hæc poſuit. Nec uero ſcientia iuris maioribus ſuis. Q. Helius Tubero defuit: doctrina etiam ſuperfuit. In quo loco ſuperfuit ſignificare uidetur ſupra fuit: & præſtitit. ſuperauitque maiores ſuos: doctrina ſua ſupefluenti: tum & nimis abundanti. Diſciplinas enim Tubero ſtoicas & dialecticas percalluerat. In libro quoque de republica ſecundo: idipſum uerbum Ciceronis non temere tranſeundum. Verba ex eo libro hæc ſunt. Non grauarer Læli: niſi & hos uelle putarem: & ipſe cuperem te quoque aliquam partem huius noſtri ſermonis attingere. præſertim cum heri ipſe dixeris te nobis non etiam ſuperfuturum: uerum id quidem fieri non poteſt: ne deſis omnes te rogamus. Exquiſite igitur & comperte Iulius Paulus dicebat: homo in noſtra memoria doctiſſimus: ſupereſſe non ſimplici ratione dici tam latine q̃ græce. Græcos enim περιεῖναι.ideſt uiuere:adeſſe:uiciſſe:tam in utraq; parte ponere:uel quod ſuperuacaneum eſſet: ac non neceſſarium:uel quod abundans nimis:& affluens:& exuperans.Sic quoq; noſtros ueteres ſupereſſe aliquas dixiſſe: pro ſuperfluenti & ſuperuacuo:nec admodum neceſſario:ita ut ſupra poſuimus Varronem dicere.Alias.ita ut Cicero dixit:pro eo:quod copia quidem & facultate cæteris anteiret.tum ſupra modum: & largius prolixiuſq; flueret:qua eſſet ſatis.Qui dicit ergo ſe ſupereſſe ei:quem defendit:nihili iſtorum uult dicere:ſed neſcio quid aliud indictum inſcitumq; dicit.Ac ne Virgilii quidem poterit auctoritate uti: qui i georgicis ita ſcripſit. Primus ego in patriam mecum: modo uita ſuperſit. Hoc enim in loco Virgilius ἀκυροτερῶν.ideſt minus proprie uerbo uſus uidetur:quod ſuperſit dixit:pro longinquius diutiuſq; adſit.Illud contra eiuſdem Virgilii eſt aliquanto probabilius.

Florentiſq; ſecant herbas.fluuioſq; miniſtrant: Farraq;:ne blando nequeant ſupereſſe labori.

Significat enim ſupra laborem eſſe:neque opprimi a labore. An autem ſupereſſe dixerint ueteres pro reſtare:& perficiendæ rei deeſſe quærebamus. Nam Saluſtius in ſignificatione iſta non ſupereſſe: ſed ſuperare dicit. Verba eius in Iugurtha: Is plærunq; a rege exercitum ductare:& omnis res exequi ſolitus erat: quæ Iugurthæ feſſo.aut maioribus aſtricto ſuperauerant.Sed inuenimus in tertio Ennii annalium in hoc uerſu. Inde ſibi memorat unum ſupereſſe laborem. Ideſt reliquum eſſe & reſtare. Quod quia:id eſt diuiſe pronunciandum eſt: ut non una pars orationis eſſe uideatur: ſed duæ.Cicero autem in ſecundo Antonianarum.quod eſt reliquum non ſupereſſe:ſed reſtare dicit.Præter hæc ſupereſſe inuenimus dictum pro ſuperſtitem eſſe. Ita enim ſcriptum eſt in libro Epiſtolarũ.M.Ciceronis ad.L.Plancũ:& i epiſtola.M. Aſinii Pollionis ad Ciceronem uerbis his. Nã neq; deeſſe reipu.uolo: neq; ſupereſſe.Per quod ſignificat: ſi reſpu. emoriatur:& pereat:nolle ſe uiuere.In Plauti autem aſinaria manifeſtius idipſum ſcriptum eſt in his uerbis

quæ ſunt eius comœdiæ prima. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ ſupereſſe uitæ ſoſpitem & ſuperſtitem. Cauenda igitur eſt non improprietas ſola uerbi: ſed etiam prauitas omnis: ſiquis ſe nũc ſenior aduocatus adoleſcenti ſupereſſe dicat.

Quis fuerit Papyrius prætextatus: quæue iſtius cauſa cognomenti ſit: hiſtoriaq; iſta omnis ſuper eodem Papyrio cognitu iocunda. Caput. XXIII.

Hiſtoria de Papyrio prætextato dicto ſcripta eſt a. M. Catone in oratione: qua uſus eſt ad milites cõtra Galbam: cũ multa qdem uenuſtate atq; luce: ac mundicia uerborum. Ea Catonis uerba huic prorſus cõmentario ĩdidiſſem: ſi libri copia fuiſſet id temporis: quum hæc dictaui. Quod ſi non uirtutes dignitateſq; uerborum ſed rẽ ipſam ſcire quæris: res ferme ad hunc modum ẽ. Mos antea ſenatoribus romæ fuit: in curia cum prætextatis filiis ĩtroire. Tunc quidem in ſenatu res maior quæpiã cõſultata: eoq; ĩ diem poſterum prolata eſt. Placuitq; ut eam rẽ ſuper quã tractauiſſent: neq; enunciaret: priuſq; decreta eſſet. Mater Papyrii pueri: q; cum parente ſuo ĩ curia fuerat: percontata eſt filium: quidnam in ſenatu patres egiſſent. Puer reſpondit tacẽdum eſſe: neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior ſecretum rei: & ſilentium pueri. aĩum eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur compreſſius uiolẽtiuſq;. Tum puer matre urgente lepidi: atq; feſtiui mendacii conſilium capit. actum ĩ ſenatu dicit: utrum uideretur utilius: exq; repu. eſſe: unus ne ut duas uxores haberet: an ut una apud duos nupta eſſet. Hoc illa ut audiuit: anſmus compaueſcit domo trepidans egreditur. ad cæteras matronas peruenit. Ad ſenatum poſtridie matrũfamilias caterua lachrymantes: atque obſecrantes orant: una potius ut duobus nupta fieret: q̃ ut uni duæ. Senatores ingredientes in curiam: quæ illa mulierum intemperies: & quid ſibi poſtulatio illa uellet mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progreſſus: quid mater audire inſtitiſſet: quid ipe matri dixiſſet rem ſicuti fuerat denarrat. Senatus fidem: atque ingenium pueri exoſculatur. Conſultum facit: uti poſthac pueri cum parentibus in curiam ne introeant: niſi ille unus Papyrius. Atq; puero poſtea cognomẽtum honoris gratia inditũ Pætextatus ob tacendi loquẽdiq; in ætate prætextata prudentiam.

Tria epigrammata trium ueterum poetarum: Neuii: Plauti: Pacuuii: quæ facta ab ipſis: eorum ſepulchris inciſa ſunt. Cap. XXIIII.

TRium poetarum illuſtrium epigrammata Cn. Neuii: Plauti. M. Pacuuii: quæ ipſi fecerunt: & incidenda ſuo ſepulchro reliquerunt: nobilitatis eorũ gratia: ac uenuſtatis ſcribenda in his cõmentariis eſſe duxi. Epigrãma Neuii plenum ſuperbiæ campanæ. quod teſtimonium eſſe iuſtum poſſet: niſi ab ipſo dictum eſſet.

Immortales mortales ſi foret fas flere: Itaq; poſtq̃ eſt orchio traditus theſauro:
Flerent diuæ camœnæ Neuium poetam. Obliti ſunt Romæ lingua latina loquier.

Epigrãma Plauti: qd' dubitaſſemus an Plauti foret: niſi a. M. Varrone poſitum eẽt in libro de poetis primo.

Poſtq̃ eſt morte captus Plautus: Deinde riſus: ludus: iocuſq; & numeri:
Comœdia luget: ſcæna eſt deſerta. Innumeri ſimul oẽs collachrymarũt.

Epigramma Pacuuii uerecundiſſimum: & puriſſimum: dignũq; eius elegantiſſima grauitate.

Adoleſcens tametſi properas: hoc te ſaxũ rogat: Hic ſunt poetæ Pacuuii marci ſita oſſa:
Vt ſe aſpicias: deinde quod ſcriptum eſt legas. Hoc uolebã neſcius ne eſſes. Vale.

Quibus uerbis. M. Varro inducias definierit. quæſitũq; inibi curioſius: quænam ratio ſit uocabuli induciarum. Cap. XXV.

NObis modis. M. Varro in libro humanarum: qui eſt de bello & pace: inducię quid ſint definit. Induciæ inquit ſunt pax caſtrẽſis paucorum dierum. Item alio in loco. Induciæ inquit ſunt belli feriæ. Sed lepide magis atq; iocundæ breuitatis: utraq; definitio: q̃ plena aut proba eſſe uideat. Nã neq; pax eſt induciæ. Bellum enĩ manet: pugna ceſſat. Neq; in ſolis caſtris: neq; paucorum tantũ dierum induciæ ſunt. Quid enim dicemus ſi induciis in menſiũ aliquot factis: caſtris concedatur: nonne tũ quoq; induciæ ſunt? Aut rurſus quid eſſe id dicemus: quod in primo annaliũ quadrigarii ſcriptum eſt. C. Pontium ſamnitẽ a dictatore Romano ſex horarũ inducias poſtulaſſe: ſi induciæ paucorũ tantum dierum appellãdæ ſunt. Belli autem ferias feſtiue magis dixit: q̃ aperte atq; indefinite. Greci auté ſignificantius cõſignantiuſq; ceſſationẽ iſtam pugnæ pacticiam εκεχειρίαν: ideſt a manibus temperationem dixerunt exẽpta una littera ſonitus uaſtioris: & ſubiuncta lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur: & manus cohibeantur. εκεχειρίαν: ideſt inducias ab abſtinẽdis manibus appellarunt. Sed profecto non id fuit Varroni negocium: ut inducias ſuperſtitioſe definiret: & legibus rationibuſq; omnibus definitionũ inſeruiret. Satis enim uiſum eſt: eiuſmodi facere demõſtrationẽ. Quod genus græci Τυπουσ: ideſt forma magis & υπογραφάσ: ideſt deſcriptiones: q̃ ὁρισμουσ. i. definitiones uocant. Induciarũ autem uocabulũ: qua ſit ratione factum: iam diu eſt q̃ quærimus. Sed ex multis: quæ iam audiuimus uel legimus probabilius. id quod dicã. uideat. Inducias ſic dictas arbitramur: quaſi tu dicas induſianciam. Pactum induciarum eiuſmodi eſt ut in diẽ certum non pugnetur: nihilq; incõmodi detur: ſed ex eo die poſtea uti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus: pactũq; fit: ut ante eum diem ne pugnetur: atq; is dies uti uenit: inde uti iam pugnetur. Iccirco ex iis quibus dixi: uocibus quaſi per quẽdam coitũ & copulam: nomẽ induciarũ cõnexũ eſt. Aurelius autẽ Opilius primo librorũ: quos muſarũ inſcripſit. Induciæ inquit dicuntur: quũ hoſtes inter ſeſe utrinq; ultro citroq;: alteri ad alteros impune: & ſine pugna ineunt. Inde ab eo inquit nomen eſſe factum uidetur: quaſi initus atq; introitus. Hoc ab aurelio ſcriptum propterea non præterii: ne cui harum noctium æmulo: eo tantũ nomine elegantius id uideretur: tanq̃ id nos originẽ uerbi requirentes fugiſſet.

Quem in modū mihi Taurus philoſophus reſpōderit ꝓcōtanti:an ſapiēs iraſceret. Cap. XXVI.

INterrogaui in diatriba Taurū:an ſapiēs iraſceretur? Dabat enī ſæpe poſt quotidianas lectiones: quærēdi:qđ qs uellet poteſtatē. Is quū grauiter & copioſe de morbo affectuue iræ diſſeruiſſet: q̄ & in ueterū libris:& in ipſius cōmētariis expoſita ſunt:cōuertit ad me qui interrogauerā. Et hæc ego inquit ſuper iraſcendo ſentio. Sed quid & Plutarchus noſter uir doctiſſimus: & prudentiſſimus ſenſerit nō ab re eſt:ut id quoq; audias. Plutarchus inqt ſeruo ſuo nequā homini: & cōtumaci:ſed libris diſputātiōibuſq; philoſophiæ aures ībutas habēti:tunicā detrahi:ob neſcio qđ delictū:cædique eū loro iuſſit. cœperat uerberari:& obloq̄bat:nō meruiſſe:ut uapulet. nihil mali:nihil ſceleris admiſiſſe. Poſtremo uociferari interuapulādū incipit:neq; iam q̄rimonias aut gemitus eiulatuſq; facere:ſed uerba ſeria & obiurgatoria. Nō ita eē Plutarchū ut diceret philoſophū iraſci turpe eē. ſæpe eū de malo iræ diſertauiſſe. librū quoq; ϖερι αοργησιας. i. de nō iraſcēdo uel iraſcibilitate pulcherrimū cōſcripſiſſe. Iis oībus: q̄ in eo libro ſcripta ſunt:nequaq̄ cōuenire:q; ꝓuolutus:effuſuſq; in irā plurimis ſe plagis mulctaret. Tū Plutharcus lente & leniter. qd autē inqt uerbero: nunc ego tibi iraſci uideor? ex uultu ne meo:an ex uoce:an ex colore: an etiā ex uerbis correptū eſſe me ita intelligis? Mihi quidē neq; oculi (opinor) truces ſunt: neq; os turbidū neq; īmaniter clamo:neq; in ſpumā:roborēue efferueſco. Neq; pudēda dico:aut pœnitēda: neq; oīno trepido ira & geſtio:hæc enī oīa ſi ignores:ſigna eſſe irarū ſolēt:& ſimul ad eū qui cedebat:cōuerſus:interim inqt dum ego atq; hic diſputamus:hoc tu age. Sūma autem totius ſentētiæ Tauri hæc fuit. nō idē eē exiſtimaui. αοργησιαν και ανοργησιάν. i. iniraſcentiā & indolentiā. Aliudq; eſſe nō iracūdū animū: aliud ἀναλγητὸν και ανοιᾶθητον. i. hebetē ac ſtupentē. Nā aliorū omniū:quos latini philoſophi affectus uel affectiones græci ϖαθη appellant: ita huius quoq; motus animi:qui cū eſt ulciſcēdi cauſa ſeuior:ira dicit:nō priuationē eē utilem cenſuit:quā græci ξερησιν dicūt:ſed mediocritatē:quā μετριοτητα illi appellant.

Auli Gelii noctium atticarum cōmentarii Liber ſecundus.

INter labores uoluntarios:& exercitia corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamētum id quoq; accepimus Socratē facere inſueuiſſe:ſtare ſolitus Socrates dicit pertinaci ſtatu perdius atq; pernox a ſūmo lucis ortu ad ſolē alterū orientē incōniuēs: īmobilis: iiſdem inueſtigiis: & ore atq; oculis eundē in locū directis cogitabundus:tanq̄ quodā ſeceſſu mētis: atq; animi facto a corpore. Quā rem cū Phauorinus de fortitudine eius uiri:ut pleraq; differens attigiſſet ϖολλακις: ideſt ſæpenumero īquit εξ ηλιου εισ ηλιον εισ ἑκει αςραβεςερον των ϖρεμνον. i. de ſole ad ſolem erectior ſtipitibus arborū ſteterat. Tēperantia quoq; eū fuiſſe tanta traditū eſt:ut oīa fere uitæ ſuæ tēpora ualitudine inoffenſa uixerit. In illius etiā peſtilētiæ uaſtitate: quæ in bello pelopōneſiaco īprime ipſam athenienſiū ciuitatē internecino genere morbi depopulata eſt:is parcēdi:moderādiq; rōnibus dicit:& a uoluptatū labe cauiſſe:& ſalubritates corporis retinuiſſe:ut nequaq̄ fuerit cōmuni omniū cladi obnoxius.

Quæ ratio obſeruatioq; officiorū eſſe debeat inter patres:filioſq; in diſcumbendo ſedendoq;:atq; in id genus rebus:domi foriſq;. Cap. II.

AD philoſophū Taurū athenas:uiſendi cognoſcendiq; eius gratia:uenerat uir clariſſimus: præſes crēte prouinciæ:& cum eo ſimul eiuſdem præſidis pater. Taurus ſectatoribus cōmodū dimiſſis ſedebat pro cubiculi ſui foribus:& cū aſſiſtētibus nobis ſermocinabat. Introiuit ꝓuinciæ præſes & cū eo pater: Aſſurrexit placide Taurus & poſt mutuā ſalutatiōnē reſedit. Allata mox una ſella eſt:quæ in prōptu erat:atq; dū aliæ ꝓmebant:appoſita eſt. Inuitauit Taurus patrē præſidis ut ſederet. Atq; ille ait:ſedeat hic potius:qui pop.ro. magiſtratus eſt. Abſq; præiudicio inquit Taurus tu interea ſede:quū iſpicimus quærimuſq; utr̄ cōueniat te ne potius ſedere:q; pater es:an filiū:q; magiſtratus eſt? Et cū pater aſſediſſet:appoſitūq; eſſet aliud filio quoq; eius ſedile:uerba ſup ea re Taurus facit:cū ſumma dii boni. bonor̄ atq; officior̄ perpenſatione. Eor̄ uerbor̄ ſnīa hæc fuit. In publicis locis:atq; muneribus: atq; actionibus p̄rum iura:cū filior̄ qui in magiſtratu ſunt poteſtatibus collata interqeſcere paululum & conuiuere. Sed quū extra rempu. in domeſtica re:atq; uita ſedeat:ambulet:in conuiuio quoq; familiari diſcumbat: tū inter filium magr̄atum:& p̄rem priuatum publicos honores ceſſare:naturales & genuinos exoriri. hoc igit inqt:q; ad me ueniſtis:q; colloqmur nunc:q; de officiis diſceptamus:priuata actio eſt. Itaq; utere apud me iis honoribus prior:q̄bus domi quoq; ueſtræ te uti priorē decet. Hæc atq; alia in eandē ſnīam Taurus grauiter ſimul & comiter diſſeruit. Quid autem ſup huiuſcemodi p̄ris atq; filii officio:apud Claudiū legerimus: nō eſſe ab re uiſum eſt:ut adſcriberemus. Poſuimus igit uerba ipſa quadrigarii ex annali eius. vi. tranſcripta. De inde facti cōſules Sempronius Gracchus iter̄. Q. Fabius Maximus filius eius:qui priore anno erat conſul. ei conſuli p̄r ꝓconſul obuiā in equo uectus uenit. Neq; deſcēdere uoluit:q; p̄r erat. & q; iter eos ſciebāt maxia cōcordia cōuenire: lictores nō auſi ſunt deſcēdere iubere. Vbi iuxta uenit:tū conſul ait deſcēdere iube. qđ poſteaq̄ lictor ille qui apparebat:cito itellexit:Maximum ꝓconſulē deſcendere iuſſit. Fabius impio paret: & filium collaudauit:quum impium:quod populi eſſet:retineret.

Qua rōne uerbis quibuſdam uocabuliſq; ueteres immiſerunt. h. litteræ ſpiritū. Cap. III.

LIttera:ſiue illā ſpūm magis q̄ lr̄am dici oportet:inſerebant eam ueteres noſtri plærīſq; uocibus uerbor̄ firmandis roborandiſq; ut ſonus ear̄ eſſet uiridior:uegetior q;. Atq; id uident feciſſe ſtudio & exemplo līguæ atticæ. ſatis notū eſt atticos ικθυηρον. i. piſcem pauperē. multa itidem alia citra morē gentiū græciæ cæterar̄ inſpirantis primæ lr̄æ dixiſſe. Sic lachrymas:ſic ſepulchrū:ſic ahenum:ſic uehemens ſic inchoare:ſic helluari:ſic hallucinari:ſic honera:ſic honuſtum dixerūt. In his uerbis omnibus litteræ:ſeu ſpiritus iſtius:nulla ratio uiſa eſt:niſi ut firmitas & uigor uocis:quaſi qui-

busdam neruis additis intenderetur. Sed quoniam aheni quoq; exemplo usi fuimus: uenit nobis in memoriam: Fidum optatum multi nominis Romæ grammaticum ostendisse mihi librum æneidos secundum: mirandæ uetustatis: emptum in sigillariis .xx. aureis: quem ipsius Virgilii fuisse credebat: in quo duo isti uersus quum ita scripti forent. Vestibulum ante ipsum: primoq; in limine pyrrhus Exultat telis: & luce coruscus ahena: additam supra uidimus. h. litteram: & ahena factum. Sic in illo quoq; Virgilii uersu in optimis libris scriptum inuenimus. Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

Quam ob causam. C. Bassus genus quoddam iudicii diuinationem appellari scripsit. Et quam aliam causam esse eius uocabuli dixerunt. Caput IIII.

QVum de constituendo accusatore quæritur: iudiciumq; super ea re redditur: cui nam potissimū ex duobus pluribusue accusatio: subscriptioue ī reum permittatur. ea res atq; iudicium cognitio: diuinatio appellatur. Id uocabulum quam ob causam ita factum sit: quæri solet. C. Bassus in tertio librorum: quos de origine uocabulorum composuit. Diuinatio inqt iudiciū appellatur: quoniam diuinare quodāmodo iudicē oportet: quā sniam sese ferre par sit. Nimis qdem est in uerbis C. Bassi ratio iperfecta: uel magis iops & ieiuna. Sed uidetur eum significare uelle: iccirco dici diuinationem q; in aliis quidem causis iudex ea quæ didicit: queq; argumentis uel testibus demonstrata sunt sequi solet. In hac autem re: quum eligendus accusator est: parua admodum: & exilia sunt: quibus moueri iudex possit & propterea qui nam magis ad accusandum idoneus sit: quasi diuinandum est. Hæc Bassus. Sed alii qdam diuinationem esse appellatam putant: quoniam quum accusator & reus duæ res quasi cognatæ: coniunctæq; sint: neq; una sine altera constare possit: in hoc tamen genere causæ reus qdem iam ē: sed accusator nondū est. & iccirco quod adhucusq; deest: & latet: diuinatione supplendum est. quisnam accusator sit futurus.

PQuam lepide designateq; dixerit Phauorinus philosophus: quid interfit inter Platonis & Lysiæ orationem. Caput V.

Hauorinus de Lysia & Platone solitus est dicere: si ex Platonis inquit oratione uerbum aliquod demas: mutesue: atq; id cōmodisse facias: de elegātia tamen detraxeris: si ex Lysiæ de sententia.

Quibus uerbis ignauiter & abiecte Virgilius usus esse dicatur. & quid iis qui improbe dicunt: resp̄ondeatur. Caput VI.

NOnnulli grammatici ætatis superioris: in quibus est Cornutus Anneus: haud sane indocti: neq; ignobiles qui commentaria in Virgilium composuerunt: reprehendunt: quasi incuriose & abiecte uerbum positum in his uersibus. Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias uexasse rates. & gurgite in alto Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. Vexasse enim putant uerbum esse leue: & tenuis ac parui icommodi: nec tantæ atrocitati congruere: quum homines repente a belua immanissima rapti: laniatiq; sint. Item aliud huiusce modi reprehendunt. Omnia iam uulgata. quis aut eurystea durum: Aut illaudati nescit busyridis aras? Illaudati parum idoneū uerbum esse dicūt: neq; id satis esse ad faciendam scelerati hominis detestationem: qui q; hospites omnium gentium immolare solitus fuit: non laude indignus: sed detrectatione execrationeq; totius generis humani dignus esset. Item aliud uerbum culpauerunt. Per tunicam squallentem auro latus haurit aptum. tanquā non cōuenerit dicere: auro squallētem: quoniam nitoribus: splendoribusq; auri squaloris illuuies sit cōtraria. Sed de uerbo uexasse ita responderi posse credo: uexasse graue uerbum est. Factumq; ab eo uidetur quod est uehere: ī quo est iam uis quædam alieni arbitrii. Non enim sui potens est q uehitur: Vexare autem: quod ex eo inclinatum est: ui atq; motu distrahitur: is uexari proprie dicitur, sicuti taxare pressius: crebriusq; ē: q̄ tangere: unde proculdubio id iclinatum est. & iactare multo fusius: largiusq; est: q̄ iacere: id unde uerbum traductum est. Et quassare: q̄ quatere grauius uiolentiusque est. Non igitur quia uulgo dici solet: uexatum esse quem fumo: aut uento: aut puluere: propterea debet uis uera atq; natura uerbi deperire: quæ a ueteribus: qui ꝓprie ac significate locuti sunt: ita ut decuit conseruata est. M. Catonis uerba sunt ex oratione: quam de achæis scripsit. Cumq; annibal terram Italiam laceraret: atq; uexaret. uexatam italiam dixit Cato ab annibale: quando nullum calamitatis: aut sæuitiæ: aut īmanitatis genus reperiri queat: quod in eo tempore italia nō perpessa sit. M. Tullii in Verrem quæ ab isto sic spoliata atq; direpta est: ut non ab hoste aliquo; qui tamen in bello religionem & consuetudinis iura retinet: sed ut a barbaris prædonibus uexata esse uideatur. De illaudato autē duo uidentur responderi posse. Vnum est eiusmodi: nemo quisquā tam efferis est moribus: quin faciat: aut dicat nonnunquā aliquid: quod laudari queat: unde hic antiquissimus uersus: uice prouerbii celebratus est.

πολλακι κάι κηπορος ανηρ μαλα καιριὸν ἔιπεν. ideſt Sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus.

Sed enī q oī in re: atq; ī tpe laude oī uacat: is illaudatus est. Isq; omniū pessimus deterrimusq; ē. Sicut oīs culpæ priuatio iculpatū facit: Inculpatus aūt īstar ē absolutæ uirtutis. Illaudatus quoq; finis ē extremæ maliciæ. Itaq; Homerus nō uirtutibus appellādis: sed uitiis detrahēdis laudare ampliter solet. hoc. n. est ηυδανωντισ ανωωων. Et τὼ δοῦκακοντε ϖετε θην. ideſt fari inculpabilis auspex: & illa aut iuita uolarunt. Et item illud.

ενθουκαν υβριζοντα ιδοισ αγαμεμνονα διὸν: Tūc neq; cernere erat torpētē agamēnona diuū.
ὂυδε κατα ϖτὸσσὸν τὸν δοὐκεθελοντα μακεσθαι: ideſt Nec pauidū: uel nolentem decernere ferro.

Epicurus quoq; simili modo maximam uoluptatem: detractionem priuationemq; omnis doloris definiuit: his uerbis. ὁροσ τὸυ αλγοντοσ ὑπεξαιρεσισ: ideſt hæc est definitio doloris detractio. Eadē ratione idē Virgilius inamabilem dixit stygiam paludem. Nam sicut illaudatum κατα: ideſt secundum laudis ϛερησιν ideſt priuationem: ita inamabilem κατα amoris ϛερησιν detestatus est. A ltero modo illaudatus ita defenditur, laudare significat prisca lingua nominare: appellareq;: sic in actionibus autem ciuilibus laudari id dicitur

quod est nominatius. Illaudatus enim est quasi illaudabilis: qui neq; mentione aut memoria ulla dignus. neq; unq̃ nominandus est. Sicuti quondam a communi consilio asiæ decretū est: uti nomen eius: qui templum dianæ ephesiæ incenderat: nequis ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex his: quæ reprehensa sunt: q; tunicam squalentem auro dixit. Id autem significat copiam densitatemq; auri in squamarū speciem intexti. Squalere enim dictum est a squamarū crebritate: asperitateq; : quæ in serpentum pisciūq; coriis uisuntur. Quam rem & alii: & hic quidem poeta locis aliquot demonstrat. Quē pellis inquit ahenis in plumā squamis auro conserta tegebat. Et alio loco: Iamq; adeo rutilum thoraca indutus ahenis Horrebat squamis. Accius in pelopidis ita scribit. Eius serpentis squamæ squalido auro: & purpura prætextæ. Quidquid igitur nimis inculcatum obsitumq; aliqua re erat ut icuteret uisentibus facie noua horrorem: id squalere dicebatur. Sic in corporibus incultis squamosisq; alta congerie sordium: squalor appellabatur. Cuius significationis multo assiduoq; usu totum id uerbum ita contaminatum est: ut iam squalor de re alia nulla: q̃ de solis in quinamentis dici cœperit.

De officio erga parentes liberorū: deq; ea re ex philosophiæ libris: in quibus scriptū quæsitūq; est: an semper in omnibus patris iussis obsequendum sit. Caput vii.

QVæri solitum est in philosophorum disceptationibus: an semper inq; omnibus iussis patri parendum sit? Super ea re græci: nostriq; qui de officiis scripserunt: tres sententias esse: quæ spectandæ considerandæq; sint: tradiderunt: easq; subtilissime diiudicauerunt. Earum una est: oībus quæ pater iperat parēdū. Altera est: in qbusdā parēdū: qbusdā nō obsequēdū. Tertia est: nihil necessum eē patri obseq; & parere. Hæc sentētia quoniā primore aspectu nimis īfamis est: sup ea prius quæ dicta sunt: dicemus. Aut recte īquiūt īperat pater: aut pperā. Si recte īperat: nō quia imperat: parēdū: sed quoniam id fieri ius est: faciendum est. Si perperam nequaquam scilicet faciēdum: quod non fieri oportet. Deinde ita concludunt: nequaquam est igitur patri parendum: quæ imperat. Sed neq; istam sententiā probari accepimus. Argutiola quippe hæc: sicuti mox ostendemus: friuola & inanis est. Neq; autem illa quam primo in loco diximus: uera & proba uideri potest: omnia esse quæ pater iusserit parendum. Quid enim si prodītionem patriæ: si matris necem: si alia quædam imperarit turpia: aut impia. Media igitur sententia optima: atq; tutissima uisa est. Quædam esse parendum: quædam non obsequendum. Sed ea tamē: quæ osequi non oportet: leniter & uerecunde: ac sine detestatione nimia: sineq; obprobratione acerba reprehensionis declinanda sensim: & relinquenda esse dicunt: q̃ respuenda. Conclusio uero illa: qua colligitur sicuti supra dictū est: nihil patri parendum: imperfecta est. Refutariq; ac dilui sic potest. Omnia quæ in rebus humanis fiunt: sicuti docti censuerunt aut honesta sunt: aut turpia. Quæ sua ui recta: aut honesta sunt: ut fidem colere: ut patriam defendere: ut amicos diligere: ea fieri oportet: siue imperet pater siue non imperet. Sed quæ his contraria: quæq; turpia & omnino iniqua sunt: ea ne si imperet quidem. Quæ uero in medio sunt: & a græcis τὰ διαφόρα. Idest indifferentia: tum μεσά. Idest media appellantur: ut in militiam ire: rus colere: honores capessere: causas defendere: uxorem ducere: uti iussum proficisci: ut accersitum uenire: quoniam & hæc: & his similia per sese ipsa neque honesta sunt: neque turpia: sed perinde ut a nobis aguntur: ita ipsis actionibus: aut probanda fiunt: aut reprehendenda. propterea in huiusmodi omnium rerum generibus patri parēdum esse censent: ueluti si uxorem ducere imperet: aut causas pro reis dicere. quod enim utrunque in genere ipso: per sese neque honestum: neq; turpe est: iccirco si pater iubeat obsequendum est. Quid enim si imperet uxorem ducere infamem: propudiosam: criminosam? Aut pro reo Catilina aliquo: aut. C. Bibulo: aut. P. Clodio causam dicere? non scilicet parendum: quoniam accedente aliquo turpitudinis numero desinūt esse per sese hæc media: atque indifferentia. Non ergo integra est propositio dicenda. aut honesta sunt quæ imperat pater: aut turpia. Neq; τὸ ὑγιὲς νομιμον διεξευγμένον. idest sanum legitimum disiunctum uideri potest. deest enim disiunctioni isti tertium aut neq; honesta sunt: neq; turpia. quod si additur. potest ita concludi: nōnunq̃ est igitur patri parendum.

Quod parum æqua præhēsio Epicuri a plutarcho peracta sit in syllogismi disciplina. Caput VIII.

PLutarchus secundo librorum: quos de Homero composuit: imperfecte atq; præposterе: atq; inscite syllogismo eē usum Epicurū dicit. Verbaq; ipsa epicuri ponit. θανατος οὐδεν προς ἡμας το γαρ διαλυθεν αναισθητει. το δε αναισθητουν οὐδεν πρὸς ἡμας. i. mors nihil ad nos. Nā dissolutum non sentit. quod autem non sentit nihil ad nos. Nam prætermisit inquit quod in prima parte sumere debuit θανατος ψυχης και σωματος διαλυσις. idest mors animæ & corporis dissolutio. Tum deinde eodem ipso: quod omiserat: quasi posito concessoq; : ad confirmandum aliud utitur. Progredi autem hic inquit syllogismus nisi illo prius posito nō potest. Vere hoc quidem Plutarchus de forma & ordine syllogismi scripsit. Nam si ut in disciplinis traditur: ita colligere & ratiocinari uelis: sic dici oportet. θανατος ψυχης και σωματος διαλυσις. το δε διαλυθεν αναισθητει το δε αναισθητουν οὐδεν προς ἡμας: ideſt Mors animæ cōporisq; est dissolutio. dissolutum autem nō sentit. quod uero nō sentit: nihil ad nos. Sed Epicurus cuiusmodi homo est non insciti uidetur partā illam syllogismi prætermisisse. Neq; id ei negocium fuit: syllogismum tanq̃ ī scholis philosophorum cum numeris omnibus: & cum suis finibus dicere. Enim profecto quia separatio animæ & corporis in morte euidens est: nō est ratus necessariā eē eius admonitionem: quod omnibus prorsus erat obuium. sicuti etiam q; conclusionem syllogismi non in fine posuit: sed in principio. Nam id quoq; non imperite factum: quis non uideri? Apud Platonē quoq; multis in locis reperias syllogismos repudiato conciso q; ordine isto: qui in docendo traditur: cum elegantī quadam reprehensionis contentione positos esse.

Quod idē Plūtarchus euidēti calūnia uerbū ab Epicuro dictum insectatus sit. Caput IX.

IN eodem libro idē plutarchus eundē epicurꝫ reprehendit:qꝫ uerbo usus sit paꝫ proprio & alienæ significationis. Ita enim scripsit Epicurus. ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν. ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. idest definitio magnitudinis uoluptatum:omnis doloris sublatio:Nō inqt παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος. idest:omnis dolētis sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ. i. omnis rei anxiæ: & tristis dicere oportuit:Detractio enim significanda est doloris īquit:non dolentis. Nimis minute ac prope etiā subfrigide Plutarchus in epicuro accusando λέξεις θηρεῖ. i. dictiōes rimatur. has. n. curas uocū uerborumqꝫ elegantias:nō modo non sectatur epicurus:sed etiam insectatur.

Quid sint fauissæ capitolinæ:& qd supꝫ eo uerbo. M. Varro Ser. Sulpitio q̄rēti rescripserit. Caput X.

SEruius Sulpitius iuris ciuilis auctor:uir bene litteratus:scripsit ad. M. Varronē:rogauitqꝫ ut rescriberet:qd significaret uerbū qđ in censoriis libris scriptū esset. Id erat uerbū fauissæ capitolinæ. Varro rescripsit:ī memoria sibi esse:qꝫ. Q. Catulus curator restituēdi capitolii dixisset: uoluisse se areā capitolinam deprimere:ut pluribus gradibus in eādē conscēderet. Suggestusqꝫ pro fatigii magnitudine altior fieret. sed facere id nō quiuisse:quoniā fauissæ īpedissent. Id eē cellas quasdā & cisternas:quæ in area sub terra essent:ubi reponi solerent signa uetera:quæ ex eo tēplo collapsa essent. & alia quædam religiose donariis consecrata. At deinde eadem epistola negat quidem se in litteris inuenisse:cur fauissæ dictæ sint:Sed. Q. Valerium Soranum solitum dicere ait:quos thesauros græco nomine appellaremus: priscos latinos flauissas dixisse:qꝫ in eas non rude æs:argentumqꝫ:sed flata signataqꝫ pecunia conderetur. Coniectare igitur se detractam esse:ex eo uerbo secūdam litteram:& fauissas esse dictas cellas quasdā & specus:quibus æditui capitolini uterentur ad custodiendas res ueteres religiosas.

De Sicinio dentato egregio bellatore multa memoratu digna. Caput XI.

SIcinium dentatū:qui. tri. ple. fuit. Sp. Tarpeio. Au. Thermo consulibus:scriptū est in libris annaliū: plus q̄ credi debeat:strenuū bellatorem fuisse. Nomēqꝫ ei factū ob īgentē fortitudinē: appellatūqꝫ esse Achillē romanū. Is pugnasse in hostē dicit centū &. xx. pliis. Cicatricē auersam nullā: aduersas qnqꝫ &. xl. tulisse. Coronis eē donatus aureis octo. Obsidiōali una. Muralibus tribus. Ciuicis. xiiii. Torqbus tribus &. lxxx. Armillis plus cētū. lx. Hastis duodeuigīti. Phaleris item donatus ē. Quinqes uicieſqꝫ populi militaria habuit multiiuga. ī his puocatoria pleraqꝫ. Triūphauit cū īperatoribus suis triūphos nouē.

Considerata perpensaqꝫ lex quædam solonis speciem habēs priorem iniquæ iniustæqꝫ legis: sed ad usum & emolumentum salubritatis penitus repertam. Caput XII.

IN legibus solonis illis antiqssimis:quæ athenis axibus ligneis īcisæ sunt: quasqꝫ latas ab eo athenienses: ut sempiterne manerēt: pœnis & religionibus sanxerunt:legē esse Aristoteles refert scriptā ad hanc sniam. Si ob discordiā dissensionemqꝫ seditio:atqꝫ discessio populi in duas partis fieret:& ob eam causam irritatis animis utrinqꝫ arma caperentur:pugnaretурqꝫ:tum qui ī eo tempore: in eoqꝫ casu ciūilis discordiæ:non alterutra parte sese adiunxerit:sed solitarius separatusqꝫ à cōmuni malo ciuitatis secesserit:is domo patria:fortunisqꝫ omnibus careto:exul extorrisqꝫ esto: Quū hanc legē Solonis:singulari sapientia præditi legissemus:tenuit nos grauis quædam ī principio admiratio. requirentes quā ob causam dignos esse pœna existimarit:qui se procul a seditione & ciuili pugna remouissent. Tum qui penitus atqꝫ alte usum ac snīam legis introspexerat:non ad augēdam sed ad dēfinēdam seditiōem legem hanc esse dicebat. & res prorsum se sic habet. Nam si boni oēs qui in principio coercēdæ seditionis impares fuerīt: populumqꝫ percitū & amentē non deterruerint:ad alterutram partē diuisi sese adiunxerint:tum eueniet: ut quum socii partis sehorsum utriusqꝫ fuerint:eoqꝫ partes ab iis:ut maioris auctoritatis uiris temperari ac regi cœperint. concordia per eos potissimum restitui: conciliariqꝫ possīt:dum & suos:apud quos sunt. regunt atqꝫ mitificant. & aduersarios seruatos magis cupiunt:q̄ perditos. Hoc idem Phauorinus philosophus inter fratres quoque aut amicos discedentis oportere fieri censebat:ut qui in medio sunt utriusque partis beniuoli:si in concordia admittenda parum auctoritatis:quasi ambigui amici habuerint:tum alter in alteram partem discedat. Ac per id meritū uiā sibi ad utriusqꝫ concordiā muniant. Nunc aūt plæraqꝫ inquit partis utriusqꝫ amici quasi probe faciant:duo litigantes destituunt:& relinquunt. dedūtqꝫ eos aduocatis maliuolis aut auaris. qui lites animasqꝫ eorum inflamment:aut odii studio:aut lucri.

Liberos in multitudinis numero etiā unū filium filiamue ueteres dixisse. Caput XIII.

ANtiqui oratores:historiæqꝫ:aut carminū scriptores:etiā unū filiū: filiamue liberos multitudinis numero appellarunt. Id quoqꝫ nos quū in cōplurium ueterum libris scriptum aliquotiens aduertēremus:nunc quoqꝫ in libro Sempronii Asellionis rerum gestarum quinto ita positū esse ostendimus. Is Asellio sub. P. Scipione Africano tri. militū ad Numantiā fuit. Resqꝫ eas:quibus gerēdis ipse interfuit:conscripsit. Eius uerba de Tib. Graccho tri. ple. quo in tēpore iterfectus in capitolio est:hæc sunt. Nam Gracchus domo quū proficisceretur:nunq̄ minus terna:aut quaterna milia hominū sequebantur. Aqꝫ inde infra de eodē Graccho ita scripsit:Orare cœpit ut se defenderent:liberosqꝫ suos. eum quem uirilis sexus tum in eodem tempore habebat produci iussit. populoqꝫ commendauit prope flens.

Quod. M. Cato in libro qui inscriptus est contra Tib. exulem stitisse uadimonium per litteram dicit:non stetisses. Eiusqꝫ uerbi ratio reddita. Caput. XIIII.

IN libro uetere. M. Catonis:qui inscribitur contra tiberium exulem:scriptum quidē sic erat. Qui si uadimonium capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisses scripsit. Sed falsi & audaces emendatores:e scripto p libros stetisses fecerūt:tanq̄ stitisses uanū & nihili uerbū eēt: qn potius ipi neq̄ &

nihil sunt:qui ignorant stitisse dictum a Catone: quoniam sisteretur uadimonium:non staretur.

Qd'antiqtus ætati senectæ potissimũ habiti sint ampli honores,& cur postea ad maritos & patres iidem isti honores delati sint.atq; ibi quædam de capite legis iuliæ.vii. Caput. XV.

APud antiqssimos romanoꝝ neq; generi:neq; pecuniæ præstantior honos tribui q̃ ætati solitus. Maioresq; natu a minoribus colebantur:ad deum ꝓpe & parentũ uicem.Atq omni in loco:inq; omni specie honoris priores:potioresq; habiti.A conuiuio quoq;:ut scriptũ est ĩ antiqtatibus: seniores a minoribus domũ reducebantur:eumq; morẽ accepisse romanos a lacedæmoniis traditũ ẽ:apud quos licurgi legibus:maior reꝝ oĩum honos maiori ætati habebatur. Sed postq̃ soboles ciuitati necessaria uisa est:& ad prolẽ populi frequẽtãdã præmiis: atq; iuitamẽtis usus fuit:tũ antelati qui busdã in rebus:q uxores:qq; liberos haberẽt:senioribus neq; liberos neq; uxores habẽtibus. Sic capite.vii.legis iuliæ priori ex cõss.fasces sumendi ptãs fit:nõ q pluris annos natus est:sed q pluris liberos q̃ collega: aut ĩ sua ptãte hẽt:aut bello amisit.Sed si par utriq; numerus liberoꝝ est:maritus:& q in numero maritoꝝ ẽ:præfertur.Si uero ambo & mariti:& patres totidẽ liberoꝝ sunt:tũ ille pristinus honos ĩstauratus:& q maior natu ẽ:prior fasces sumit.Sup iis aũt q aut cælibes ambo sunt:aut parẽ numeꝝ filioꝝ hẽnt:aut mariti sũt:& liberos nõ hẽnt:nihil scriptũ ĩ lege de ea ætate é.Solitos tamẽ audio:q lege potiores eẽnt:fasces primi mensis collegis concedere:aut lõge ætate prioribus:aut nobilioribus multo:aut secundũ consulatũ ineuntibus.

Qd'Cesellius uidex a Sulpitio Apollinari reꝑhẽsus ẽ in sensus Virgiliani enarratõe. Caput XVI.

VIrgilii uersus sunt e libro sexto.

Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta:
Proxia sorte tenet lucis loca:primus ad auras
Aethereas italo cõmixtus sanguine surget
Siluius albanum nomen: tua posthuma proles,
Quem tibi longæuo serum lauinia coniunx
Educet siluis regem:regumq; parentem.
Vnde genus longa nostrum dominabitur alba

Videbanť hæc nequaq̃ cõuenire. Tua posthuma ꝓles. Qué tibi longæuo seꝝ lauinia cõiunx, Educet siluis regem. Nã si hic siluius ut ĩ omniũ ferme annaliũ monumentis scriptũ ẽ: post morté prís natus ẽ:ob eã causam prænomẽ ei ipositũ hoc fuit:q̃ rõne subiectũ ẽ. Quẽ tibi longæuo serum lauinia cõiunx Educet siluis regẽ? Hæc enĩ uerba significare uideri possunt: Aenea uiuo:& iã sene natũ ei siluiũ: & educatũ. Iáq; hanc sniam esse uerboꝝ istoꝝ Cesellius opinatus ĩ cõmentario lectionũ antiquaꝝ:Posthuma inqt ꝓles non eũ significat:qui patre mortuo sed qui postremo loco natus est:sicuti siluius:qui Aenea iã sene tardo serotq; partu est editus.Sed huius historiæ auctorẽ nullũ idoneũ nominat.Siluiũ autẽ post æneæ mortẽ: sicuti diximus:natum multi tradiderũt.Iccirco Apollinaris sulpitius ĩter cætera in qbus Cesselliũ reprehendit:hoc quoq; eius:quasi erratũ aĩaduertit.Erroriq; istius:hanc esse causam dixit:q; scriptũ ita sit: Quẽ tibi lõgæuo: inqt non seni.Significatio enĩm esset cõtra historiæ fidẽ:sed ĩ longũ iam æuũ & perpetuũ recepto imortaliq; facto.Anchises.n.qui hæc dicit ad filiũ:sciebat eũ:quũ hoĩum uita discessisset:ĩmortalẽ atq; indigeté futurũ. & lõgo ꝓpetuoq; æuo potiturꝝ.Hoc sane Apollinaris argute.Sed aliud tamen est longum æuũ: aliud perpetuum.Neq; dii longæui appellantur:sed immortales.

Cuiusmodi naturam esse quarundam præpositionum.M.Cicero animaduerterit. disceptatumq; ibi super eoipso:quod Cicero obseruauerat. Caput XVII.

QBseruate curioseq; aĩaduertit.M.Tullius ĩ & con præpositiones uerbis: aut uocabulis præpositas tũc ꝓduci:atq; ꝓtẽdi:quũ litteræ sequerenť: q̃ primæ sunt ĩ sapiẽte:atq; fœlice.In aliis aũt oibus: correpte ꝓnunciari.Verba Ciceronis hæc sunt.Quid uero hoc elegãtius:qd'nõ fit natura:sed quodã institutor? Indoctus dicimus breui prima littera:ĩsanus ꝓducta:ĩhumanus breui:ĩfœlix longa. & ne multis ea:qbus ĩ uerbis primæ lr̃æ sunt:quæ ĩ sapiẽte atq; fœlice:hæc ꝓducte dicunť:in cæteris uero oĩbus breuiter.Itẽ quæ cõposuit:cõsueuit:cõcrepuit:cõfecit:cõsule ueritatẽ:cõprehende:& refer ad auris: ꝓbabũt. Quære cur ita sit? dicẽt:proh iuuare uoluptati ãt auriũ morigerari debet oro.Manifesta qdẽ rõ suauitatis est ĩ iis uocibus:de qbus cicero locutus est:sed qd dicemus de præpositõe ꝓ: quæ quũ ꝓduci & corripi soleat:obseruationẽ hanc tamẽ.M.Tullii aspnata est.Nõ.n.semp ꝓducť:quum seqtur ea lr̃a:q̃ prima est ĩ uerbo fœlix.quã cicero hãc habere uim significat:ut ꝓp eam rẽ in & con præpositões ꝓducanť.Nam ꝓficisci:&profundere:& profugere:& ꝓfanum:& ꝓfestum correpte dicimus. ꝓferre autem:& ꝓfligare:& ꝓfícere ꝓducte:cur igiť ea lr̃a:quã Cicero productõis causam facere obseruauit non in oibus cõsimilibus eandẽ uim:aut rõnis:aut suauitatis tenet: sed aliã uocẽ ꝓduci facit:aliã corripi? Neq; uero con particula tum solum ꝓducíť:quũ ea lr̃a:de qua Cicero dicit:ĩsequiť.Nã & Cato & Salustius fœnoribus inqunt cooptus est.Prætrea colligatus & cõnexus ꝓducte dicũť.Sed tamẽ uideri põt ĩ iis quæ posui:ob eã causam particula hæc producti:quoniã elidiť ex ea n lr̃a.Nam detrimentũ lr̃æ productione syllabæ compensať. Quod qdem etiam in eo seruatur:quod est cogo.Neq; repugnat q; coegi correpte dicimus.Non enim salua συνοιρεσει,ideſt coagmentatione dicitur a uerbo:quod est cogo.

Qd phedon socraticus seruus fuit:q;q; itẽ alii cõplusculi seruituté seruierũt. Caput XVIII.

PHedon elidẽsis ex cohorte illa socratica fuit.Socratiq; & Platoni pfuit familiaris.Eius nomini plato illũ librũ diuinũ de imortalitate aĩæ dedit.Is phedon seruus fuit:forma atq; ingenio liberali:& ut qdã scripserũt:a lenone donio puer ad merendũ coactus.Eum cebes socraticus hortãte socrate emisse diciť:habuisseq; ĩ philosophiæ disciplinis.Atq; is postea phũs illustris fuit. Sermõesq; eius de socrate admodũ elegãtes legunť.Alii quoq; nõ pauci serui fuerunt:q post philosophi clari extiterũt.Ex qbus ille Menippus fuit:cuius libros.M.Varro ĩ satyris æmulatus ẽ:quas alii cynicas : ipse appellat menippeas.Sed & Theophrasti pipathetici seruus pompilius:& zenonis stoici seruus:q ꝓpseus uocatus ẽ: &

Epicuri:cui nomẽ Mys fuit:philosophi nõ incelebres uixerũt.Diogenes etiã cynicus seruitutẽ seruiuit,sed is ex libertate ĩ seruitutẽ uenierat.quẽ quũ emere uellet Xeniades corithius:& qd is artificii nouisset ꝓcontatus foret.Noui inqt Diogenes hoibus liberis ĩperare.Tũ Xeniades responsum eiusdẽ miratus emit:& manumisit,filiosq; suos ei tradẽs:accipe inqt liberos meos:qbus ĩperes. De Epicteto ãt philosopho nobili:q; is quoq; seruus fuit;recẽtior ẽ memoria:q̃ ut scribi:q̃si obliratũ debuerit.Eius Epicteti ẽt de se scripti duo uersus ferũtur:ex quibus latenter intelligas:nõ omnis modo diis exosos nõ esse qui ĩ hac uita cum erumneaꝝ uarietate luctantur:sed esse arcanas causas:ad quas paucorum potuit peruenire curiositas.

ΔΟΥΛΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΓΕΝΟΜΗΝ.ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΙ ΠΗΡΟΣ. Seruus epictetus fueram:qui corpore mancus
ΚΑΙ ΠΕΝΙΗΝ ΙΡΟΣ.ΚΑΙ ΦΙΛΟΣ ΑΘΑΝΑΤΟΙΣΙ.ideſt Pauperie pressus:carus eram superis.

Rescire uerbũ quid sit.& quã habeat uerã & propriã significationẽ. Caput XIX.

idoneos prior occupat.Milites romani: uti res narrata est: in locum insinuant fraudi & perniciei obnoxiũ. Tribunus ad consulem uenit.Ostendit exitũ de loci ꝑportunitate:& hostium circunstantia. Maturũ censeo inquit:si rem seruare uis:faciundũ:ut.cccc.aliquos milites ad uerrucam illam (sic enim.M. Cato locũ editũ: asperumq; appellat) ire iubeas.Eáq; uti occupent:ꝑeres horteriscq;.hostes ꝓfecto ubi id uiderint: fortissimus quisq; & promptissimus:ad occursandum pugnandũq; in eos præuertentur.unoq; illo negocio sese alligabunt.Atq; illi omnes.cccc.proculdubio obtruncabuntur.Tu interea occupatis in ea cæde hostibus: tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis.Alia:nisi hæc saluti uia nulla est.consul tribuno respõdit: consilium qdem fidum:atq; ꝓuidens sibi uiderier.Sed istos inqt milites.cccc.ad eum locũ ĩ hostium cuneos: quisnam erit:q ducat? Si alium:inquit tribunus:neminẽ reperis:me licet ad hoc periculũ utare. Ego hanc tibi:& reip. animam do:consul tribuno gratias laudesq; agit.Tribunus &.cccc.ad moriendũ ꝓficiscunt. Hostes eoꝝ audaciam demirant.Quorsum ire ꝑgant:in expectando sunt.Sed ubi apparuit :ad eandem uerrucam occupãdam iter intendere mittit aduersum illos imperator carthaginensis peditatũq; & equitatũ: quos in exercitu uiros habuit strenuissimos.Romani milites circunueniunt.circunuenti repugnant.Fit prœlium diu anceps Tandẽ superat multitudo.Quadringenti omnes tum una perfossi gladiis:aut missillibus operti cadunt. Cõsul iteribi:dum ea pugna fit:se in locis tutos:atq; editos subducit.Sed qd illi tribuno duci militum.cccc. diuinitus in eo prœlio usu uenit:nõ iam nostris:sed ipsius Catonis uerbis subiecimus.uerba Catonis : Dii immortales tri.militũ fortunã ex uirtute eius dedere.Nã ita euenit.Quũ saucius multifariã ibi factus eẽt: tum uulnus capiti nullũ euenit.Eũq; iter mortuos defatigatũ uulneribus:atq; spirãtẽ qd sanguen defluxerat:cognouere:eum sustulere.Isq; conualuit.Sæpeq; post illã operã reipu.fortem:atq; strenuã phibuit.Illoq; facto quod illos milites subduxit:exercitũ cæteꝝ seruauit.Sed idem benefactũ in quo loco ponas: nimiũ interest. Leonides Lacedæmonius laudatur:qui simile apud Thermophylas fecit.Propter eius uirtutes omnis græcia gloriam atq; gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decorauere monumentis:signis:statuis:elogiis:historiis.Aliisq; rebus gratissimum id eius factum habuere.At tribuno militũ parua laus pro factis relicta:qui idem fecerat:atq; rempublicã seruauerat. Hanc.Q.Ceditii uirtutẽ.M.Cato tali suo testimonio decorauit.Claudius aũtẽ Qradrigarius annali.iii.nõ Ceditio nomẽ fuisse refert:sed Laberio.

Litteræ eximiæ consulum.C.Fabritii & Aemilii:ad regem Pyrrhum a Quinto Claudio scriptore historiarum in memoriam datæ. Caput VIII.

QVum Pyrrhus rex in terra italia eẽt:& unã atq; alterã pugnã prospere pugnasset:satisq; ãgerentur romani:& pleraq; italia ad regem desciuisset:tũ ambraciensis quispiam Thimochares regis Pyrrhi amicus ad.C.Fabritiũ cõsulem furtim uenit:ac ꝑmiũ petiuit : & si de præmio cõueniret: promisit regem uenenis necare:Id quod facile factu esse dixit:quoniã filii sui pocula in conuiuio regi ministrarent.Eam rem Fabritius ad senatũ scripsit:senatus legatos ad regẽ misit.Mandauit ut de Thimochare nihil ꝑderẽt:sed monerent:uti rex circũspectius ageret:atq; a ꝓximorũ insidiis salutem tutaretur:hoc ita uti diximus:in Valerii Antiatis historia scriptum est.Quadrigarius autẽ in libro.iii. nõ Thimocarem:sed Niciá adisse ad consulem scripsit.Neq; legatos a senatu missos:sed a consulibus.Et regem populo romano laudes atq; gratias scripsisse:captiuosq; eis:quos tum habuerit:restituisse:& reddidisse. Cõsules tũ fuerunt.C.Fabritius:& Aemilius.Litteras quas ad regẽ Pyrrhum sup ea causa miserũt:Clau. Quadrigarius scripsit fuisse hoc exẽplo. Cõsules romani salutẽ dicũt Pyrrho regi.Nos pro tuis iniuriis cõtinuo animo strẽnui cõmoti inimiciter tecũ bellare studemus.Sed cõmunis exempli:& fidei.ergo uisum est:uti te saluũ uelimus:ut esset quẽ armis uincere possimus.Ad nos uenit Nicias familiaris tuus:qui sibi preciũ a nobis peteret si te clam interfecisset.Id nos negauimus uelle.Neue ob eam rem quicq̃ cõmodi expectaret : & simul uisum est:ut te certiorem faceremus:ne quid eiusmodi si accidisset:nostro cõsilio ciuitates putarent factũ: & quod nobis nõ placet precio:aut præmio:aut dolis pugnare.Tu nisi caueas iacebis.

Quis & cuiusmodi fuerit:qui in prouerbio fertur equus seianus:& qualis color equorum sit:sui spadices uocantur.Deq; istius uocabuli ratione. Caput IX.

RAssius in cõmentariis suis.item Iulius modestus in secundo quæstionum confusarum historiam de equo seiano tradunt:dignã memoria atq; admiratione.Cn.Seium quempiam scribunt fuisse. Eumq; habuisse equum natum argis in terra græcia:de quo fama constans esset: tanq̃ de genere equorum progenitus foret:qui Diomedis thracis fuissent:quos Hercules Diomede occiso e thracia argos perduxisset. Eum equum dicunt fuisse magnitudine inusitata : ceruice ardua : colore phœniceo:flaua & comanti iuba.Omnibusq; aliis equorum laudibus quoq; longe præstitisse. Sed eundem equum tali fuisse fato:siue fortuna ferunt:ut quisquis haberet eum:possideretq;:is cum omni domo:familia fortunisq; omnibus suis ad internitionem usq; deperiret. Itaq; primum illum Cn. Seium dominũ eius a.M.Antonio:qui postea triũuir reipublicæ constituendæ fuit:capitis damnatum miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cor. Dolobellam consulem in syriam proficiscentem fama istius equi adductum argos diuertisse:Cupidineq; habendi eius exarsisse.Emisseq; sestertiis centũ milibus.Sed ipsum quoque Dolobellam in syria bello ciuili obsessum atq; interfectũ esse.Mox eundem equum:qui dolobellæ fuerat.C.Cassium:qui Dolobellam obsederat:obduxisse.Quẽ Cassium postea satis notũ est uictis Parthis : fusoq; exercitu suo:miseram mortẽ oppetiisse.Deinde Antonium post interitũ Cassii parta uictoria:equum illum nobilem cassii requisisse:& cũ eo potitus esset:ipsum quoq; postea uictũ:atq; desertũ:detestabili exitio interiisse.Hic prouerbiũ de hominibus calamitosis ortũ:diciq; solitum.Ille homo habet equũ seianũ.Eadẽ sententia est illius quoq; ueteris prouerbii:quod ita dictũ accepimus. Aurũ tolosanũ. Nam quũ oppidũ to-

Ioſanum in terra italia. Q. Cepio cõſul diripuiſſet: multũq; auri in eius oppidi tẽplis fuiſſet: quiſqs ex ea direptione aurũ attigit: miſero cruciabilique exitu periit. Hũc equũ. C. Baſſus uidiſſe ſe argis refert: haud credibili pulcbritudine: uigoreq; & colore exuperantiſſimo. Quẽ colorẽ nos (ſicuti dixi) puniceũ: græci partim φοινικα: alii σπαδικα appellant: quoniã palmæ termes ex arbore cũ fructu auulſus ſpadix dicitur.

Quod eſt quædã ſeptenarii numeri uis & facultas: in multis naturæ rebus animaduerſa, de qua. M. Varro in hebdomadibus diſſerit copioſe. Caput X.

VArro in primo librorũ: qui inſcribunt hebdomades: uel de imaginibus: ſeptenarii numeri: quẽ græci hebdomada appellant: uirtutes poteſtatesq; multas: uariaſq; dicit. Is nãq; numerus ſiquit ſe ptẽtriones maiores: minoresq; facit in cælo. Itẽ uergilias: quas græci πλειάδας uocãt. Facit etiã ſtellas: quas alii erraticas. P. Nigidius errones appellat. Circulos quoq; ait in cælo circũ longitudinem axis ſeptẽ eſſe: e quis duos minimos: qui axẽ extimũ tangunt: πολυσ. i. axes appellari dicit. Sed eos in ſpera quæ κρικωτη: ideſt ſpera ptuſa uocant: ꝓpter breuitatẽ nõ ieſſe. Atq; neq; ipſe zodiacus ſeptenario caret numero. Nã in ſeptimo ſigno fit ſolſtitiũ a bruma. In ſeptimo bruma a ſolſtitio. In ſeptimo æquinoctiũ ab æquinoctio. Dies deide illos: qbus alcyones hyeme: anni: in qua nidulant: eos quoq; ſeptẽ eſſe dicit. Præterea ſcribit lunæ curriculũ confici integrũ quater ſeptenis diebus. Nam duodetricesimo luna inqt: ex quo ueſtigio ꝓfecta eſt: eodem redit. Auctorẽq; opinionis huius Ariſtidẽ eſſe ſamiũ: in qua re non id ſolũ animaduerti debere dicit: q; quater ſeptenis. i. octo & uiginti diebus cõficeret iter luna ſuũ. Sed q; is numerus ſeptenarius: ſi ab uno ꝓfectus: dũ ad ſemetipſum ꝓgrediũ: oĩs: per quos progreſſus eſt: numeros cõprehendat: ipſumq; ſe addat: facit numerũ octo & xx. quot dies ſunt curriculi lunaris. Ad hoies quoq; naſcẽdos uim numeri iſtius porrigi: pertinereq; ait. Nã quũ in uterũ inquit mulieris genitale ſemen datũ eſt: primis ſeptẽ diebus cõglobaĩ coagulaturq;. Fitq; ad capiendã figurã idoneũ. Poſt deinde quarta hebdomade: quod eius uirile fœtus futurũ eſt: caput: & ſpina: quæ eſt in dorſo informaĩ. Septima aũt fere hebdomade ideſt nono & xl. die totus inqt homo in utero abſoluiĩ. Illã quoq; uim numeri huius obſeruatã reſet: q; ante menſem ſeptimũ: neq; maſculus neq; fœmina ſalubriter: ac ſecundũ naturã naſci poteſt: & q; ii qui iuſtiſſime in utero ſunt: poſt. cclxxx. dies poſtq; ſunt cõcepti: quadrageſima deniq; hebdomade ita naſcunt. Periculo quoq; uitæ fortunarũq; hominũ: quæ climateras Chaldæi appellãt grauiſſima: quæq; fieri affirmat ſeptenariis. Præter hæc modũ eſſe dicit ſũmũ adoleſcendi humani corporis ſeptẽ pedes: quod eſſe magis uerũ arbitramur: q̃ quod Herodotus homo fabulator in primo hiſtoriarũ inuẽtũ eſſe ſub terra ſcripſit. Oreſti corpus cubita longitudinis habens ſeptẽ: quæ faciunt pedes duodecim & quadrãtẽ. Niſi ſi (ut Homerus opinatus eſt) uaſtiora ꝓlixioraq; fuerint corpora hominũ antiquoꝝ: & nũc quaſi iam mũdo ſeneſcente: rerũ atq; hominũ detrimẽta ſunt. Dẽtes quoq; & in primis ſeptẽ mẽſibus: & ſeptenos ex utraq; parte gigni ait. & cadere annis ſeptenis: & genuinos annaſci annis fere bis ſeptenis. Venas etiã in hoĩbus: uel potius arterias: medicos muſicos dicere ait: numero moueri ſeptenario: quod ipſi appellant Τὴν διὰ τέσσαρων συμφωνιαν: ideſt per quaternariũ cõſonantiã: quæ fit in collatione quaternarii numeri. Diſcrimina etiam periculorũ in morbis maiore ui fieri putant in diebus: qui conficiuntur ex numero ſeptenarii. Eoſq; dies omniũ maxime ita ut medici appellãt: κριτικους ἡ κρισιμους: ideſt iudiciarios uel iudiciales cuiq; uideri primam hebdomadam: & ſecũdã: & tertiã. Nec nõ ideſt etiã ad uim facultateſq; eius numeri augẽdas: q; qbus inedia mori cõſilium eſt: ſeptimo demũ die mortẽ appetũt. Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum cõquiſite. Sed alia quoq; ibidem congerit frigidiuſcula. Veluti ſeptem opera eſſe in orbe terrarum miranda. & ſapientes item ueteres ſeptem fuiſſe. & curricula ludorũ circenſium ſolẽnia ſeptem eſſe. ad oppugnandas thebas duces ſeptem delectos. Tum ibi addit ſe quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe. Ex quibus aliquãdiu quum proſcriptus eſſet: direptis bibliothecis ſuis non comparuiſſe.

Quibus: & q̃ friuolis argumentis Actius in didaſcalicis utatur: quibus docere nititur Heſiodum eſſe: q̃ Homerum natu antiquiorem. Caput XI.

VPer ætate Homeri atq; Heſiodi: non conſentitur. Alii Homerum: q̃ Heſiodum maiorem natu fuiſſe ſcripſerunt. In quibus Philochorus & Zenophanes. Alii minorem in quis. L. Actius poeta: & Ephorus hiſtoriæ ſcriptor. M. autem Varro in primo de imaginibus: uter prior natus ſit: parum conſtare dicit. Sed non eſſe dubium quin aliquo tempore eodem uixerint. idq; ex epigrãmate oſtendit: quod in tripode ſcriptum eſt: qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus tradiĩ. Actius autem in primo didaſcalico leuibus admodum argumentis utitur: per quem oſtendit Heſiodum natu priorem. Quod Homerus inquit: quum in pricipio carminis Achillem eſſe filium Pelei diceret: quis eſſet Peleus: non addidit: quam rem procul inquit dubio dixiſſet: niſi ab Heſiodo iam dictum uideretur. De cyclope itidem inquit uel maxime unoculus fuit: rem tam inſignem non præteriſſet niſi æque prioris Heſiodi carminibus inuulgatum eſſet. De patria quoq; homeri multo maxime diſſenſum eſt. Alii colophonium: alii ſmyrnæum: ſunt qui Athenienſem: ſunt qui ægyptium dicant fuiſſe. Ariſtoteles tradit ex inſula io natum. M. Varro in libro de maginibus primo Homeri imagini hoc epigramma appoſuit.

Capella homeri candida hoc tumulum indicat.
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.

σμυρνα ῥόδος κολοφων σαλαμὶς ἰος ἀργὸς ὅδ' ἀθά/ (γαι
Septẽ urbes certant de ſtirpe inſignis homeri.
Smyrna: rodus: colophon: ſalamin: ius: argos: athenæ.
τωτὰ πόλεις ἐπιζουσι περι ριζαν ὁμηρου.

Largum atq; auidum bibendi a. P. Nigidio doctiſſimo uiro nouo & propemodum abſurdo uocabulo biboſum dictum. Caput XII.

Bendi auidũ.P.Nigidius in cõmentariis grámatis bibacẽ & biboſum dici. Bibacem ego: ut edacem a pleriſq; aliis dictum lego. Biboſum dictũ etiam nuſq; repperi, niſi apud Laberium. Neq; aliud eſt: q; ſimili inclinatu dicatur. Non enim ſimile eſt: ut uinoſus: aut uitioſus: cæteraq; quæ hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis non a uerbo inclinata ſunt. Laberius in mimo uel primo: qui ſalinator ſcriptus eſt: uerbo hoc ita utitur. Non mámoſa: non annoſa: non biboſa nõ ꝓcax.

Quod Demoſthenes etiã tum adoleſcens quũ Platonis philoſophi diſcipulus foret: audito forte Calliſtrato rhetore in concione populi: deſtitit a Platone: & ſectatus eſt Calliſtratum. Caput XIII.

Hermippus hoc ſcriptum reliquit. Demoſthenem admodum adoleſcentem uentitare in acadæmiam: Platonemq; audire ſolitum. Atq; is inquit Demoſthenes domo egreſſus: ut ei mos erat: quum ad Platonem pergeret. compluriſq; populos currentes uideret: percontatur eius rei cauſam. Cognoſcitq; currere eos auditum Calliſtratum. Is Calliſtratus Athenis orator in republica fuit. illi Δημάγογουσ appellant. uiſum eſt paulum diuertere. expeririq; an ad digna auditu: tanto properatum ſtudio foret. Venit inquit: atq; audit Calliſtratum: nobilem illam Τὴν περὶ ὀρόπου ἰδικὴν. Ideſt de oropo cauſam dicentem. Atq; ita motus: & demulctus: & captus eſt: ut Calliſtratum iam inde ſectari cœperit: acadæmiam cum Platone reliquerit.

Dimidiũ librum legi: aut dimidiã fabulam audiui: aliaq; huiuſcemodi: qui dicat uitioſe dicere. Eiuſq; uitii cauſas reddere. M.Varronẽ nec quenq; ueterũ iiſce uerbis ita uſum eſſe. Caput. XIIII.

Dimidium librũ legi: aut dimidiam fabulam audiui: uel quid aliud huiuſcemõi: & male & uitioſe dici exiſtimat Varro. Oportet enim inqt dicere: dimidiatũ librũ: nõ dimidiũ: & dimidiatã fabulã: nõ dimidiã. Contra autẽ ſi e ſextario hemina fuſa eſt nõ dimidiatũ ſextariũ fuſum dicendũ eſt. Et qui quoq; ex mille nũmũ quod ei debebat: qngẽtos recepit: nõ dimidiatũ recepiſſe dicemus: ſed dimidiæ. At ſi ſcyphus inqt argẽteus mihi cũ alio cõis in duas partes diſiectus ſit: dimidiatũ meũ dicere eẽ ſcyphũ debeo: nõ dimidiũ. Argẽti autẽ: quod in eo ſcypho ineſt: dimidiũ meũ eſſe: nõ dimidiatum differet ac diuidit ſubtiliſſime: qđ dimidiũ dimidiato interſit. &. Q. Enniũ ſcienter hoc in annalibus dixiſſe ait. Sicuti ſiquis ferat uas uini dimidiatũ. Sic pars quæ deeſt a uaſe nõ dimidiata dicenda eſt: ſed dimidia. Oĩs autẽ diſputatiõis eius: quã ſubtiliter qdẽ: ſed ſubobſcure explicat: ſũma hæc eſt. Dimidiatũ eſt q̃ſi diſmediatũ: & in partis duas pares diuiſum. Dimidiatũ ergo: niſi ipſum qđ diuiſum eſt: dici haud cõuenit. Dimidiũ uero ẽ nõ qđ ipſũ dimidiatũ ẽ: ſed q̃ ex dimidiato pars altera ẽ. Quũ igit̃ partẽ libri dimidiã legiſſe uolumus dicere: aut pt̃ẽ dimidiã fabulæ audiſſe. ſi dimidiã fabulã: aut dimidiũ librũ dicemus: peccabimus. Totũ enĩ ipſũ: qđ dimidiatũ aut diuiſũ ẽ: dimidiũ dicis. Itaq; Lucilius eadẽ ſecutus: uno oculo inqt pedibuſq; duobus: dimidiatus: ut porcus. Et alio loco: qd ni & ſcuta qdẽ ut uẽdat: ſcutarius laudat. Perfractã ſtrigilẽ ſoleã ĩpro/ bus dimidiatã. Iã in. xx. manifeſtius dimidiã horã dicere ſtudioſe fugit. Sed ꝑ dimidia dimidiũ ponit ĩ hiſce uerſibus. Tẽpeſtate ſua: atq; eodẽ uno tpe: & horæ Dimidio tribus cõfectis dũtaxat eandẽ: & quartã. Nã quũ obuiũ ꝑximũq; eſſe dicere: & hora dimidia tribus cõfectis uigilate: atq; attẽte uerbũ nõ probũ mutauit: per qđ ſatis apparet: ne horã quidẽ dimidiã recte dici: ſed uel dimidiatã horã: uel dimidiatam partẽ horæ. Propterea Plautus ĩ bacchidibus dimidiũ auri dicit: nõ dimidiatũ aurũ. Itẽ in aululariã: dimidiũ obſonii: nõ dimidiatũ obſoniũ: in hoc uerſu. Ei adeo obſonii hinc iuſſit dimidiũ dari. In mœnæchinis autẽ dimidiatum diẽ: nõ dimidiũ in hoc uerſu. Dies quidẽ iam ad umbiculũ dimidiatus mortuus eſt. Etiã. M. Cato in libro: quẽ de agricultura cõſcripſit: ſemẽ cupreſſi ſerito crebrũ: ita uti linũ ſeri ſolet: eo crebro terrã inſternito: dimidiatũ digitũ. Iam id bene tabula: aut pedibus: aut manibus cõplanato. dimidiatũ inquit digitũ: nõ dimidium. Nã digiti quidẽ dimidiũ. digitũ aũt ipſum dimidiatũ dici oportet. Itẽ. M. Cato de carthaginẽſibus ita ſcripſit: Homines defoderunt in terrã dimidiatos: ignẽq; circũpoſuerunt: ira interfecerũt. Neq; quiſq̃ oĩum qui probe locuti ſunt his uerbis ſecus q̃ dixi uſus eſt.

Extare in litteris perq; hominũ memorias tradi: q; repẽte multis mortẽ attulit gaudiũ ingens inſperatũ: intercluſa anima: & uim magni: nouiq; motus nõ ſuſtinente. Caput VV.

Cognito repẽte iſperato gaudio expiraſſe animã refert Ariſtoteles phũs Polycratã nobilẽ fœminã e naxo iſula. Philippides quoq; comœdiarũ poeta: haud ignobilis ætate iã edita: cũ ĩ certamĩe poetarum p̃ter ſpẽ uiciſſet: & lætiſſime gauderet iter illud gaudiũ repẽte mortuus ẽ. De Rhodio ẽt Diagora celebrata hiſtoria eſt. Is Diagoras tris filios adoleſcẽtes habuit: unũ pugilẽ: alterũ pãcratiaſtẽ: tertiũ luctatorẽ. Eoſq; oĩs uidit uincere: coronariq; eodẽ olympiæ die & quũ ibi eũ tres adoleſcentes amplexi: coronis ſuis in caput p̃ris poſitis ſauiarent̃: cũq; populus gratulabũdus flores undiq; in eũ iacerent: ibi in ſtadio iſpectãte populo: in oculis: atq; in manibus filiorũ animã efflauit. Præterea in noſtris annalibus ſcriptũ legimus: q̃ tẽpeſtate apud cannas exercitus populi romani cæſus eſt: anũ matrẽ nũcio de morte filii allato luctu atq; mœrore affectã eẽ: ſed is nũcius nõ uerus fuit. Atq; is adoleſcẽs nõ diu poſt ex ea pugna ĩ urbẽ redit. Anus repẽte filio uiſo: copia: atq; turba: & q̃ſi ruina ĩcidẽtis ĩopinati gaudii opp̃ſſa exanĩataq; eſt.

Tẽporis uarietas in puerperiis mulierũ: quænã ſit a medicis & philoſophis tradita. Atq; inibi poetarum quoq; ueterũ: ſuper eadẽ re opiniones. Multaq; alia auditu: atq; memoratu digna. Verbaq; ipſa Hippocratis medici ex libro illius ſumpta: qui inſcriptus eſt πε̃ρὶ Τοφησ: ideſt de aliméto. Id quoq; eſſe a grauiſſimis uiris memoriæ mandatum. Caput XVI.

T medici & philoſophi illuſtres: de tempore humani partus quæſiuerunt: ποσοῦ χρόνου τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος: ideſt quantũ eſt hoĩum geſtationis tempus. Et multa opinio ẽ. Eaq; iam pro uera recepta. Poſtq̃ mulieris uterus cõceperit ſemen: gigni hoĩem ſeptimo mẽſe rarẽter:

nunq̃ octauo: ſæpe nono: ſæpenumero decimo menſe. Eumq; eſſe hominem gignendi ſummũ finem: de-
cem menſes non inceptos: ſed exactos. Idq; plautũ ueterem copiam dicere uidemus in comœdia ciſtellaria,
his uerbis. Tum illa: quã compreſſerat decimo poſt menſe exacto hic peperit filiã. Hoc idẽ tradit etiã Menã-
der poeta uetuſtior: humanarũ opinionũ uel peritiſſimus: uerſus eius ſuper ea re de fabula Plocio poſui. γυ-
ΝΑ ΚΥΕΙ ΔΕΚΑΜΗΝΟΣ: mulier decimeſtris parit: ſed noſter Cecilius: cum faceret eodem nomine: & eiuſdem ar
gumenti comœdiam: ac pleraq; a Menandro ſumeret: in menſibus tamen genitalibus nominádis: nõ præ-
termiſit octauum: quem præterierat Menander. Cecilii uerſus hi ſunt.

Inſolet ne mulier decimo menſe parere? Pol nono quoq; ſeptimo atq; octauo.

Eam rem Cecilium nõ incõſiderate dixiſſe: neq; temere a Menádro: atq; a multorum opinionibus deſciuiſ-
ſe. M. Varro uti credamus facit. Nam menſe nõnunq̃ octauo editum eſſe partum in libro. xiiii. rerum diui-
narum ſcriptum reliquit. Quo in libro etiã undecimo menſe aliquãdo naſci poſſe hominẽ dicit. Eiuſq; ſen-
tentiæ: tã de octauo q̃ de undecimo mẽſe Ariſtotelẽ laudat auctorẽ. Sed huius de mẽſe octauo diſſenſionis
cauſa cognoſci poteſt in libro Hippocratis: qui inſcriptus eſt: ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ de alimento: ex quo libro: uerba
hæc ſunt: ΕΣΙΔΕ ΚΑΙ ΟΥΚΕΣΙΝ ΟΚΤΑΜΗΝΟΣ ΓΕΝΗΣΙΣ: ideſt. Eſt autem & nõ eſt octimeſtris partus. Id tam obſcu
re atq; præciſe: tamq; aduerſe dictum Sabinus medicus: qui Hippocratẽ commodiſſime cõmẽtatus eſt: his
uerbis enarrauit. ΕΣΙ ΜΕΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ ΩΣΠΕΡ ΖΩΑ ΚΑΤΑ ΤΥΝ ΕΚΤΡΟΣΙΝ: ΟΙΚΕΣΙ ΔΕΩΣ ΘΝΗΣΚΟΝΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ. ΚΑΙ
ΕΣΙΝ ΟΥΥ ΦΑΝΤΑΣΙΑ ΜΕΝ ΩΣΠΑΡΑΝΤΙΚΑ ΟΝΤΑ ΔΥΝΑΜΕΙ ΔΕ ΟΙΚΕΣΙ. Ideſt apparent quidem ueluti animalia poſt
abortum. Sed nequaq̃ ſunt: quippe quæ ſtatim uita excedant: Itaq; eſſe quidem tantiſper imaginãtur: ſed po
tentia non ſunt. Antiquos autẽ romanos Varro dicit non recepiſſe huiuſcemodi quaſi monſtroſas raritates.
Sed nono menſe: aut decimo: neq; præter hos alias partionẽ mulieris ſecundũ naturã fieri exiſtimaſſe. Iccir-
co eos nomina parcis tribus feciſſe a pariendo: & a nono atq; decimo menſe. Nam parca inquit imutata litte
ra una a partu nominata. Item nona & decima a partus tempeſtiui tempore. Ceſellius autẽ uindex in lectio-
nibus ſuis antiquis tria inquit nomina parcarum ſunt: Nona: Decima: Morta. Et uerſum hunc Liuii antiq̃-
ſimi poetæ ponit ex ΟΔΥΣΣΕΙΑ: ideſt ulyſſea. Quando dies aduenit: quem profata morta eſt. Sed homo mi-
nime malus Ceſellius mortam quaſi nomen accepit: quum accipere quaſi meram deberet. Præterea ego de
partu humano: præterq̃ quæ ſcripta in libris legi: hoc quoq; ueniſſe uſu romæ comperi. Fœminam bonis
atq; honeſtis moribus: non ambigua pudicitia in undecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe. Factũq;
eſſe negocium propter rationem temporis: quaſi marito mortuo: poſtea concepiſſet: quoniam deceuiri in
decimo menſe gigni hominẽ: non in undecimo ſcripſiſſent. Sed diuum Hadrianum cauſa cognita decreuiſ
ſe in undecimo quoq; menſe partum edi poſſe. Id quoq; ipſum eius rei decretum nos legimus. In eo decre-
to Hadrianus ita ſtatuere ſe dicit: requiſitis ueterum philoſophorum & medicorum ſententiis. Hodie quo-
que in ſatyra forte. M. Varronis legimus: quæ inſcribitur teſtamentum: uerba hæc. Siquis mihi filius: unus
plureſue in decem menſibus gignuntur. Ii ſi erunt ΟΝΙ ΛΥΡΑΣ: ideſt aſini ad lyram exhæredes ſunto. Quod
ſiquis undecimo menſe: ΚΑΤΑΡΙΖΟΤΕΛΗ: ideſt ſecandũ Ariſtotelem natus eſto: Accio idẽ: quod Titio ius eſto
apud me. Per hoc uetus prouerbium Varro ſignificat: ſicuti uulgo dici ſolitum erat: de rebus inter ſe nihil
diſtantibus. Idem Accii quod Titii: ita pari eodẽq; iure eſſe in decem menſibus natos: & in undecim. Quod
ſi ita: neq; ultra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt: quæri oportet: cur Homerus ſcripſe-
rit Neptũnum dixiſſe puellæ a ſe recens compreſſæ.

ΧΑΙΡΕ ΝΥΝ ΦΙΛΟΤΗΤΙ ΠΕΡΙ ΠΛΩΜΕΝΟΝ ΔΕΝΙΑΥΤΟΝ: Nũc gaude dilecta: aſt cũ ſe euoluerit annus:
ΤΕΞΕΙΣ ΑΓΛΑΑ ΤΕΚΝΑ. ΕΠΕΙ ΟΥ ΚΑΠΤΟΦΩΛΙΟΙ ΕΥΝΑΙ. ΑΘΑΝΑΤΩΝ. Illuſtres. neq; enim diuum cubilia uana.

Natos nixa dabis: Id quũ ego ad compluris grãmaticos attuliſſem partim eorũ diſputabant. Homeri quoq;
ætate: ſicuti Romuli: annum fuiſſe: non duodecim menſium: ſed decem. Alii conueniſſe Neptunno: maie-
ſtatiq; eius dicebant: ut longiore tempore fœtus ex eo grandeſceret. Alii alia quædam nugalia. Sed Phauori
nus mihi ait. ΠΕΡΙ ΠΛΩΜΕΝΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ. Ideſt uoluente anno: non cõfecto eſſe anno: ſed affecto. In qua re uſus
eſt uerbo non uulgariæ ſignificationis. Affecta enim: ſicuti M. Cicero: & ueterũ elegantiſſimi locuti ſunt: ea
propriæ dicebantur: quæ non ad finem ipſum: ſed proxime fini progreſſa deductaue erant. Hoc uerbum ad
hanc ſententiam Ciceronis in oratione fuit: quam dixit de prouinciis conſularibus. Hippocrates autem in
eo libro: de quo ſupra ſcripſi: quum & numerum dierum: quibus conceptum in utero coagulum confor-
matur: & tempus ipſius partionis nono aut decimo menſe definiſſet: neq; id tamen ſemper eadem eſſe fini
dixiſſet: ſed alias ocius fieri: alias ſerius: hiſce ad poſtremum uerbis uſus eſt. ΓΙΝΕΤΑΙ ΔΕ ΕΝΤΟΥ ΤΟΙΣ ΚΑΙ ΠΛΕΙΩ
ΚΑΙ ΕΛΑΣΣΟ. ΚΑΙ ΟΛΟΥ. ΚΑΤΑ ΜΕΡΟΣ ΚΑΙ ΕΙΠΟΜΕΝΑΣ. ΚΑΙ ΤΩΛΕΙΩ ΠΛΕΙΟΝΟΝ. ΚΑΙ ΕΛΑΣΣΩ ΕΛΑΣΣΟΝΩΝ. Ideſt. In hi-
ſce uero & plura fiunt: & pauciora: & ex toto: & per partes. Dicimus etiam plura pluribus & pauciora pau-
cioribus: quibus uerbis ſignificat q; aliquando ocius fieret: non multo tamen fieri ocius. Neq; quod ſerius
multo ſerius. Memini ego Romæ accurate hoc: atq; ſollicite quæſitum: negocio non rei tunc paruæ poſtu-
lante: an octauo menſe infans ex utero uiuus editus: & ſtatim mortuus ius trium liberorum ſuppleuiſſet:
quum abortio quibuſdam: non partus uideretur menſis octaui intempeſtiuitas. Sed quoniam de Homeri
eo ánuo partu: ac de undecimo menſe diximus quæ cognoueramus: uiſum eſt non prætereundum: quod i
Plinii ſecundi libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ legimus. Id autem: quia extra fidem uideri poteſt: uerba ipſi-
us Plinii poſuimus. Maſſurius auctor ẽ. L. Papyrium prætorem: ſecundo hærede lege agente: bonorum poſ
ſeſſionem contra eum dediſſe: quum mater partum ſe tredecim menſibus tuliſſe diceret: quoniam nullum
certum tempus pariendi: ſtatutũ ei uideretur. In eodẽ libro Plinii ſecundi uerba hæc ſcripta ſunt. Oſcitatio
in nixu lætalis eſt: ſicut ſtrenuiſſe accitur abortiuum.

Quod tres libros Plato Philolai pythagorici:& Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt. precijs fidem non capientibus. Caput. XVII.

MEmoriæ mandatum est Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. Atq; eum tamen tris Philolai pythagorici libros decem milibus denarium mercatum. Id ei precium donasse quidam scripserunt amicum eius Dionem syracusanum. Aristotelem quoq; traditum libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talentis atticis tribus. ea summa fit mūmi nostri duo &.lxx.milia.& Τιμων amarulentus librū maledicentissimum conscripsit: qui σιλλος Sillus inscribitur. In eo libro Platonem philosophum:quem dixeramus admodum tenui pecunia familiari fuisse:contumelioſe appellat:q; impenso precio librum pythagoricæ disciplinæ emisset:exq; eo Timæum nobilem illum dialogū continuasset. Versus super ea re τιμωνος hi sunt. και συπλατων και γαρ σεμαθητην οσσον εσχεν πολλων δαργυριων ολιγεν ηλλαξασ βιβλον οθεν ορμαρχομενος γραφειν ελιαχθισ. Ideſt. Tuq; Plato nam discipulū te dira cupido Abstulit. exiguum redimis grandi ære libellum. Scribere per quem orsus:prædoctus abinde fuisti.

Quid sint pedarii senatores & quā ob cām ita appellati. Quāq; habeant originē uerba hæc:ex edicto translatitio consulum:Senatores:qbusq; in senatu sententiā dicere licet. Caput XVIII.

ON pauci sunt:q opinant pedarios senatores appellatos:q sniam in senatu nō uerbis diceret:sed ī alienā sniam pedibus irent. Quid igit quū se.con.p discessione fiebat:nōne uniuersi senatores sententiam pedibus ferebant? Atqui hæc etiam uocabuli istius ratio dicit:quā.C. Bassus in cōmentariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in ueterū ætate:q currulē magistratum gessissent curru solitos honoris gratia in curia uehi:in quo curru sella esset: supra quam considerent quæ ob eam causam currulis appellaretur. Sed eos senatores:qui magistratum currulem nondum cœperāt: pedibus itauisse in curiā. Propterea senatores nondū maioribus honoribus functos pedarios nominatos. M. autem Varro in satyra Menippea:quæ ιπποκυων:ideſt equicatella inscripta est: equites quosdam dicit pedarios appellatos. Videturq; eos significare:qui nondum a censoribus in senatū lecti:senatores quidem non erant. Sed quia honoribus populi usi quidem erant:in senatum ueniebant:& sententiæ ius habebant. Nam & currulibus magistratibus facti:qui nondum a censoribus in senatum lecti erant:senatores non erant. Et qui in postremis scripti erant nō rogabantur sententias:sed quas principes dixerant in eas descendebāt. Hoc significabat edictum:quo nunc quoq; consules:quū senatores in curiam uocant:seruandæ cōsuetudinis causa:translatitio utuntur. Verba edicti hæc sunt. Senatores quibusq; in senatu sententiam dicere licet. Versum quoq; Labesii:in quo id uocabulum positum est:notari iussimus:qué legimus in mimo:qui scriptor inscriptus est:caput sine lingua:pedaria sentētia est:hoc uocabulum a plærisq; barbare dici animaduertimus. nam pro pedariis pedaneos appellant.

Qua rōne. C. Bassus scripserit:parcū hominē appellatū & quā eius uocabuli causam putarit: & cōtra quē in modum:quibusq; uerbis Phauorinus hanc traditionē eius eluserit. Caput XIX.

APud cœnā Phauorini philosophi quū discubitū fuerat:cœptusq; erat apponi cibus:seruus assistēs mēsæ eius legere inceptabat:aut litterarū quid græcarū:aut nostratiū:uelut eo die:quo affui ego: legebatur. C. Bassi eruditi uiri liber de origine uerborū & uocabulorum. In quo ita scriptū fuit. Parcus composito uocabulo dictus est:quasi par arcæ:quando sicut in arca omnia reconduntur: eiusq; custodia seruantur:& continentur:ita homo tenax:paruoq; contētus:omnia custodita: & recondita habet:sicuti arca:quā ob causam parcus:quasi par arcæ nominatus est. Tum Phauorinus ubi hæc audiuit:superstitioſe inqt:& nimis molestē atq; odioſe cōfabricatus cōmolitusq; magis est originē uocabuli. C. iste Bassus:q enarrauit. Nam si licet res dicere cōmēticias:cur nō probabilius uideat:ut accipiamus parcum ob eam causam dictū:q; pecuniam cōsumi:atq; impendi arceat:& prohibeat. quasi pecuniarcus:Quin potius:quod simplicius inquit ueriusq; est id dicimus. Parcus enī neq; ab arca:neq; ab arcēdo:sed ab eo:qd est parum:& paruum denominatus est.

IN uestibulo ædiū palatinarū oīs fere ordinis multitudo opperiētes salutationē Cæsaris constiterāt. Atq; ibi in circulo doctorū hominū:Phauorino philosopho præsente ostēdebat qsdam grāmaticæ rei doctor:scholica:q̄dā nugalia:de generibus:& casibus uocabulorū disserens: cū arduis superciliis uociſq; & uultus grauitate cōposita tanq̄ interpres:& arbiter sibyllæ oraculorum. Tum aspiciens ad phauorinū: q̄q̄ ei etiam nondum satis notus esset. Penus quoq; inquit uariis generibus dictum:& uarie declinatum est. Nam & hoc penus:& hæc penus:& huius peni:& peniris:& penitiris:& penoris ueteres dictauerūt. Mundū quoq; muliebrem Lucilius in satyrarū. xvi. non uirili genere:ut cæteri:sed neutro appellauit his uersibus.

Legauit quidā uxori mūdum omne:penumq;: Quod mūdū:atq; penum? nā quis diiudicet istuc?

Atq; omniū hoc & testimoniis:& exēplis cōstrepebat. Cūq; nimis ociose sibi placeret:itercessit placide Phauorinus:& iā bone inqt magister:qcquid est nomē tibi:abunde multa docuisti:quæ quidē ignorabamus:& scite haud sane postulabamus. Quid enī refert mea eiusq; q quū loquor:quo genere penū dicā: aut in quas extremas litteras declinē:si nemo id nō nimis babare fecerit? Sed hoc plane indigeo addiscere: quid sit penus:& quo sensu id uocabulū dicatur:ne rem quotidiani usus:tanq̄ qui in uenalibus latine loqui tentāt: alia q̄ oportet uoce appellē. Quæris inqt iste ré minime obscurā. Quis adeo ignorat penū esse:uinū:& triticū:& oleū: & lētem:& fabam:atq; huiuscemodi cætera. Etiam ne inquit Phauorinus:miliū:& panicum:& glans:

& ordeū penus eſt? Sunt enim propemodū hæc quoq; huiuſmodi. Cūq; ille reticens hæreret: nolo inqt hoc iam labores. an iſta quæ dixi: penus appellenť. Sed poteſne mihi nō ſpeciē aliquā de penu dicere: ſed definire: genere ꝓpoſito: & differētiis appoſitis: quid ſit penus? Quot ſint penus genera? & quas differētias dicas? nō hercle inquit intelligo. Rem inquit Phauorinus plane dicā. Poſtulas quod difficilius eſt: dici planius. Nam hoc quidē ꝑuulgatū eſt: definitionē omnē ex genere & differētia cōſiſtere. Sed ſi itē mihi præmādare: quod aiunt poſtulas: faciam ſane id quoq; honoris tui habendi gratia: atq; deinde ita exorſus eſt. Si inqt ego te nūc rogem: uti mihi dicas: & quaſi circūſcribas uerbis: quid homo ſit: nō opinor reſpondeas hominem eſſe te: atq; me. Hoc enī quis homo ſit: oſtendere eſt: nō quid homo ſit: dicere. Sed ſi inq̄ peteré: ut ipſum illud: qđ homo eſt definires. tum profecto mihi diceres hominē eſſe mortale animal rationis & ſcientiæ capiens: uel quo alio modo diceres: ut eū a cæteris aialibus oībus ſeparares. Perinde igitur nūc te rogo: ut quid ſit penus dicas: nō ut aliquid ex penu nomines. Tum ille oſtētator: uoce iam molli: atq; demiſſa: philoſophias inquit ego non didici: nec diſcere appetiui. Et ſi ignoro: an ordeū ex penu ſit: aut q̄bus uerbis penus definiať: nō ea re: litteras quoq; alias neſcio. Scire inquit ridens: iam Phauorinus: quid penus ſit: nō ex noſtra magis eſt philoſophia: q̄ grāmatica tua. Meminiſti enim credo: quæri ſolitū: quid Virgilius dixerit penum inſtruere: uel longam: nel longo ordine. Vtrūq; enim profecto ſcis legi ſolitum. Sed ut faciam æquiore animo ut ſis: ne illi quidem ueteris iuris magiſtri: qui ſapientes appellati ſunt: definiſſe ſatis recte exiſtimantur: quid ſit penus. Nam. Q. Scæuolā ad demōſtrandam penū his uerbis uſum audio. Penus eſt inquit: quod eſculentū: aut poculentum eſt. Quod enim ipſius patris: ut liberorū patriſamilias: eiuſq; familiæ: quæ circum eos: aut liberos eius eſt: & opus nō facit: cauſa paratū eſt: ut Mutius ait: penus uideri debet. Nam quæ ad edendū bibendūq; in dies ſingulos prandii: aut cœnæ cauſa paranť: penus non ſunt. Sed ea potius: quæ huiuſce generis longe uiſionis gratia contrahuntur: & reconduntur ex eo: quod non in prōptu ſint: ſed intus: & penitus habeantur: penus dicta ſunt. Hæc ego inquit: quū philoſophiæ me dediſſem: nō inſuper tamē habui diſcere: quoniā ciuibus Romanis latine loquētibus rē nō ſuo uocabulo demōſtrare: nō minus turpe eēt q̄ hominē nō ſuo nomine appellare. Sic Phauorinus ſermones in genus cōmune: a rebus paruis & frigidis abducebat ad ea: quæ eſſet magis utile audire ac diſcere: non allata extrinſecus: nō per oſtentationē: ſed indidē nata: acceptaq;. Præterea de penu ad ſcribendū hoc etiā putaui. Seruiū Sulpitiū in reprehenſis Scæuolæ capitibus ſcripſiſſe. Sacerdotem Apollinis Delphici cum ſacrificaret: ſimul ac mola ſparſa eſt: repente exortum eſt tantum fulgur: ut omnes qui aderant: diſcurrerent. Solum ſacerdotem immotum ſtetiſſe: quod is ſacrificium non intermiſiſſet. Hoc ſi ita eſt: neq; cæcus: neq; eunuchus morbus eſt contra Labeonis: quam ſupra dixi ſententiam: Verba Maſſurii Sabini appoſui: ex libro iuris ciuilis ſecundo. Furioſus mutuſue cuiue quod membrum lacerum: læſumq; eſt: aut obeſt quo ipe minus aptus ſit: morboſi ſint. Qui non longe uidet: tam ſanus eſt: q̄ qui tardus currit.

Quid differāt: & quā uim habeāt uocabula iſta in edicto ædiliū: & an Eunuchus: & ſteriles mulieres redhiberi poſſint: diuerſæq; ſuper ea re ſententiæ. Caput II.

N edicto ædiliū currulium: qua parte de mancipiis uēndundis cautum eſt. ſcriptum ſic fuit. Titulus ſeruorū ſingulorū ut ſcriptus ſit: curato ita uti intelligi recte poſſit: quid morbi uitiiq; cuique ſit. Quis fugitiuus erroue ſit. Noxaue ſolutus non ſit. Propterea quæſierunt iurecōſulti ueteres quid mācipiū morboſum: quidue uitioſum recte diceret. Quātūq; morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro: quē de edicto ædiliū curruliū cōpoſuit: Labeonē refert: qd eſſet morbus hiſce uerbis definiſſe. Morbus eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam: qui uſum eius facit deteriorem. Sed morbū alias in toto corpore accidere dicit: alias in parte corporis. Totius corporis morbum eſſe: ueluti φθισιν. i. tabes: aut febris. Partis autē: ueluti cæcitas: aut pedes debilitas. Balbus autē īquit: & athiphus uitioſi magis q̄ morboſi ſunt: ut equus mordax aut calcitro uitioſus: non morboſus eſt. Sed cui morbus eſt: is uitioſus eſt. Neq; id tamen contra fit. Poteſt enim qui uitioſus eſt: non morboſus eſſe. Quamobrem quum de homine morboſo ageretur: nequaquā inquit ita diceretur: quanto ob id uitium minoris erit. De eunucho quidem quæſitū eſt: an contra edictum ædilium uideretur uenūdatus: ſi ignoraſſet emptor: eum eunuchū eſſe? Labeonem reſpondiſſe aiunt: redhiberi poſſe: quaſi morboſum. Sues autem fœminas ſi ſteriles eſſent: & uenum iſſent: ex edicto ædilium poſſe agi: Labeonem ſcripſiſſe. De ſterili autem muliere: ſi natiua ſterilitate ſit: Trebatium contra Labeonem reſpondiſſe dicunt. Nam quum redhiberi eam Labeo: quaſi minus ſanam putaſſet: non oportere aiunt Trebatium ex edicto appoſuiſſe: ſi ea mulier a principio genitali in ſterilitate eſſet. Ac ſi ualitudo eius offendiſſet: exq; ea uitium factum eſſet: ut concipere fœtus non poſſet: tum ſanā nō uideri: & eſſe in cauſa redhibitionis. demum ope περι νόλον. i. de edētulo quoq; qui luſticioſus latine appellatur: diſſenſum eſt. Alii enim redhiberi omnino oportere. Alii contra: niſi id uitiū morbo contractū eēt. Eum uero cui dens deeſſet. Seruius redhiberi poſſe reſpondit. Labeo in cauſa eſſe redhibendi: negauit. Nam & magna īquit pars dente aliquo caret. Neq; eo magis plærique homines morboſi ſunt. Et abſurdum admodum eſt dicere: non ſanos naſci homines: quoniam cum infantibus non ſimul dentes gignuntur. Non prætereundum id quoq; in libris ueterum iuriſperitorum ſcriptum eſſe morbum & uitium diſtare. Quod uitium perpetuum: morbus cum acceſſu: diſceſſuq; ſit. Sed hoc ſi ita ē: neq; cæcus: neq; eunuchus morbus eſt contra Labeonis: quam ſupra dixi ſententiam: Verba Maſſurii Sabini appoſui: ex libro iuris ciuilis ſecundo. Furioſus mutuſue cuiue quod membrum lacerum: læſumq; eſt: aut obeſt quo ipe minus aptus ſit: morboſi ſint. Qui non longe uidet: tam ſanus eſt: q̄ qui tardus currit.

Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante carbilianum diuortium atq; inibi quid ſit pellex. Caput III.

MEmoriæ traditū est:quingentis fere annis post romam cōditam nullas rei uxoriæ neq; actiones: neq; cautiones in urbe Roma:aut in latio fuisse:quia profecto nihil desiderabant: nullis etiā tunc matrimoniis diuertentibus.Seruius quoq; Sulpitius ī libro quē composuit de dotibus: Tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse uisas scripsit:quū.Sp.Carbilius: cui ruga cognomentū fuit:uir nobilis diuortiū cū uxore fecit:qa liberi ex ea:corpis uitio nō gigneret:anno urbis cōditæ qngentesimo uicesimo tertio.M.Atilio.P.Valerio cōsulibus.Atq; is Carbilius tradit uxorē:quā dimisit:egregie dilexisse:carissimāq; morū eius gratia habuisse:& iurisiurandi religionē aīo:atq; amori præuertisse: q; iurare a censoribus coactus erat:uxorē se liberoꝝ quærendoꝝ gratia habituꝝ.Pellicē autem appellatā probro samq; habitā eam:quæ iuncta consuetaq; esset cū eo:in cuius manu mancipioq; alia matrimōii causa foret: hac antiqssima lege ostenditur:quā Numæ Regis fuisse accepimus.Pellex ædē Iunonis nō tangito.Si tangit: Iunoni crinibus dimissis agnū fœminā cædito. Pellex aūt quasi παρα παλλαξ.i.talpa.i.quasi παλλακισ. idest concubina:ut pleraq; alia:ita hoc quoq; uocabulum de græco flexum est.

Quid Seruius Sulpitius in libro: qui est de dotibus scripserit: de iure atque more ueterum sponsalio/
rum. Caput IIII.

SPonsalia in ea parte Italiæ:quæ latium appellat:hoc more atq; iure solita fieri scripsit Seruius Sulpitius in libro:qué scripsit de dotibus.Qui uxoré īquit ducturus erat:ab eo unde ducēda erat: stipulabat eam in matrimoniū ductum iri.qui daturus erat:itidē spondebat datuꝝ.Is cōtractus stipulationū spōsionūq; dicebat sponsalia.Tum quæ ꝓmissa erat:sponsa appellabat.Qui sponderat ducturum sponsus.Sed si post eas stipulationes uxor nō dabat:aut non ducebatur:qui stipulabat: ex sponsu agebat.Iudices cognoscebant. Iudex quāobrem data:acceptaue non esset uxor quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebat:litem pecunia æstimabat. Quantiq; interfuerat eā uxorē accipi:aut dari:eū q spoponderat:aut q stipulatus erat:condēnabat.Hoc ius sponsaliorꝝ obseruatū dicit Seruius ad id tēpus: quo ciuitas uniuersa latio lege iulia data est.Hæc eadē Horatius scripsit in libro:quē de nuptiis composuit.

Historia narrata de perfidia aruspicum ætruscorum.q;q; ob eam rem uersus hic a pueris Romæ urbæ tota cantatus est.Malum consilium consultori pessimum est. Caput V.

STatua Romæ in comitio posita Horatii Conclitis fortissimi uiri de cælo tacta é.Ob id fulgur piaculis ludendum aruspices ex ætruria acciti inimico atque hostili in populum romanum animo: instituerant eam rem contrariis religionibus procurare.Atq; illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi.quem sol oppositum circum undique aliarum ædium nunquā illustraret. Quod quum ita fieri persuasissent:delati ad populum: proditique sunt. Et quum de perfidia confessi essent: necati sunt.Constititque eam statuam perinde:ut ueræ rationes post compertæ monebant: in locum editum subducendam. Atque ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam.Eaque res bene & prospere reipubli.cessit.Tunc igit q; in ætruscos aruspices male consulentis aīaduersum:uindicatūq; fuerat:uersus hic scite factus:cantatusq; pueris urbe tota fert:Malum consiliū cōsultori pessimū est.Ea historia de aruspicibus ac de uersu isto sanario scripta est in annalibus maximis libro undecimo. Et in ueteri Flacci libro primo rerum memoria dignarum.Videtur aūt hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus.

ΗΔΕ ΚΑΚΗ ΒΟΥΛΗ ΤΩ ΒΟΥΛΕΥΣΑΝΤΙ ΚΑΚΙΣΤΗ Consultum male consultor pessima res est.

Verba ueteris senatusconsulti ista:quo decretū est hostiis maioribus expiādum:q; in sacrarium hastæ martiæ mouissent.Atq; ibi enarratū:quid sint hostiæ succidaneæ. Quid item tépora præcidanea. Et qd Capito Attenis ferias quasdam præcidaneas appellauit. Caput VI.

VT terram mouisse nunciari solet:eaq; res procuratur:ita in ueteribus memoriis scriptū legimus nunciatum esse senatui:sacrario:in regia:hastas martias mouisse. Eius rei causa senatusconsultū est.M.Antonio Au.Posthumio consu.eiusq; exemplum hoc est. Quid.C.Iulius.L. filius pontifi. nunciauit:in sacrario:in regia hastas martias mouisse:de ea re ita censuerūt: ut.M. Antonius con. hostiis maioribus Ioui:& Marti procuraret:q; cæteris diis: quibus uideretur placandis: uti procurasset:satis habendum censuerunt.Siquid succidaneis opus esset:robigus accederet. Quid succidaneas hostias senatus appellauit:quæri solet:quid uerbum id significet.In Plauti quoq; comœdia quæ Epidicus inscripta est:super eodem ipō uerbo requiri audio in his uersibus.Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuā ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum.Succidaneæ autem hostiæ dicuntur e littera per mortem compositi uocabuli in i litteram cōmutata.Nam quasi succedaneæ appellatæ.quoniam si primis hostiis litatum non erat aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur:quæ,quasi prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur:& succedebant ob id succidaneæ nominatæ:littera i scilicet tractim pronunciata. Audio enim quosdam eam litteram in hac uoce barbare corripere.Eadem autem rōne uerbi præcidaneæ quoq; hostiæ dicuntur:quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur.Porca etiā præcidanea appellata:quam piaculi gratia:ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit:sequi familiam funestam aut non purgauerant:aut aliter eam rem q̄ oportuerat procurauerant.Sed porcam & hostias quasdam præcidaneas:sicuti dixi appellari:uulgo notum est.Ferias præcidaneas dici id opinor a uulgo remotum est: propterea uerba Atteii Capitonis ex quinto librorum:quos de pontificio iure composui: scripsit Libro Cornucario pontifi. maxi.feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ sunt.Collegium decreuit:non habendum religioni:qn eo die feriæ præcidaneæ essent.

De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta:super accentu nominum quorundam punicorum. Caput VII.

NAlerius Probus grãmaticus:inter ſuã ætatẽ præſtanti ſciẽtia fuit.Is Annibalẽ: & Aſdrubalem:& Hamilcarẽ.ita pnũciabat:ut penultimã circũflecteret:ut teſtis eſt epiſtola eius ſcripta ad Marcellum:in qua Plautũ & Enniũ:multoſq; alios ueteres eo mõ pnunciaſſe affirmat. Solius tamẽ Ennii uerſum unũ ponit ex libro:q Scipio iſcribit.Eũ uerſum quadrato numero factũ ſubiecimus: in quo niſi tertia ſyllaba de Annibalis nomine circunflexe ponatur:numerus claudus eſt.

Verſus Ennii:quem dixit:ita eſt. Qui propter annibalis copias conſiderant.

Quid.C.Fabritius de Cornelio Rufino homine auaro dixerit.Quem quum odiſſet:inimicuſq; eẽt: deſignandum eum conſulem curauit. Caput VIII.

FAbritius Lucinus magna gloria uir:magniſq; rebus geſtis fuit.P. Cornelius Rufinus: manu quidem ſtrenuus:& bellator bonus:militariq; diſciplina peritus admodũ fuit ſed furax hõ & auaritia acri erat.Hũc Fabritius nõ pbabat:neq; amico utebat.Oſuſq; eũ mox cã fuit. Sed quũ tẽporibus reipub.difficillimis conſules creãdi forent:& is Rufinus peteret conſulatũ:cõpetitoreſq; eius eſſent ibeles quidam & futiles:ſumma ope adnixus eſt Fabritius:uti Rufino conſulatus deferretur.Eam rem pleriſq; admirantibus:q; hominem auarum:cui eſſet iniciſſimus:creari conſulem peteret:quẽ hoſtiliter oderat: Fabritius inquit:nihil eſt:quod miremini:ſi malui compilari:q̃ uenire.Hunc Rufinum poſtea bis cõſulatu: & dictatura functum cenſor Fabritius ſenatu mouit ob luxuriæ notam:q; decem pondo argenti factitaret.Id autem quod ſupra ſcripſi Fabritiũ de Cor.Rufino:ut in pleraq; hiſtoria ſcriptum eſt:dixiſſe.M. Cicero:non aliis a Fabritio:ſed ipſi Rufino gr̃as agẽti: q; eius gr̃am dedignatus nõ eſſet:dictũ eſſe refert:in libro ſecundo de oratore.Verba Ciceronis hæc ſunt.Arguta etiam ſignificatio eſt:cum parua re: & ſæpe uerbo: res obſcura:& latens illuſtratur:ut quum.C.Fabritio.P.Cornelius homo(ut exiſtimatur)auarus:& furax:ſed egregie fortis:& bonus imperator gratias ageret:q; ſe homo inimicus conſulem feciſſet:bello præſertim magno & graui:nihil ẽ quo mihi gr̃as agas inqt:ſi malui cõpilari:q̃ uenire.

Quid ſignificat proprie religioſus:Et in quæ diuerticula ſignificatio iſtius uocabuli flexa ſit.Et uerba Nigidii Figuli ex cõmentariis eius ſuper ea re ſumpta. Caput IX.

NIgidius Figulus homo(ut ego arbitror)iuxta.M.Varronẽ doctiſſimus:in.xi.cõmẽtariorũ grãmaticorũq; uerſum ex antiquo carmine refert:memoria hercle dignũ:Religẽtem eſſe oportet: religioſum nefas.Cuius aũt id tamẽ ſit:nõ ſcribit.At in eodẽ loco Nigidius: hoc inqt inclinamẽtũ ſemp huiuſcemodi uerborũ:ut uinoſus:mulieroſus:religioſus:nũmoſus:ſignificat copiã quandã imodicã rei:ſuper qua dicit. Quocirca religioſus is appellabat: qui nimia & ſupſtitioſa religione ſeſe alligauerat.Eaq; res uitio aſſignabat.Sed præter iſta quæ Nigidius dicit:alio quodã diuerticulo ſignificationis:religioſus pro caſto: atq; obſeruanti:cohibẽti ſeſe certis legibus:finibuſq; dici cœptus.Simili aũt modo: illa quoq; uocabula ab eadẽ pfecta origĩe:diuerſum ſignificare uident:religioſi dies:& religioſa delubra.Religioſi.n.dies dicunt triſti omine ĩames ipeditiq;: ĩ qbus & res diuinas facere: & rẽ quãpiã nouã exordiri tẽperandũ eſt:quos multitudo ĩperitorũ:prauæ:& perperã nefaſtos appellant.Itaq; Marcus Cicero in libro epiſtolarũ.ix.ad Atticum maiores ĩquit noſtri funeſtioré diem eſſe uoluerunt halienſis pugnæ:q̃ urbis captæ:q; hoc malũ ex illo.Itaq; alter religioſus etiã nũc dies:alter in uulgus ignotus.Idẽ tamẽ.M.T.in oratiõe de accuſatore cõſtituẽdo:religioſa delubra dicit:non ominoſa:nec triſtia:ſed maieſtatis uenerationiſq; plena.Maſſurius aũt Sabinus in cõmẽtariis:quos de ĩdigenis cõpoſuit:Religioſum inqt eſt: quod ꝓpter ſanctitatẽ aliquã remotũ: ac ſepoſitũ a nobis eſt.Verbũ a reliquẽdo dictũ:tanq̃ cerimoniæ a carendo. Secundũ hãc Sabini interpretationẽ templa qdẽ ac delubra:quia horũ cumulus in uituperationẽ nõ cadit:nec illorũ quoq; laus ĩmodeſta eſt:quæ nõ uulgo:ac temere:ſed cũ caſtitate:cerimoniaq; adeunda:& reueréda:& reformidanda ſunt:magis q̃ inuulgãda.Sed dies religioſi dicti quos ex cõtraria cauſa propter ominis diritatẽ relinquimus. Iccirco ait Terẽtius in eunucho.Tum quod dem:recte eſt.Nã nihil eſſe mihi religio ẽ dicere. Quod ſi(ut ait Nigidius) omnia iſtiuſmodi ĩclinamẽta:nimiũ ac præter modũ ſignificãt:& iccirco in culpas cadunt:ut uinoſus:mulieroſus:uerboſus:moroſus:famoſus:Cur ĩgenioſus:& formoſus:& officioſus:& ſpecioſus:quæ pariter ab ĩgenio & forma:& officio inclinata ſunt:cur ẽt diſciplinoſus:conſilioſus : uictorioſus:q̃.M.Cato ita effigurauit: cur iteꝝ facũdioſa:qd Sempronius Aſellio.xiii.reꝝ geſtarũ ita ſcripſit:Facta ſua ſpectari oportere: dicta non: ſi minus ſint facũdioſa:cur inq̃ iſta oĩa:nunq̃ in culpã ſed ĩ laudẽ dicunt:q̃q̃ hæc quoq; incremẽtũ ſui nimiũ demonſtrẽt? An ꝓpterea quia illius qdẽ quæ ſupra poſui adhibẽdus ẽ modus qdã neceſſarius? Nam & gr̃a ſi nimia quidẽ:atq; ĩmodica:& mores:ſi multi atq; uarii:& uerba:ſi perpetua:atq; ĩfinita:& obtundẽtia:& fama: ſi magna:& inquieta & inuidioſa ſit:neq; laudabilia:nec utilia ſunt.Ingeniũ aũt:& officium:& forma:& diſciplina:& cõſiliũ & uictoria & facũdia:ſicut ipſe uirtutum amplitudines nullis finibus cohibentur. Sed quanto maiora:auctioraq; ſunt: etiam tanto laudatiora ſunt.

Quid obſeruatum de ordine rogandarũ ſententiarum:iurgiorumq; in ſenatu.C.Cæſaris conſulis: &.M. Catonis diem dicendo eximentis. Caput X.

ANte legem:quæ nũc de ſenatu habendo obſeruat:ordo rogandi ſententias uarius fuit. Alias primus rogabat:qui a cẽſoribus princeps in ſenatũ lectus fuerat.Alias q deſignati cõſules erant. Quidam e conſulibus:ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti:quẽ iis uiſum erat honoris gratia extra ordinẽ ſententiã primũ rogabãt.Obſeruatũ tamẽ eſt:quũ extra ordinem fieret: ne quis quenq̃ ex alio q̃ ex conſulari loco ſentẽtiam primũ rogaret.C.Cæſar in cõſulatu quẽ cum.M.Bibulo geſſit: quatuor ſolus extra ordinẽ rogaſſe ſententiã dicit.Ex iis quatuor principẽ rogabat.M.Craſſum.Sed poſtq̃ filiã.Cn.Põpeio deſponderat:primũ cœpat Pompeiũ rogare.Eius rei rationẽ reddiſſe eũ ſenatui Tyro Tullius

.M.Ciceronis libertus refert.itaq; se ex patrono suo audisse scribit.Idipsum Capito Atteius ī libro: quem de officio senatorio cōposuit:scriptum reliquit.In eodē libro Capitonis.id quoq; scriptū est.C.inqt cæsar cōsul. M.Catonē sniam rogauit.Cato rem quā cōsulebat:quoniā nō e repu.uidebat:perfici nolebat.Eius rei gratia ducendæ longa oratōe utebatur.Eximebatq; dicēdo diē.Erat enim ius senatori:ut sentētiam rogatus: diceret ante quicquid uellet alii rei:& quoad uellet.Cæsar consul uiatorem uocauit.Eumq; quum finem non faceret:prehendi loquentem:& in carcerem duci iussit.Senatus consurrexit:& prosequebat catonem in carcerem.Hac inquit inuidia facta cæsar destitit:& mitti catonem iussit.

Quæ qualiaq; sint:quæ Aristoxenus:q̄si magis cōperta de Pythagora memoriæ cōmendauit.& quæ Plutarchus ī eundē modū de eodē Pythagora scripserit. Caput XI.

APinio uetus falsa occupauit:& cōualuit Pythagorā philosophū nō hæsitauisse ex aīalibus. Itē abstinuisse fabulo:quem κυαμον græci appellant.Ex hac opinione Callimachus poeta scripsit.και κυαμων απο χειρας εσχεν ανιωντων εδεσθαι καγω.πυθαγορας ως εκελευε λεγω. A fabuloque manus tristāte amouit edētes.Hoc ut Pythagoras iusserat ipe loquor.Ex eadē itē opinione.M.Cicero ī libro de diuinatione primo:hæc uerba posuit.Iubet igit Plato sic ad summū ꝓficisci corporibus affectis:ut nihil sit:quod erroré animis:ꝓturbationēq; afferat:Ex quo etiā Pythagoreis interdictū putat ne faba uescerent:quæ res habet inflationé magnā.Is cibus tráquillitatē métis quærētibus cōstat esse contrarius.Hæc quidē.M.Cicero.Sed Aristoxenus musicus uir litteraꝝ uetereꝝ diligētissimus: Aristotelis philosophi auditor:in libro quē de Pythagora reliqt:nullo sæpius legumēto Pythagorā dicit usum q̄ fabis. quoniā is cibus & subduceret sensim aluū & leuigaret. Verba ista Aristoxeni subscripsi. πυθαγορας λεγων οσπρεων.μαλιστα τον τυφλον εδοκιμασε λιαν εν ηεικοντε γαρ εινᾶι: καὶ διαφορητικον διο και μαλιστ ακεχρητᾶι αυτω.Idest quū dicat Pythagoras in legumētis fabā præcipue approbauit:admodū enim genitalē esse & alui discussiuā.quāobrē ea maxime utiē.Porculis quoq; minusculis:& hædis tenerioribus uictitasse idē Aristoxenus refert.Quā rem uidet cognouisse ex Xenophilo pythagorico familiari suo:& ex quibusdā aliis natu maioribus:q ab ætate Pythagoræ:haud multū aberrant.Ac de animalibus Alexis etiā poeta ī comœdia:q̄ Pythagoræ uita īscribit docet.Videt aūt de κυαμω.i.de faba nō æsitato causam erroris fuisse:quia in Empedoclis carmine:qui disciplinas pythagoræ sectatus est uersus hic inuenitur.

Δειλοι ωων Δει λοι κυαμου απο χειρας ελεσθαι. Ah miseri a cyamo miseri subducite dextras.

Opinati enim sunt pleriq; κυαμων legumentū uulgo dici.Sed qui diligentius scitiusq; carmina Empedoclis arbitrati sunt:κυαμους hoc ī loco testiculos significare dicūt:Eosq; more Pythagoræ opte atq; simbolice κυαμους appellatos:qa sunt:εἰσ το κυειν δεινοι.και αιτιοι του κυειν.i.ī feredo utero ualidi:causæq; uteri ferendi:& genituræ humanæ uim præbeant.Iccirco Empedoclē uersu isto non a fabulo edendo: sed a rei ueneriæ proluuio uoluisse homines deducere.Plutarchus quoq; homo ī disciplinis graui auctoritate in primo librorꝝ quos de Homero cōposuit:Aristotelē philosophum scripsit:eadē ipa de pythagoricis scripsisse:q̄ non abstinuerunt edūdis aīalibus:nisi pauca carne quadā.Verba ipsa Plutarchi(quoniā res iopinata est)subscripsi.αριζοτελησ δε μητρασ και καρδιασ και ακαλυφησ.και τοι ουτων τινων αλλων απεψεθαι φησι τους πυθαγωρικους χρηθαι δε τοις αλλοις.i. Aristoteles a uulua: corde & marina urtica:atq; id genus quibusdam aliis abstinere pythagoricos dicit:cæterorꝝ autē usum habuisse.ακαλυφη aūt est aīal marinū: qd̄ urtica appellat.Sed & piscibus nūnullis abstinere pythagoricos Plutarchus in symphonicis dicit. Pythagoram uero ipsum:sicut celebre ē:Euphorbū primo se fuisse:dictasse:ita hæc remotiora sunt iis quæ clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderunt:fuisse eum postea Pyrandrum:deinde callidenam:deinde fœminam pulchra facie meretricem:cui nomen fuerit Alce.

Notæ & aīaduersiones censoriæ ī ueteribus monumētis repertæ memoria dignæ. Caput XII.

SIquis agrū suū passus fuerat sordescere:eūq; indiligenter curabat:ac neq; arauerat: neq; purgauerat:siue quis arborē suam uineāq; habuerat derelictui:nō is sine pœna fuit. Sed erat opus cēsoriū Censoresq; ærariū faciebant. Itē siquis eques romanus:equū habere gracilentū; aut parū nitidū uisus erat:impolitiæ notabat.Id uerbum significat:quasi tu dicas incuriæ. Cuius rei utriusq; auctoritates sunt:&.M.Cato id sæpenumero attestatus est.

Q̄d incētiones quædā tibiaꝝ certo modo factæ ischiacis mederi possunt. Caput XIII.

REditū hoc a plerisq; est:& memoriæ mandatū:ischiaci quū maxime doleant:tū si modulis lenibus tibicen incinat:minui dolores.Ego nuprime ī libro Theophrasti scriptū iueni: uiperaꝝ morsibus tibicinē scite:modulateq; adhibitū mederi. Refert & Democriti liber q inscribit περι λοιμου ηλογικων κανονων:idest de pestibus:aut rōnaliū regula. In quo docet plurimis hoium morbis medicinā fuisse icentiones tibiarum.Tanta prorsus est affinitas corporibus hominū:mētibusq;:& propterea quoq; uitiis:aut medelis animorum:& corporum.

Narratur historia de Hostilio Mancino ædili:& Manulia meretrice.Verbaq; decreti tribunorū ad quos a Manulia prouocatum est. Caput XIIII.

VUm librū.ix.cōiectaneoꝝ Attei Capitonis legeremus:q̄ īscriptus est de iudiciis publicis:decretū tribunoꝝ uisum é grauitatis antiquæ plenū:ꝓpterea id meminimus. Atqui ob eā cām:& in hāc snīam scriptū est.A.Hostilius Mancinus ædilis currulis fuit.Is Manuliæ meretrici diē ad populū dixit:q; de ambulacro eius noctu lapide ictus esset.Vulnusq; ex eo lapide ostentabat.Manulia ad tri.ple.puocauit.Apud eos dixit:Comesatorē Mancinū ad ædes suas uenisse. Eū sibi recipe nō fuisse in æde sua.Sed quū ui irrūperet:lapidibus depulsum.Tribuni decreuerūt ædilem ex eo loco iure deiectū:quo eum

uenire cum coronario non decuisset. Propterea ne cum populo ædilis ageret: intercesserunt.

Defensa a culpa snia ex historia Salustii: quã inimici antea cũ isectatõe maligne reph̃ederũt. Caput XV.

Legãtia orationis Salustii: uerborumq; facundia: & nouandi studiũ: cũ multa prorsus iuidia fuit. Multi nõ mediocri ingenio uiri conati sunt reprehẽdere plæraq;: & obtrectare. In quibus plura inscite: aut maligne uellicãt. Nõnulla tamẽ uideri possunt non idigna reprehensione. Quale illud in Catilinæ historia repertũ est: qđ habeat eã specie: quasi pax attente dictũ. Verba Salustii hæc sunt At mihi qdem tãetsi haudquaq̃ par gloria sequat scriptorẽ: & auctorẽ rerũ: tamẽ i primis arduũ uidetur res gestas scribere. Primũ: q; facta dictis exæquanda sunt. Deinde qa pleriq;: quæ delicta reprehenderis: maliuolẽtia: & inuidia dicta purant. Vbi de magna uirtute atq; gloria bonoꝝ memores: quæ sibi facilia qsq; factu putat: æquo animo accipit. Supra: ueluti ficta p falsis ducit. Proposuit iquiũt dictuꝝ causas: quãob rem uideat esse arduũ res gestas scribere: atq; ibi non primũ cãm: sed querelas dicit. Non eni causa uideri debet: cur historiæ opus arduũ sit: q; ii qui legant: aut inique iterpretant quæ scripta sunt: aut uera esse nõ credãt. Obnoxiã qppe: & obiectã falsis existimationibus eã ré dicẽdam: magis aiunt q̃ arduã: qa quod arduũ est: sui operis difficultate est arduum: nõ opinionis alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehẽsores dicunt. Sed arduum Salustius non pro difficili tantum: sed pro eo quoq; ponit: quod græci Δισχερες: aut χαλεπον appellant: quod est cum difficile: tum molestum quoq;: & incommodum: & itractabile. Quorum uerborum significatio: a sententia Salustii suprascripta non abhorret.

De uocabulis quibusdam a Varrone: & Nigidio contra quottidiani sermonis consuetudinem declinatis. Atq; inibi id genus quædam cum exemplis ueterum relata. Caput XVI.

Varronẽ & P. Nigidium uiros Romani generis doctissimos comperimus: non aliter locutos esse: & scripsisse: q̃ senatuis: & domuis: & fluctuis: q̃ é primus casus ab eo: quod é senatus: domus: & fluctus: huic senatui: domui: fluctui. Cæteraq; his cõsimilia pariter dixisse. Terẽtii quoq; comici uersus i libris ueteribus itidem scriptus é: Eius anuis opinor causa: quæ é mortua. Hanc eoꝝ auctoritatẽ qdam e ueteribus grãmaticis rõne etiã firmare uoluerũt: q; ois datiuus singularis sra finitus i: si non similis est genitiui singularis s littera addita: genitiuũ singularẽ facit: ut patri patris: duci ducis: cædi cædis. Quum igit inquiũt in casu dandi huic senatui dicamus: genitiuus ex eo singularis senatus é: & non senatus. Sed nõ omnes cõcedũt in casu datiuo senatu magis dicendũ q̃ senatui sicut Lucilius in eodẽ casu uictu & anu dicit: nõ uictui & anui: in hisce uersibus. Quod sumptum atq; epulas uictu præponis honesto. Et alio in loco Anu noceo inqt. Virgilius quoq; in casu dandi aspectu dicit: nõ aspectui. Teq; aspectu ne subtrahe nostro. Et in georgicis: Quod neq; concubitu indulgent. C. autẽ Cæsar grauis auctor linguæ latinæ: in anticatone. unius inquit arrogantiæ: superbiæq;: dominatuq;. Itẽ in Dolobella. actionis illibuisti: quorũ in ædibus: fanisq; posita: & honori erant: & ornatu. In libris quoq; analogicis oia illiusmodi sine i littera dicenda censet.

De natura quarundã particulaꝝ: quæ præpositæ uerbis intendi: atq; produci barbare atq; insscite uident: exemplis rationibusq; plusculis disceptatum. Caput XVII.

Vcilii ex undecimo uersus sunt. Scipiadæ magno improbus obiiciebat asellus Lustrũ: illo censore: malum infœlixq; fuisse. Obiiciebat o littera producta multos legere audio. Idq; eo facere dicunt: ut ratio numeri salua sit. Idem infra: Et iam. Coniicere in uersus dictũ præconis uolebã Graii. In hac quoq; prima uerbi præpositõe: ob eãdem causam ꝓducit. Itẽ qntodecimo. Subiicit hic humilẽ: & suffercatus posterioré. Subiicit u lra lõga legũt. qa primã syllabã breuẽ esse in uersu heroico nõ cõuenit. Itẽ apud plautũ in Epidico con syllabã ꝓductã ꝓnunciãt. Age nunc iã orna te Epidice: & palliũ in collũ coniice. Apud Virgiliũ quoq; subiicit uerbũ ꝓduci a plerisq; audio: Etiã parnasia laurus: Parua sub igẽti mris se subiicit umbra. Sed neq; ob: neq; sub ꝓpositio ꝓducendi habẽt naturã: neq; itẽ con nisi quũ eam lræ sequunt: q̃ in uerbis cõstituit: & cõfecit: secundũ eã primæ sunt: uel quũ elidit ex ea n lra: sicut Salufœnoribus inqt cooptus. In iis aũt quæ supra posui: & metrũ esse integꝝ põt: & præpositões istæ possunt nõ barbare ꝓtendi. Secũda. n. lra in his uerbis p duo ii nõ p unũ scribẽda est. Nã uerbũ istud cui supradictæ participiales præpositæ sunt: nõ icio est: sed iacio: & ꝑteritũ non icit facit: sed iecit. Idq; ibi cõpositũ é: ex a lra in i mutat. Sicut fit in uerbis isilio: & icipio. atq; ita uim consonãtis capit. Et iccirco eã syllaba ꝓductius: latiusq; pau lo ꝓnũciata priorẽ syllabã breuẽ esse nõ patit. Sed reddit eã positu longã. Propterea q; & numerus i uersu: & ratio in ꝓnũciatu manet. Hæc q̃ diximus: eo ét conducũt: ut qđ apud Virgiliũ in. vi. positũ inuenimus: Eripe me his iuicte malis: aut tu mihi terrã iniice. Sic eẽ iniice. ut supra dixi: & scribẽdũ & legendũ sciamus. Nisi qs tam indocilis é: ut i hoc quoq; uerbo: i præpositionẽ metri causa ꝓtendat. Quærimus igit i obiicibus o littera qua rõne itendat: quũ id uocabulũ factũ sit a uerbo obiicio: & nequaq̃ simile sit: quod a uerbo moueo motus: o littera lõga dicit. Eqdem memini Sulpitiũ Apollinarẽ uiꝝ præstãti litteraꝝ sciẽtia: obices: & obicibus o lra correpta dicere. In Virgilio quoq; sic eum legere. Qua ui maria alta tumescant. Obiicibus ruptis: sed ita ut diximus i littera: quæ i uocabulo quoq; gemina esse debet: paulo uberius: largiusq; ꝓnunciabat. Cõgruẽs igit est: & subiices etiã quod peride ut obiices compositũ est u littera breui dici oporteat. Ennius i tragœdia: quæ Achilles inscribitur: subiices pro aere alto ponit: qui cælo subiectus est in his uersibus.

Ergo deum sublimis subiices: humidus. Vnde oritur hymber: sonitu sæuo: & strepitu.

Plerosq; ois tamen legere audias: u littera ꝓducta. Idipsum autem uerbũ. M. Cato sub alia præpositiõe dicit i oratione: quam de cõsulatu suo habuit. Ita hos inqt fert uentus ad priorem pyreneũ: quos proiicit in altum. Et Pacuuius item in Anchise: id promontorium: cuius lingua in altum proiicit.

De africano supiore sumpta quædã ex annalibus memoratu digniss̃ima. Caput XVIII.

SCipio Africanus antiqor:quãta uirtutũ gloria præſtiterit:& q̃ fuerit altus aĩo:atq; magnificus: & qua ſui cõſcientia ſubnixus:pluribus rebus:quas dixerit:quaſq; fecerit declaratũ eſt.Ex qbus ſunt hæc duo exẽpla eius fiduciæ ac exuperantiæ ĩgentis.Quum.M.Neuius tri.ple.accuſaret eũ ad populũ:diceretq; accepiſſe a rege Antioco pecuniã:ut conditiõibus gratioſis:& mollibus pax cũ eo: populi romani noĩe fieret:Et quædam ité alia crimini daret:ĩdigna tali uiro:tũ Scipio pauca præfatus:quæ dignitas uitæ ſuæ:atq; gloria poſtulabat:Memoria inquit quirites repeto diem eſſe hodiernum: quo Annibalẽ pœnum ĩperio noſtro inimiciſſimũ:magno prœlio uici in terra africa: pacemq; & uictoriam uobis peperi ĩſperabilẽ.Non igitur ſimus aduerſum deos ingrati. Sed cenſeo relinquamus nebulonẽ hunc: eamuſq; nunc protinus loui optimo maximo gratulatũ.Id quum dixiſſet:auertit:& ire ĩ capitolium cœpit. Tum concio uniuerſa quæ ad ſententiã de Scipione ferẽdam cõuenerat:relicto tribuno: Scipionem in capitolium comitata:atq; ĩde ad ædes eius cũ lætitia & gratulatiõe ſoleni proſecuta eſt.Fertur etiam oratio quæ uidetur eo die habita a Scipione.& qui dicunt eam non ueram:nõ eunt ĩficias: quin hæc quidem uerba fuerĩt: quæ dixi Scipionis.Ité aliud eſt factum eius præclarum.Petilius qdam tri.ple.M.ut aiunt Catõe inimico Scipionis comparatus in eum atq; ĩmiſſus deſiderabat in ſenatu iſtantiſſime: ut pecuniæ antiochenæ prædæq; quæ in eo bello capta erat:rationem redderet.Fuerat enim.L.Scipioni aſiatico fratri ſuo imperatori:ĩ ea prouincia legatus.Ibi Scipio exurgit:& prolato e ſinu togæ libro:ratiões in eo ſcriptas eſſe dixit omnis pecuniæ: omniſq; prædæ.Ille tum ut palam recitaret:& ad ærariũ deferret.Sed.n.id iam non faciam inqt: nec meipſe afficiam contumelia.Eũq; libr̃ ſtatim coram diſcidit ſuis manibus:& cõcerpſit:ægre paſſus:q; cui ſalus imperii ac reipublicæ accepta fieri deberet:ab eo ratio pecuniæ prædaceæ poſceretur.

QUid.M.Varro ĩ lõga hiſtoria ſcripſerit:de moderãdo uictu puerorũ ĩpubiũ. Caput XIX.

Veros impuberes compertum eſt:ſi plurimo cibo:nimioq; ſomno uterentur:hebetiores fieri:animaduertimuſq; hinc elici tarditatem.Corporaque eorum improcera fieri: minuſque adoleſcere. Idem pleriq; alii medicorum:philoſophorumq;:&.M.Varro in longa hiſtoria ſcripſit.quæ inſcripta eſt Capis:aut de liberis educandis.

Notati a cenſoribus:qui audiẽtibus iis dixerant ioca quædam intempeſtiuiter.ac de eius quoq; nota deliberatum:qui ſteterat forte apud eos oſcitabundus. Caput XX.

INter cenſorias ſeueritates tria hæc exẽpla in litteris ſunt caſtigatiſſimæ diſciplinæ.Vnũ ẽ huiuſce modi.Cenſor agebat de uxoribus ſolene iuſiurãdũ.Verba hæc erãt ita cõcepta. Et tu ex animi tui ſnĩa uxorẽ habes? Qui iurabat cauillator qdã:& canicula:& nimis ridicularius fuit. Is locũ eſſe ſibi ioci dicendi ratus: quũ ita:uti mos erat:cenſor dixiſſet: & tu ex animi tui ſnĩa uxorem habes? Habeo eqdẽ inqt uxorẽ: ſed nõ hercle ex animi tui ſnĩa.Tum cẽſor eũ:q; intẽpeſtiue laſciuiſſet:in ærarios rettulit.cãmq; hãc ioci ſcurrilis apud ſe dicti ſubſcripſit.Altera ſeueritas eiuſdẽ ſectæ: diſciplinæq; ẽ: deliberatũ eſt de nota eius:q ad cenſores ab amico aduocatus eſt:& ĩ iure ſtans:clare nimis:ac ſonore oſcitauit.atq; inibi prope ut plecteret:fuit:tanq̃ illud ĩdiciũ uagi animi foret:& hallucinãtis & fluxæ atq; aptæ ſcurrilitatis.Sed quum ille deieraſſet.ĩuictiſſimum ſeſe:& repugnantem oſcitatione uictum.Teneriq; eo uitio: quod oſcedo appellatur:tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt.P.Scipio Africanus Pauli filius:utrãq; hiſtoriam poſuit:in oratione:quam dixit in cenſura:quum ad maiorum mores populum hortaretur.Item aliud refert Sabinus Maſſurius:in ſeptimo memorali ſeuere factum.cenſores inquit.P.Scipio Naſica:&.M.Pompilius: quũ equitum cenſum agerent:equum nimis ſtrigoſum:& male habitum:ſed equitem eius uberrimum:& habitiſſimum uiderunt,Et cur inquiunt ita eſt:ut tu ſis:q̃ equus curatior? Quoniam inqt,ego me curo:equum Statius meus ſeruus.Viſum eſt parum reuerens eſſe reſponſum:relatuſq; in ærarios:ut mos eſt. Statius aũt ſeruile nomen fuit,pleriq; apud ueteres ſerui eo noĩe fuerunt.Cecilius quoq; ille comœdiarũ poeta inclytus ſeruus fuit:& ꝓpterea nomẽ habuit Statius.Sed poſtea uerſumẽ in cognomẽtũ appellatuſq; ẽ Cecilius Statius.

Auli Gelii noctium atticarum commentarii Liber Quintus.

AVſonum philoſophum ſolitum dicere accepimus:quum philoſophus inquit hortatur: monet:ſuadet:obiurgat:aliudue quid diſciplinarum diſſerit:tum qui audiũt ſi de ſummo:& ſoluto pectore:obuias uulgataſq; laudes effutiunt: ſi clamitant etiam:ſi geſtiunt:ſi uocum eius feſtiuitatibus:ſi modulis uerborum:ſi quibuſdam quaſi frequentamentis orationis mouentur:exagitantur:& geſtiunt:tum ſcias:& qui audiunt fruſtra eſſe:neq; illic philoſophum loq: ſed tibicinem canere.Animus is inquit audientis philoſophum:quæ dicuntur utilia: ac ſalubria ſunt:& errorum atq; uitiorum medicinas ferunt:laxamentum atq; ocium prolixe:proſuſeque laudandi non habet:quiſquis ille eſt:qui audit:niſi ille plane deperditus:inter ipſam philoſophi orationem:& perhorreſcat neceſſe eſt:& pudeat tacitus:& pœniteat:& gaudeat:& admiretur:uarios adeo multis:diſparileſq; ſenſus gerat perinde:ut eum conſcientiamq; eius affecerit:utrarumq; animi partium,aut ſincerarũ:aut ægrarum philoſophi pertractatio.Præterea dicebat magnam laudem non abeſſe ab admiratione.Admirationem autem quæ maxima eſt:non parere uerba ſed ſilentium.Iccirco inquit poetarum ſapientiſſimus auditores illos Vlyſſi labores ſuos illuſtriſſime narrantis:ubi loquẽdi finis factus:non exultare:nec ſtrepere:nec uociferari facit.Sed conſiluiſſe uniuerſos dicit:quaſi attonitos:& obſtupidos: delinimentis auri

AVm ad origines uſq; uocis peramantibus.

Super equo Alexandri Regis:qui Bucephalas appellatus eſt. Caput II.

EQuus Alexandri Regis:& capite & nomine bucephalas fuit. Emptum cares ſcripſit talentis tredecim & regi Philippo donatum æris noſtri ſumma eſt ſeſtertia,cccxii. Super hoc equo dignum

memoria uisum:q; ubi ornatus erat:armatusq; ad prœlium: haud unq̃ inscendi sese ab alio nisi a Rege pas/ sus sit. Id etiam de isto equo memoratum est:q; quum in eo insidens Alexander bello indico: & facinora fa/ ciens fortia:in hostium cuneum non satis ibi prouidens immisisset:coniectisq; undiq; in Alexandrum:telis uulneribus altis in ceruice:atq; in latere equus perfossus est.Moribundus tamen:ac prope iam exãguis e me diis hostibus regem uiuacissimo cursu rettulit.Atq; ubi eum extra tela extulerat:ilico concidit:& domini iã superstitis securus:quasi cum sensus humani solatio animam expirauit.Tum Rex Alexander parta eius bel/ li uictoria:oppidum in iisdem locis condidit.Atq; ob equi honores bucephalon appellauit.

Quæ cã:quodq; initiũ fuisse dicat Protagoræ ad philosophiæ litteras adeundi. Caput III.

PRotagoram uirum in studiis doctrinarum egregium cuius nomen Plato libro suo illi inclyto in scripsit:adolescentem aiunt uictus quærendi gratia in mercede missum: uecturasq; onerum cor/ pore suo factitauisse.quod genus græci βασταζόντων uocant.Latine baiulos appellamus.Is de p/ ximo rure in abderam oppidum: cuius popularis fuit: caudices ligni plurimos funiculo breui circundatos:portabat.Tum forte Democritus ciuitatis eiusdem ciuis homo ante alios uirtutis: & philosophiæ gratia uenerãdus quũ egrederetur extra urbẽ:uidet illũ:cũ illo genere oneris tam ipedito: ac tã icohibili facile atq; expedite incedentẽ.Et prope accedit:& iunctura:posituraq; ligni scite periteq; factã cõ siderat.Petitq; ut paulum acquiescat.Quod ubi Protagoras:uti erat petitum fecit: atq; itidem Democritus aceruum illũ:& quasi orbem caudicum:breui uinculo cõpressum:ratione quadam:quasi geometrica libra/ ri:continericq; aiaduertit:interrogauit:quis id lignũ ita cõposuisset: & quũ ille a se cõpositũ dixisset:desidera uit:uti solueret: at denuo i modũ eũdẽ collocaret.At postq̃ ille soluit:& similiter cõposuit: tum Democritus animi acie:sollertiamq; hominis non docti demiratus:Mi adolescens inquit:quum ingenium benefaciendi habeas:sunt maiora melioraq;:quæ facere mecum possis.Abduxitq; eum statim. Secumq; habuit: & sum/ ptum ministrauit:& philosophias docuit:& esse eum fecit:quantus postea fuit.Is tamen protagoras insincæ rus quidẽ philosophus:sed acerrimus sophistarum fuit.Pecuniam quippe ingentem:quũ a discipulis accipe ret annuã:pollicebat se id docere:qua nã uerboꝝ industria causa infirmior fortior fieret.Quã rem græcæ ita dicebat ὸν ἥττον λογὸν κρειττῶν ποιεῖν.i.causam inferiorẽ superiorem efficere.

De uerbo duo & uicesimo:qd̃ uulgo incognitũ ẽ:& a uiris doctis multifariã i libris scriptũ. Caput IIII.

APud sigillaria forte in libraria ego:&.L.Paulus poeta uir memoria nostra doctissimus:consedera/ mus.atq; ibi expositi erant Fabii annales bonæ atque sincæræ uetustatis libri: quos uenditor sine mendis esse contendebat.Grammaticus autem quispiam de nobilioribus ab emptore adspectan dos libros adhibitus:repperisse unum in libro mendum dicebat.Sed contra librarius in quoduis pignus uocabat:si in una uspiam littera delictum esset.Ostendebat grammaticus ita scriptum in libro.iiii.Quapropter tum primum ex plebe alter consul factus est: duo & uicesimo anno postquam romã Galli ceperunt.Non inquit duo & uicesimo:sed duodeuicesimo scribi oportuit.Quid enim est:duo & uicesi mo?alio quoq; loco hic ita scripsit.Mortuus est anno duo & uicesimo.Rex fuit anno.xxi.

Cuiusmodi ioco cauillatus sit Antiochum regẽ pœnus Annibal. Caput V.

IN libris ueterum memoriarum scriptum est Annibalem carthaginensem apud Regem Antio/ chum facetissime cauillatũ esse.Ea cauillatio huiuscemodi fuit.Ostendebat ei Antiochus in cam/ po copias ingentis:quas bellum populo Romano facturus comparauerat. conuertebatq; exerci/ tum:insignibus argenteis:& aureis florentem.Inducebat etiam currus cum falcibus: & elephan/ tos cum turribus.Equitatumq; frenis:ephippiis:monilibus:phaleris præfulgentem. Atq; ibi rex contemplatione tanti:ac tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit:& putasne inqt conferri pos/ se:ac satis esse credis romanis hæc omnia? Tum pœnus eludens ignauiam imbelliamq; militum eius precio se armatorum:satis plane iquit:satis esse credo romanis hæc omnia:etiam si auarissimi sunt.Nihil prorsum: neq; tam lepide:neq; tam acerbe dicipotest.Rex de numero exercitus sui ac de æqparanda æstimatõe quæ/ sierat. Respondit Annibal de præda.

De coronis militaribus:quæ sit earum triumphalis:quæ obsidionalis:quæ ciuica:quæ muralis: quæ ca/ strensis:quæ naualis:quæ oualis:quæ oleagina. Caput VI.

MIlitares coronæ multifariæ sunt.Quarũ quæ nobilissimæ sunt:has ferme esse accepimus: trium/ phalem:obsidionalem:ciuicam:muralem:castrensem:naualem. Est ea quoq; corona:quæ oualis dicitur.Est item postremo oleagina:qua uti solẽt:qui i prœlio non fuerunt: sed triumphum pro/ curant.Triumphales coronæ sunt aureæ quæ imperatoribus ob honorem triumphum mittun/ tur. Id uulgo dicitur aurum coronarium.Hæ antiquitus e lauro erant:post fieri ex auro cœptæ. Obsidionalis est:quam ii qui liberati sunt obsidione:dant ei duci:qui liberauit. Ea corona graminea est: ob/ seruariq; solitum:ut fieret e gramine:quod in eo loco generatum esset:itra quem clausi erant:qui obsideban tur.Hanc coronam gramineam.S.P.Q.R.Q.Fabio Maximo dedit bello pœnorum secundo q; urbem Ro mam obsidione hostium liberasset.Ciuica corona appellatur:quam ciuis ciui a quo seruatus est in prœlio te stem uitæ:salutisq; perceptæ dat. Ea fit e fronde querna:quoniam cibus uictusq; antiquissimus quercus ca/ pi solitus sit.Fit etiam ex ilice:quod genus superiori proximum est.Sicuti scriptum est in quadam comœdia Cecilii.Aduehuntur inquit cum ilignea corona:& clamyde. Dii uestram fidem. Massurius autem Sabinus in.xi.librorum memoralium:ciuicam coronam tum dari solitam dicit:cum is:q ciuem seruauerat: eodem tempore:etiam hostem occiderat.Neq; locum i ea pugna reliquerat.Aliter ius ciuicæ coronæ negat concess/ sum:Tiberium tamen Cæsarem cõsultum:an ciuicam coronam capere posset:qui ciuem i prœlio seruasset:

& hostis ibidem duos iterfecisset: sed locum ī quo pugnabat:non retinuisset: eoq; loco hostes potiti essent: rescripsisse dicit:eum quoq; ciuica dignum uideri:q; appareret:e tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum: ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiuerit.Hac corona ciuica.L.Gelius uir censorius in senatu Cicero nem consulē donari a republi.censuit:q; eius opera esset atrocissima illa Catilinæ coniuratio detecta uindicataq;.Muralis ē corona:qua donatur ab imperatore:qui primus murum subiit: inq; oppidum hostium per uim ascendit.Iccirco quasi muri pinnis decorata est.Castrensis est corona:qua donat eum imperator:qui primus hostium castra pugnans introiuit.Ea corona insigne ualli habet.Naualis est: qua donari solet marimo prœlio qui primus in hostium nauem ui armatus transiliuit.Ea quasi nauium rostris insignita est. Et muralis autem:& castrensis:& naualis fieri ex auro solent.Oualis uero corona myrtea est.Ea utebantur imperatores:qui ouantes introibant urbem.Ouandi autē ac non triumphādi causa est:quum aut bella non rite indicta:neq; cum iusto hoste gesta sunt:aut hostium nomen humile:& non idoneum est:ut seruorum pyratarumque:aut deditione repente facta:in puluere(ut dici solet)in cruentaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt:q; non Martius:sed quasi Venerius quidā triumphus foret. Hanc myrteam coronam:M.Crassus:cū bello fugitiuorum confecto:ouans rediret: insolenter aspernatus est. Senatusq; consultum faciundum per gratiā curauit:ut lauro:non myrto coronaretur.M.Cato obiecit.M.Fuluio nobiliori:q; milites per ambitionem coronis leuissimis de causis donasset. de qua re uerba ipsa apposui Catonis. Nam principio quis uidit corona donari quenquā:quū oppidum captum non esset:aut castra hostium incensa non essent? Fuluius autē in quē hoc a catone dictū est:coronis donauerat milites:quia uallum curauerant:aut quia puteū strenue foderant.Prætereundū non est:quod ad ouationes attinet:super quo dissensisse ueteres scriptores accipio.Partim.n.scripserunt:qui ouarent:introire solitos:equo uehentes.Et Sabinus Massurius pedibus īgredi ouantis dicit:sequētibus eos:nō militibus:sed uniuerso senatu.

Personæ uocabulū q̄ lepide iterpretatus:quāq; esse uocis eius originē dixerit.C.Bassus. Caput VII.

Epide mehercle:& scite.C.Bassus in libris:quos de origine uocabulorum composuit:unde appellata persona sit:interpretatur.A personando enim id uocabulum factum esse cōiectat.Nam caput inquit & os:cooperimento personæ tectum undiq;:unaq; tantum uocis emittendæ: uia peruiū: quoniā non uaga:neq; diffusa est in unū tantūmodo exitum collectā:coactamq; uocem: & magis claros:canorosq; sonitus facit.Quoniā igitur indumentū illud oris clarescere:& resonare uocē facit:ob eā causam persona dicta:o littera:propter uocabuli formā productiore.

Defensus error a Virgilii uersibus:quos arguerat Iulius Higinus grammaticus.Et ibidem qd sit lituus:& de etymologia uocis eius. Caput VIII.

Pse quirinali lituo:paruaq; sedebat Succinctus trabea:leuaq; ancile gerebat.

In his uersibus errasse Virgilium Higinus scribit: tanquā non animaduerterit deesse aliqd hisce uerbis:Ipse quirinali lituo.nā si nihil inquit deesse animaduertimus:uidetur ita dictū:ut fiat lituo & trabea succinctus:quod est inquit absurdissimum.Quippe quum lituus sit uirga breuis in parte:qua robustior est:incurua:qua augures utuntur:quonam modo succinctus lituo uideri potest? Immo ipse Higinus parum animaduertit sic hoc esse dictū:ut pleraq; dici per defectionem solēt: ueluti quum dicitur.M.Cicero homo magna eloquentia:atq; Roscius histrio summa uenustate:non plenum hoc utrūq;:neq; perfectū est.Sed.n.pro pleno atq; perfecto audit:ut Virgilius alio loco. Victoré buten īmani corpore.i.corpus īmane habentē.Et itē alibi.In mediū geminos īmani pondere cestus Proiecit.Ac similiter:Domus sanie:dapibusq; cruentis Intus opaca:īgens.Sic igit id quoq; uideri dictū debet:picus qrinali lituo erat: sicut dicimus:statua grandi capite erat.Et est autē:& erat:& fuit:plerūq; absunt cū elegantia absq; detrimento sententiæ.Et quoniā facta lituī mentio est:non prætermittendum est: qd posse quæri animaduertimus: utrum lituus auguralis a tuba:quæ lituus appellatur:an tuba a lituo augurum lituus dicta sit? Vtrūq; enim pari forma; & pariter incuruum est. Sed si(ut quidam putant) tuba a sonitu lituus appellata est: ex illo homerico uersu.Δι γ ξ ε β ι ό σ. ideſt insonuit neruus:necesse est ita accipi:ut uirga auguralis a tubæ similitudine lituus uocetur.Vtitur autem uocabulo isto Virgilius pro tuba. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.

Historia de Crœsi filio sumpta ex Herodoti libris. Caput IX.

Illius Crœsi regis:quum iam per ætatem fari posset:infans erat.Et quum iam multum adoleuisset:item nihil fari quibat.Mutus adeo & elinguis diu habitus est.Quum uero in patrem eius bello magno uictum:& urbe:in qua erat:capta:hostis gladio deducto regem esse ignorans īuaderet: diduxit adolescens os clamare nitens. Eoq; nixu:atq; impetu spiritus uitium: nodumq; linguæ rupit.Planeq; & articulate locutus est:clamans in hostem:ne rex Crœsus occideretur.Tum & hostis gladium reduxit & rex uita donatus est:& adolescens loqui prorsum deinceps incœpit.Herodotus in historiis huius memoriæ scriptor est.Eiusq; uerba sunt:quæ prima dixisse filium Crœsi refert. ω ν θ ρ ω π ε υ μ η κ τ ε ι ν ε κ ρ ο ι σ ο ν. ideſt Heus homo non occide Crœsum.Sed & qspiam samius athleta:nomē illi fuit α ι γ λ η σ: ideſt Aegles:quum antea non loquens fuisset:ob similem dicitur causam loqui cœpisse. Nam quū in sacro certamine sortitio inter ipsos:& aduersarios nō bona fide fieret:sed sortem nominis falsam subiici animaduertisset:repente in eum qui id faciebat sese uidere:quid faceret:magnum inclamauit.Atq; is oris uinculo solutus:per omne inde uitæ tempus non turbide:neq; adhæse locutus est.

De argumētis:q̄ græcæ α ν τ ι σ ρ ε φ ο ν τ α appellant:a nobis reciproca dici possunt. Caput X.

Nter uitia argumentorum:lōge maximum esse uitium uidetur eorum.quæ α ν τ ι σ ρ ε φ ο ν τ α græci dicunt. Et quidam ex nostris:non hercle nimis absurde reciproca appellauerūt. Id autem uiti-

um accidit hoc modo:quum argumentum propoſitum referri contra:conuertiq; in eum poteſt:a quo dictum eſt: & utrinq; pariter ualet. Quale eſt prouulgatum illud:quo Protagoram ſophiſtarum acerrimum uſum eſſe ferunt:aduerſus Euathlum diſcipulū ſuū. Lis nāq; iter eos:& cōtrouerſia ſup pacta mercede hæc fuit. Euathlus adoleſcens diues eloquentiæ diſcendæ:cauſarūq; orandi cupiens fuit. Is in diſciplinā Protagoræ ſeſe dedit:daturūq; ꝓmiſit mercedē:grandē pecuniā:quantā Protagoras petiuerat. Dimidiūq; eius dedit iam tūc ſtatim:priuſq; diſceret:pepigitq; ut reliquū dimidiū daret quo primo die cām apud iudices oraſſet: & uiciſſet. Poſtea quū diutule auditor aſſectatorq; Protagoræ fuiſſet:& in ſtudio quidem facundiæ abunde promouiſſet:cauſas tamen non reciperet:tempuſq; iam longū trāſcurreret:& facere id uideretur:ne reliquū mercedis daret: capit cōſilium Protagoras (ut tū exiſtimabat) aſtutū. Petere inſtitit ex pacto mercedē. Litem cum Euathlo cōteſtatur. & quū ad iudices conīiciendæ cōſiſtendæq; cauſæ gratia ueniſſet:tum Protagoras ſic exorſus eſt. Diſce inquit ſtultiſſime adoleſcens:utroq; id modo fore uti reddas:quod peto:ſiue cōtra te ꝓnunciatum erit:ſiue pro te. Nā ſi cōtra te lis data erit:merces mihi ex ſnīa debebiť:quia ego uicero. Sin uero ſecundū te iudicatum erit:merces mihi ex pacto debebiť:quia tu uiceris. Ad ea reſpondit Euathlus:potui inquit huic tuæ tam ancipiti captioni iſſe obuiā:ſi uerba ipſe non facerem:atq; alio patrono uterer. Sed maius mihi ī iſta uictoria ꝓfuit ꝓfuit quā tantū:ſed i argumēto quoq; iſto uinco. diſce igiť tu quoq; magť ſapiētiſſime utroq; mō fieri uti nō reddā:qđ petis:ſiue cōtra me ꝓnūciatū fuerit:ſiue ꝓ me. Nā ſi iudices ꝓ cā mea ſenſerint:nihil tibi ex ſnīa debebiť:qa ego uicero. Sin cōtra me ꝓnūciauerīt:nihil tibi ex pacto debebo: qa ego non uicero. Tū iudices dubioſum hoc:īexplicabileq; eſſe:quod utrinq; dicebatur rati ne ſententia ſua utrancumq; in partem dicta eſſet:ipſa ſeſe reſcinderet:rem iniudicatam reliquerunt. Cauſam in diem longiſſimam diſtulerunt. ſic ab adoleſcente diſcipulo magiſter diſciplinæ eloquentiæ inclytus: ſuo ſibi argumento confutatus eſt. & captionis uerſutæ excogitatæ fruſtratus fuit.

Caput XI.

Biantis de re uxoria ſyllogiſmū nō poſſe uideri ΑΝΤΙΣΤΡΕΦΟΝΤΑ. i. reciprocū.



Xiſtimauit qdam etiā illud Biantis uiri ſapiētis:ac nobilis reſponſum cōſimile eſſe: atq; eſt Protagorion illud:de quo dixi modo ΑΝΤΙΣΤΡΕΦΟΝ. i. reciprocans. Nā quū rogatus eſſet a quōdā Bias: deberet ne uxorē ducere: an uitā uiuere cælibē: ΗΤΟΙ inquit ΚΑΛΗΝ ΑΞΕΙΣΤ Η ΑΙΣΧΑΝ. ΚΑΙ ΕΙ ΚΑΛΗΝ ΕΞΕΙΣΤ ΚΟΙΝΗΝ ΕΙ ΔΕ ΑΙΧΑΝ ΕΞΕΙΣΤ ΩΟΙΝΗΝ ΕΚΑΤΕΡΟΝ ΔΕ ΟΥΚΑΓΑΘΟΝ: ΟΥ ΛΗΠΤΕΟΝ ΑΡΑ. i. aut pulchram duces:aut deformē. Si pulchrā:habebis cōmunē. Sin turpē habebis pœnā. Neutrū autē bonū. Nō eſt igitur ducenda uxor. Sic autem hoc reſponſum conuertunt:ΕΙ ΔΕΝ ΚΑΛΗΝ ΑΞΩ: ΟΥΧΕΞΩ ΩΟΙΝΗΝ ΕΙ: ΔΕ ΑΙΣΚΡΑΝ: ΟΥΧΕΞΩ ΚΟΙΝΗΝ ΓΑΜΗΤΕΟΝ ΑΡΑ. i. ſi formoſam ducā:nō habebo pœnā. Sin deformē:nō habebo cōmunē. Ducenda eſt ergo uxor. Sed minime hoc eſſe uideť ΑΝΤΙΣΤΡΕΦΟΝ. i. reciprocū:quoniā ex altero latere conuerſum frigidius eſt:ifirmiuſq;. Nā Bias ꝓpoſuit:nō eſſe ducendā uxorē propter alterutrū incōmodū:qđ ne ceſſario patiendū erit ei:qui duxerit. Qui cōuertit aūt non ab eo ſe defendit īcōmodo: quod adeſt ſed carere ſe altero dicit qđ nō adeſt. Satis eſt aūt tuendæ ſententiæ. quā Bias dixit. q; eū qui duxit uxorē pati neceſſe eſt ex duobus īcōmodis alterꝫ: ut aut ΚΟΙΝΗΝ. i. cōmunē habeat:aut ΩΟΙΝΗΝ. i. pœnā. Sed Phauorinus noſter:quū facta eſſet forte mētio ſyllogiſmi huius:quo Bias uſus é:cuius prima ΠΡΟΤΑΣΙΣ. i. propoſitio eſt ΗΤΟΙ ΚΑΛΗΝ ΑΞΕΙΣΤ Η ΑΙΣΧΡΑΝ. i. aut pulchrā duces:aut turpē:nō ratū id:neq; iuſtū diſiunctū eſſe ait:quando nō neceſſariū eſt alterꝫ ex duobus quæ diſiungunť:qđ in ꝓloquio diſiūctiuo neceſſariū eſt. Eminentia. n. quædā ſignificari formaꝫ turpes & pulchræ uidentur. Eſt autem inquit tertiū quoq; inter duo iſta: quæ diſiungunť cuius rationē proſpectūq; Bias nō habuit. Inter enim pulcherrimam fœminā:& deformiſſimā: media quædā forma eſt:quæ a nimiæ pulchritudinis periculo:& a ſummo deformitatis odio uacat. Qualis a. Q. Ennio ī Menalippa:perq; elegāti uocabulo ſtata dicitur:quæ neq; ΚΟΙΝΗ. i. cōmunis futura ſit:neq; ΩΟΙΝΗ. i. pœna: quā formam modicā:& modeſtā Phauorinus non mehercule inſcite:appellabat uxoriā. Ennius autē in iſta: qua dixi tragœdia:eas fere fœminas ait īcolumi pudicitia eſſe:quæ ſtata forma forent.

Caput XII.

De nominibus deoꝝ populi Romani:Diiouis & Veiouis.

N antiquis ſpectationibus nomina hæc deorum ineſſe animaduertimus:Diiouis & Veiouis. Eſt autem ædes Veiouis Romæ inter arcem & capitolium. Eorum nominū rationē eſſe hanc comperi. Iouem latini ueteres a iuuando appellauerunt. Eundēq; alio uocabulo iuncto patrem appellauere. Nam quod eſt in eliſis:aut immutatis quibuſdam litteris Iuppiter id plenum atq; integrū eſt: Iouis pater. Sic & Neptūnus pater coniuncte dictus: & Saturnus pater & Ianus pater:& Mars pater. hoc enim eſt Marſpiter. Itēq; Iouis dieſpiter appellatus. i. diei & lucis pater. Iccirco ſimili nomine Diiouis dictus eſt:& Lucetius:quod nos die & luce:quaſi uita ipſa afficeret:& iuuaret. Lucetium autem Iouē Cn. Neuius in libris belli punici appellat. Quum Iouem igitur:& Diiouem a iuuando nominaſſent: eum quoq; contra deum:qui non iuuandi poteſtatem ſed uim nocendi haberet (Nam deos quoſdam ut prodeſſent: celebrabant:quoſdam ut ne obeſſent placabant) Veiouem appellauerunt:dempta atq; detracta iuuandi facultate. Ve enim particula:quæ in aliis atq; aliis uocabulis uariatim per has duas litteras cum a littera media immiſſa dicitur:duplicem ſignificatum: eundemq; inter ſe diuerſum capit. Nam & augendæ rei:& minuendæ ualet:ſicuti aliæ particulæ plurimæ. propter quod accidit:ut quædam uocabula: quibus particula iſta præponitur:ambigua ſint. & utroq; uerſum dicantur:ueſcum uehemens:& uegrande. de quibus alio ī loco uberiore tractatu facto admonuimus. Veſanos autem:& uecordes ex una tantū parte dici: quæ priuatiua é. quā græci ΣΤΕΡΗΤΙΚΟΝ ΜΟΡΙΟΝ. i. priuatiuā particulā dicunt. Simulacrum igitur dei Veiouis:qđ eſt in æde: de qua ſupra dixi:ſagittas tenet:quæ ſunt uidelicet paratæ ad nocēdū. Quapropter eum deū plerique Apollinē eſſe dixerunt. Immolaturq; illi ritu humano capra. Eiuſq; aīalis figmētū iuxta ſimulacrum ſtat. Propterea Virgiliū

quoq; aiunt multe antiqtatis hoies sine ostẽtationis odio peritum:numina leua i Georgicis deprecari:signifi cante quãdã uim esse huiusce modi deoꝝ in lædẽdo magis q̃ in iuuãdo potentem.Versus Virgilii hi sunt. In tenui labor est:at tenuis non gloria: si quem Numina leua sinunt.auditq; uocatus apollo.

In his autem diis:quos placari oportet:uti mala a nobis:uel a frugibus natis amoueantur: Arungus quoq; habetur:& Rubigus.

De officioꝝ gradu atq; ordine moribus populi Romani obseruato. Caput XIII.

Enioꝝ hoium:& Romæ nobilium atq; in morum disciplinarumq; ueteꝝ doctrina memoriaq; præstantium disceptatio quædam fuit:præsente:atq; audiente me de gradu:atq; ordine officioꝝ Cumq; quæreretur:quibus nos ea prioribus:potioribusq; facere oporteret:si necesse esset in opera dando:faciũdoq; officio:alios aliis anteferre:non cõstabat.Cõueniebat aũt facile:constabatq; ex moribus populo Ro.Primũ iuxta parentes locum tenere pupillos debere:fidei tutelæq; nostræ creditos. Secundum eos proximum locũ cliẽtes habere:q; sese itidẽ in fidẽ patrociniũq; nostrũ dederunt. Tũ in tertio loco eẽ hospites.postea esse cognatos:affinesq; huius moris obseruationisq; multa sunt testimonia:atq; documẽta i antiqtatibus pscripta.Ex qbus unũ hoc iterim de cliẽtibus:cognatisq;:qd' præ manibus ẽ:ponemus. M.Cato i oꝛone quã dixit apud censores in Lentulũ ita scripsit:q; maiores sanctius habuere defendi pupillos q̃ clientẽ nõ fallere.Aduersus cognatos:pro cliente testat'.Testimoniũ aduersum clientẽ nemo dicit.Patrem primum:postea patronum proximũ nomen habere.Massurius autẽ Sabinus in libro iuris ciuilis tertio: antiquiorem locum hospiti tribuit:q̃ clienti.uerba ex eo libro hæc sunt.In officiis apud maiores ita obseruatũ ẽ:primũ tutelæ deide hospiti:deide cliẽti:tũ cognato:postea affini.de q̃ cã fœmiæ uiris potiores sunt habitæ: pupillarisq; tutela mulieri prælata.& iam aduersus quem affuissent eius fili tutores relicti:i eadem causa pupillo aderant.Firmum atq; clarum isti testimonium rei perhibet auctoritas.C. Cæsaris pontificis maximi: qui in oratione quam pro bithyniis dixit:hoc principio usus est.Vel pro hospitio regis Nicomedis: uel pro horum necessitate:quorum res agitur:refugere hoc munus Mumi non potui.Nam neq; hominum morte memoria deleri debet: qn a ꝓximis retineatur:neq; clientes sine summa infamia deseri possunt: quibus etiam a propinquis nostris auxilium ferre instituimus.

Quod Appion doctus hõ:qui polyhistor appellatus est:uidisse se romæ scripsit:recognitionẽ iter sese mutuam ex uetere amicitia hominis & leonis. Caput XIIII.

Appion qui Polyhistor appellatus est:lris hõ multis ꝓditus:rerũq; græcarũ plurima atq; uaria scientia fuit.Eius libri nõ icelebres ferunt':qbus oibus ferme:q̃ mirifica i ægypto uisunt': audiunturq; historia cõprehẽdit.Sed in his q̃ audisse uel legisse sese dicit:fortasse a uitio studioq; ostentationis fit loquacior.Est enĩ sane q̃ in prædicãdis doctrinis suis uendicator.Hoc autẽ qd' in libro agyptiacorũ qnto scripsit:neq; audisse: neq; legisse:sed ipsum sese in urbe roma uidisse:oculis suis cõfirmat.In circo maximo inqt uenatiõis amplissimæ pugna populo dabat'.Eius rei(romæ quũ forte essem)spectator inquit fui.Multæ ibi seuientes feræ:magnitudies bestiarũ excellẽtes: oiumq; iusitata:aut forma erat:aut ferocia.Sed ꝑter alia oia leonũ inqt imanitas admiratiõi fuit.Prætereq; ois cæteros unus.Is unus leo corpis ipetu & uastitudine:terrificoq; fremitu:& sonoro:toris:comisq; ceruicũ fluctuãtibus aios oculosq; oium in sese cõuertebat.Introductus erat iter cõpluris cæteros ad pugnã bestiarũ dacus seruus uiri cõsularis.Ei seruo Androdus nomẽ fuit.Hũc ille leo ubi uidit ꝓcul:repente inqt q̃si admiratus stetit.Ac deinde sensim atq; placide:tanq̃ noscitabũdus ad hoiem accedit.Tũ caudã more atq; ritu adulãtiũ canũ cleméter:& blãde mouet: hoisq; sese corpori adiũgit.Cruraq; eius & manus ꝓpe iã exanimati metu:lingua leniter demulcet.Hõ Androdus iter illa tã atrocis feræ blãdimẽta amissum aium recupat.Paulatiq; oculos ad cõtuẽdũ leonẽ refert.Tũ q̃si mutata recognitiõe facta:lætos inqt & gratulabũdos uideres hominẽ & leonẽ.Ea re ꝓrsus tã admirabili: maxios populi clamores excitatos dicit.Arcessitũq; a Cæsare Androdũ:q̃sitũq; cãm : cur ille atrocissimus leonũ uni parsisset.Ibi Androdus rẽ mirificã narrat:atq; admirabilẽ. Quũ ꝓuinciã inqt africã ꝓcõsulari ĩperio meus dominus obtineret:ego ibi iniqs eius:& quotidianis uerberibus ad fugã sum coactus : & ut mihi a domino terræ illius ꝓside tutiores latebræ forẽt in cãpoꝝ & arenarũ solitudies cõcessi.Ac si defuisset cibus:cõsiliũ fuit mortẽ aliquo pacto q̃rere.Tũ sole inqt medio rapido & flagrãti:specũ quãdã nactus remotã latebrosãq;:in eam me penetro:& recõdo:neq; multo post ad eandẽ specũ uenit hic leo debili uno:& cruẽto pede gemitus edens:& murmura doloré:cruciatũq; uulneris cõmiserantia.Atq; illic primo quidẽ cõspectu aduenientis leonis territũ sibi & pauefactũ animũ dixit.Sed postq̃ introgressus inqt leo:uti re ipsa apparuit:in habitaculum illud suũ uidet me procul delitescentẽ:mitis & mansuetus accessit : & sublatũ pedẽ ostendere mihi & porrigere:quasi opis petendæ gratia uisus est.Ibi inqt ego stirpẽ ingentẽ:uestigio pedis eius hærentẽ reuulsi.Cõceptãq; sanié uulnere ĩtimo expressi. Accuratiusq; sine magna iam formidine siccaui penitus:atq; detersi cruorem.Ille tũc mea opera:& medela leuatus : pede in manibus meis posito recubuit & quieuit. Atq; ex eo die trienniũ totum ego & leo in eadem specu:eodẽq; uictu uiximus.Nam quas uenabatur feras : membra opimiora ad specum mihi suggerebat.quæ ego:ignis copiam non habens : sole meridiano torrens edebã.Sed ubi me inquit uitæ illius ferinæ iam pertesum est:leone in uenatũ ꝓfecto reliqui specũ: & uiã fermæ tridui permensus:a militibus uisus:apprehensusq; sum.Et ad dominũ ex africa romã deductus.Is me statim rei capitalis dãnandũ:dãdũq; ad bestias curauit.Intelligo autẽ inqt hũc quoq; leonẽ:me tũc separato captũ: gratiã nũc mihi beneficii:& medicinæ referre.Hæc Appion dixisse Androdũ tradit. Eaq; oia scripta:circũlataq; tabula populo declarat.Atq; ideo cũctis petentibus dimissum Androdũ:& pœna solutũ.Leonẽq; ei suffragiis populi donatũ.Postea inqt uidebamus Androdũ:& leonẽ loro tenui reuinctũ:urbe tota circũ tabernas ire:

Donari ære Androdum Foribus ſpargi leonem.Omneſq; fere ubiq; obuios dicere.hic eſt leo hoſpes homi/nis.hic eſt homo medicus leonis.

Corpus ne ſit uox:an ασωματον:ideſt incorporeũ uarias eſſe philoſophorũ ſentẽtias. Caput XV.

VEtus atq; ꝓpetua q̃ſtio inter nobiliſſimos philoſophoꝝ agitata eſt:corpus ne ſit uox:an incorpo/reũ.hoc enim uocabulũ quidã finxerunt proinde : quod græce dicitur ασωματον. Corpus autẽ eſt : quod aut efficiens eſt : aut patiens:id græce dicitur Τοδρωμενον ηπασχον σωμα εστι:ideſt aut efficiens : aut patiens corpus eſt. Quam definitionem ſignificare uolens Lucretius ita ſcripſit Tangere enim aut tangi:niſi corpus:nulla poteſt res.Alio quoq; modo corpus eſſe græci dicunt: Τοτριχη διαστατον:ideſt triplici dimenſione diſtans.Sed uocem ſtoici corpus eſſe contendunt.Eãq; eẽ di/cunt ictum aera.Plato autẽ non eſſe uocem corpus putat.Non enim percuſſus inquit aer:ſed plaga ipſa: atq; percuſſio uox eſt.ουχαπλωσ πληγη αερος εστιν η φονη.πλαττει γαρτον αερα και δακτιλοσ παραγο/μενοσ.και ουδεπω ποιει φονην.αλλη ποσ η πληγη και σφοδρα και τοσηδε ωστε ακουστην:γενεσθαι: ideſt non ſimpliciter plaga aeris uox eſt.nam digitus quoq; aerem percutit:non ita tamen uocem facit. Sed quanta plaga? & uehemens:& tanta:ut audibilis fiat.Democritus ac deinde Epicurus ex indiuiduis corpori bus uocem conſtare dicunt.Eãq; ut ipſis eorum uerbis utar. ρευμαλογων : ideſt flumen uerborum appel/lãt.hos alioſq; tales:argutæ delectabiliſq; deſidiæ aculeos:cum audiremus:uel lectitaremus:neq; in his ſcru/pulis:aut emolumentum aliquod ſolidum ad rationem uitæ pertinens : aut finem illum quærendi uidere/mus:Ennianum Neoptolemum probamus:qui profecto ita ait.Philoſophandum eſt paucis. nam omnino haud placet. De ui uocabulorum:atq; uidendi rationibus. Caput XVI.

DE uidendi ratione:deq; cernendi natura diuerſas eſſe opiniones philoſophorũ animaduertimus. Stoici cauſas eſſe uidendi dicunt:radiorum ex oculis in ea:quæ uideri queunt: emiſſionẽ : aeriſq; ſimul intentionem. Epicurus affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam cor/porum ipſorum:eaq; ſeſe in oculis iferre:atq; ita fieri ſenſum uidẽdi putat. Plato exiſtimat genus quoddam ignis:luciſq; de oculis exire:idq; coniunctũ:continuatũq; : uel cum luce ſolis : uel cum alterius ignis lumine:ſua ui:& externa nixum efficere:ut quæcunq; offenderint:illuſtrauerintq; cernamus. Sed & hic:ea quæ diſſerimus imaginandum.Eiuſdẽq; illius Enniani Neoptolemi: de quo ſupra ſcripſimus conſilio utendũ eſt:qui deguſtandũ ex philoſophia cenſet nõ in eam ingurgitandum.

Quã ob cauſam dies primi:poſt calendas nonas:idus atri habeant:& cur diem quoq; quartum ante calẽ/das:uel nonas:uel idus quaſi religioſum pleriq; uitant. Caput XVII.

VErrius Flaccus in quarto de uerborum ſignificatione dies:qui ſunt poſtridie calẽdas nonas : idus quos uulgus imperite nefaſtos dicit:propter hanc cauſam dictos habitoſq; atros eſſe ſcribit. Vr/be inquit a gallis ſenonibus recuperata. L.Attilius in ſenatu uerba fecit.Q.Sulpitium tri. militũ ad halliam aduerſus gallos pugnaturum : rem diuinam dimicandi gratia poſtridie idus feciſſe. Tum exercitum popu.ro.occidione occiſum:& poſt diem tertium eius diei urbem præter capi/tolium captam eſſe:Complureſq; alii ſenatores recordari ſeſe dixerunt:quotiens belli gerendi gratia:res di/uina poſtridie calendas nonas idus a magiſtratu populi romani facta eſſet eius belli proximo deinceps præ lio rempu.male geſtam eſſe.Tum Senatus eam rem ad pontifices reiecit:ut ipſi:quod uideretur ſtatuerent. Pontifices decreuerunt nullũ iis diebus ſacrificium recte futurum. ante diem quoq; quartum calendas: uel nonas:uel idus:tanq̃ inominalem diem pleriq; uitant.Eius obſeruationis an religio ulla ſit tradita quæri ſo let.Nihil ſuper ea re ſcriptum inuenimus:niſi q; Claudius annaliũ quinto cladẽ illã pugnæ cannenſis uaſtiſ/ſimam factam dicit ante diem quartum nonas ſextiles.

In quo & quantum differat hiſtoria ab annalibus.Superq; ea re uerba poſita ex libro rerum geſtaꝝ Sem/pronii Aſellionis primo. Caput XVIII.

HIſtoriã ab annalibus quidam differre eo putant : q; quum utrunq; ſit rerum geſtarum narratio: earum tamen proprie rerum ſit hiſtoria:quibus rebus gerendis interfuerit is:qui narret. Eamq; eſſe opinionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro de ſignificatu uerborum quarto. Ac ſe quidem dubitare ſuper ea re dicit.Poſſe autem uideri putat nonnihil eſſe rationis in ea opinio/ne:q; hiſtoria græce ſignificat rerum cognitionem præſentium.Sed nos audire ſoliti ſumus ánã/les omnino id eſſe:quod hiſtoriæ ſint.Hiſtorias non omnino eſſe id:quod annales ſint. Sicuti quod eſt ho/mo:id neceſſario animal eſt.quod eſt animal:non id neceſſe eſt hominem eſſe.Ita hiſtorias quidem eẽ aiunt rerum geſtarum:uel expoſitionem:uel demonſtrationem:uel quo alio nomine id dicẽdum eſt. Annales ue ro eſſe:quum res geſtæ plurium annorum:obſeruato cuiuſq; anni ordine:deinceps componuntur. Quum uero non per annos:ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribũtur ea hiſtoria græco uocabulo εφημερις: ideſt dia rium dicitur.Cuius latinum interpretamentum ſcriptum eſt in libro Aſellionis primo. ex quo libro plura uerba adſcripſimus : ut ſimul ibidem : quid ipſe inter res geſtas : & annales eſſe dixerit oſtenderemus. Ve/rum inter eos inquit : qui annales relinquere uoluiſſent : & eos qui res geſtas a Romanis perſcribere cona/ri eſſent : omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoq; anno geſtumue ſit id demonſtrabant. Id eorum eſt: qui quaſi diarium ſcribunt.quam græci εφημεριδα uocant. Nobis nõ modo ſatis eſſe uideo:quod factum eſſet id pronunciare:ſed etiam quo conſilio:qua ratione geſta eſſent:de/monſtrare.Paulo autem poſt idem Aſellio in eodem libro.nam neq; alacrioris ad rempublicam defenden/dam:neq; ſegnioris ad res ꝑerã faciundas annales cõmouere qcq̃ poſſunt.Scribere aũt bellũ quo initiũ cõſu/le:& quomõ cõfectũ ſit:& qs triũphans itroierit.exq; eo libro: quæ in bello geſta ſunt iterare id fabulas eſſe

prædicare ait.aut interea quid senatus decreuerit:aut quæ lex:rogatione lata sit:neq; quibus consiliis ea gesta sunt iterare.id fabulas pueris est narrare:non historias scribere.

Quid sit adoptatio:quid item sit arrogatio:quantumq; hæc inter se differant uerbaq; eius quæ qualiaq; sint:qui liberis arrogandis super ea re populum rogat. Caput XIX.

VUm in alienam familiam:inq; liberorum locum extranei sumuntur:aut per prætorem fit: aut per populum.Quod per prætorem fit:adoptatio dicitur.Quod per populū arrogatio. Adoptantur autem:quum a parente:in cuius potestate sunt:tertia mancipatione in iure ceduntur.Atq; ab eo qui adoptat:apud eum:apud quem legis actio est:uindicantur.Arrogantur ii:qui quum sui iuris sint in alienam sese potestatem trandunt.Eiusq; rei ipsi auctores fiunt.Sed arrogationes nō temere:nec inexplorate committuntur.Nam comitia arbitris pontificibus præbent:quæ curiata appellantur Aetas quoq; eius:qui arrogare uult:an liberis potius gignundis idonea sit:bonaq; eius:qui arrogatur: ne insidiose appetita sint:consideratur.Iusq; iurandum a.Q.Mutio pontifi.maxi.conceptum dicitur: quod in arrogando iuraretur.Sed arrogari non potest:nisi iam uesticeps.Arrogatio autem dicta:quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. Eius rogationis uerba hæc sunt. Velitis: iubeatis:uti.L. Valerius.L.Titio tā iure:legeq; filius sibi fiat:q̄ si ex eo patre: matreq; familias eius natus eēt.Vtiq; ei uita:necisq; in eum potestas fiet:uti pariendo filio est.hæc ita uti dixi:ita uos quirites rogo.Neq; pupillus autem:neq; mulier:quæ in parentis potestate est arrogari pōt. quoniam & cum fœminis nulla comitiorum communio est:& tutoribus in pupillos tantam esse auctoritatem: potestatēq; fas non est:ut caput liberum fidei suæ commissum aliene ditioni subiiciant.Libertinos uero ab ingenuis adoptari quidem iure posse Massurius Sabinus scripsit:Sed id neq; permitti dicit:neq; permittendum esse unq̄ putat:ut homines libertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorum inuadant.Alioquin inquit si iuris ista antiquitas seruetur: etiam seruus a domino per prætorem dari in adoptionē potest.Idq; ait plerosq; iuris ueteris auctores posse fieri scripsisse.Animaduertimus in oratione.P.Scipionis:quā senior habuit ad populū de moribus:inter ea: quæ reprehendebat:q; contra maiorum instituta fierent:id etiam eum culpauisse:q; filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset. Verba ex oratione hæc sunt. In alia tribu patrem : in alia filium suffragium ferre.Filium adoptiuum tam procedere:q̄ si se natum habeat absentis censeri iubere:ut ad censum nemini necesse sit uenire.

Quod uocabulum latinum solœcismo fecerit Capito Asinius.quid autē ipsum appellauerint ueteres latini:qbusq; uerbis solœcismū definierit idem Capito Asinius. Caput XX.

SOlœcismus latino uocabulo ab Asinio Capitone:eiusdēq; ætatis aliis imparilitas appellatus: a uetustioribus latinis stribiligo dicebatur:a uersura uidelicet.& prauitate tortuosæ oratiōis:tanq̄ strobiligo quædam.Quod uitiū Asinius Capito in litteris:quas ad Clodium Tuscum dedit: hisce uerbis definit. Solœcismus est inquit impar & incōueniens cōpositura partium orationis. Quū græcum autem uocabulum sit solœcismus an attici homines : qui elegantius locuti sunt : usi eo sint:quæri solet. Sed nos neq; solœcismū neq; barbarismū apud græcorū idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut βαρβαρον:idest barbarum:ita σολοικον : idest solœcum dixerunt. Nostri quoq; antiquiores solœcū facile:solœcismum haud scio an unq̄ dixerint.Quod si ita est:neq; in græco: neq; in latino solœcismus probe dicitur.

Pluria qui dicat:& compluria:& compluries non barbare dicere:sed latine. Caput XXI.

PLuria forte quis dixit sermocinans uir apprime doctus meus amicus non hercle studio ferés ostēdi:neq; quo plura dicendū nō putaret.Est enim doctrina homo seria:& ad uitæ officia deuincta:ac nihil de uerbis laborāte.Sed opinor assidua ueterū scriptorū tractatione inoleuerat linguæ illius uox:quā in libris sæpe offenderat.Aderat:quū ille hoc dixit:reprehensor audaculus uerborū:qui perpauca:eadēq; a uulgo pertrita legerat.Habebatq; nōnullas disciplinæ grāmaticæ inaudaciunculas:partim rudis:inchoataq; partim non probas.Easq; quasi puluerē ob oculos:quū adortus quē que fuerat aspergebat. Sicut tunc amico nostro barbare inquit dixisti pluria. Nam neq; rationem uerbum hoc:neq; auctoritates habet.Ibi ille amicus ridens:amabo te inquit uir bone:quia nūc mihi a magnis seriisque rebus ocium est:uelim doceas nos:cur pluria:siue compluria(nihil enim differt)non latine sed barbare dixerint.M.Cato:&.Q.Claudius:Vale.Antias.L.Lælius.P.Nigidius.M.Varro:quos subscriptores:approbatoresq; huius uerbi habemus? Præter poetarū oratorūq; ueterū multā copiā.Ad quæ ille nimis arroganter tibi inquit habeas auctoritates istas:ex faunorum:& aboriginum sæculo repetitas:atq; huic rationi respondeas.Nullū enim uocabulū neutrum comparatiuū:numero pluratiuo:casu recto:ante extremū a habet i litteram:sicuti meliora:maiora:grauiora:proinde igitur plura & nō pluria dici conuenit:ne contra formā perpetuā in comparatiuo i littera sit ante extremum a. Tum ille amicus noster quū hominē confidentē pluribus uerbis nō dignū existimaret:Asinii inquit Capitonis doctissimi uiri epistolæ sunt : uno in libro multæ opinor positæ in templo pacis.Prima epistola scripta est ad Pacuuiū Labeonē:cui titulus præscriptus est pluria:nō plura dici debere:in ea epistola rōnes grāmaticas posuit:p quas docet pluria latinū eē : plura barbarū. Ad Capitonē igit̄ te dimittimus.Ex eo id quoq; simul disces:si modo assēq; poteris : quod in ea epistola scriptum est.pluria siue plura absolutum est siue simplex:non ut tibi uidetur comparatiuum.Huius opinionis Asinianæ id quoq; adiumentum est : q; compluries quum dicimus : non comparatiue dicimus. Ab eo autem quod est compluria:aduerbium est factum compluries.Id quoq; quoniam minus usitatū est : uersum

Plauti ſubſcripſi ex comœdia:quæ perſa inſcribitur. Quid metuis? do. Metuo hercle uero. Senſi ego com/pluries.Item.M.Cato in quarto originum eodem in loco ter hoc uerbum poſuit.Compluries eorum mi/lites mercenarii inter ſeſe multi alteri alteros occidere.Compluries multi ſimul ad hoſtis trãſfugere.Com/pluries in imperatorem impetum facere.

Auli Gelii noctium atticarum cõmentarii. Liber ſextus.

HOmines feciſſe dicitur tantam uim eé ærumnarũ : & malorum aduerſus ea Chryſippus:quũ in libro περι προνοιασ:ideſt de prouidentia quarto diſſereret : nihil eſt prorſus iſtis inquit: nihil imperitius:qui opinantur bona eſſe potuiſſe:ſi non eſſent itidem mala. Nam quum bo na malis contraria ſint : utraq; neceſſarium eſt oppoſita inter ſeſe : & quaſi mutuo aduerſoq; fulta nixu conſiſtere.Nullum adeo contrarium ſine cõtrario altero : quo enim pacto iuſtitiæ ſenſus eſſe poſſet:niſi eſſent iniuriæ? Aut quid aliud iuſtitia eſt : q̃ iniuſtitiæ priuatio? Quid item fortitudo intelligi poſſet:niſi ex ignauiæ oppoſitione? Quid continentia: niſi ex intemperantia? Quo item modo pru dentia eſſet:niſi foret contra imprudentia? Proinde inquit homines ſtulti:cur non hoc etiam deſiderant : ut ueritas ſit : & non ſit mendacium? Nanq; itidem ſunt bona & mala:fœlicitas & infortunitas:dolor & uolu ptas.Alterum enim ex altero(ſicuti Plato ait)uerticibus inter ſe contrariis deliquatum eſt. Si tuleris unum abſtuleris utrunq;.Idem Chryſippus in eodẽ libro tractat:conſideratq; : dignũq; eé id quæri putat:ει οι τον ανθρωπων νοσοι καταφυσιν γινονται:ideſt an hominum morbi ſecundum naturam proueniant.Ideſt na tura ne ipſa rerum:uel prouidentia quæ compagem hanc mundi:& genus hominum fecit : morbos quoq; & debilitates:& ægritudines corporum : quas patiuntur homines fecerit. Exiſtimat autem non fuiſſe hoc principale naturæ conſilium:ut faceret homines morbis obnoxios.Nunq; enim hoc conueniſſe naturæ au/ctori:parentiq; rerum omnium bonarum.Sed quũ multa inquit atq; magna gigneret:pareretq; aptiſſima: & utiliſſima:alia quoq; ſimul agnata ſunt incõmoda iis ipſis quæ faciebat cohærentia.Eaq; non per naturã ſed per ſequelas quaſdam neceſſarias facta dicit:quod ipſe appellat:κατα παρακολουθησιν:ideſt per ſeque/lam.Sicut inquit:quum corpora hominum natura fingeret:ratio ſubtilior:& utilitas ipſa operis poſtulauit ut tenuiſſimis minutiſq; oſſiculis caput compingeret. Sed hãc utilitatem rei maioris:alia quædam incõmo ditas extrinſecus conſecuta eſt:ut fieret caput tenuiter munitum : & ictibus : offenſionibuſq; paruis fragile. Proinde morbi quoq; & ægritudines partæ ſunt: dum ſalus paritur. Sic hercle inquit dum uirtus homini/bus per conſilium naturæ gignitur:uitia itidem per affinitatem contrariam nata ſunt.

Quo itidem modo:& uim neceſſitatemq; fati conſtituerit:& eſſe tamen in nobis conſilii:iudiciiq; noſtri arbitrium confirmarit. Caput II.

FAtum:quod græci ειμαρμενην:uel ειμαρμενην uocant: ad hanc ferme ſententiam Chryſippus ſtoicæ princeps philoſophiæ definit.Fatum eſt ĩquit ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum:& catena uoluens ſemetipſa ſeſe:& implicans per æternos conſequentiæ ordines: ex q̃bus apta:cõnexaq; eſt.Ipſa autẽ uerba Chryſippi:q̃tum ualui memoria adſcripſi: ut ſicui meum iſtud intemperamentum uidebitur eſſe obſcurius:id ipſius uerba animaduertat.In libro enim περι προνοιασ.i. de prouidentia quarto ειμαρμενην:fatum eſſe dicit : φυσικην τινα συνταξιν των ολων εξαιδιου των ετε/ρων τοισ ετεροισ επακολουθουντων και μεταπλυ μεν ουν απαραβατου ουσυστασ τοιαυτησ συμ/πλοκησ : ideſt naturalem quendam ordinem omnium rerum ex æterno aliis ad alia conſequentibus : & incommutabili manente huiuſcemodi cõplicatione. Aliarum autem opinionum diſciplinarumq; au/ctores huic definitioni ita obſtrepunt : ſi Chryſippus inquiunt fato putat omnia moueri : & regi:nec decli/nari : tranſcendiq; poſſe agmina fati:& uolumina:peccata quoq; hominum & delicta non ſubſiſtenda:neq; condicenda ſunt ipſis:uoluntatibuſq; eorum:ſed neceſſitati cuidam:& inſtantiæ quæ oritur ex fato : omni/umq; rerum domina:& arbitra:per quam neceſſe ſit fieri:quicquid futurum eſt.Et propterea nocentiũ pœ/nas legibus inique conſtitutas:ſi homines ad maleficia non ſponte ueniunt:ſed fato trahunt.Cõtra ea Chry ſippus tenuiter multa:& argute diſſerit.Sed omnium fere:quæ ſuper ea re ſcripſit:ſententia huiuſcemodi é. Quanq̃ ita ſit inquit.ut ratione principali quadam neceſſario coacta:atq; connexa ſint fato omnia:ĩgenia ta/men ipſa mentium noſtrarum:perinde ſunt fato obnoxia:ut proprietas eorum eſt ipſa & qualitas. Nam ſi ſunt per naturam primitus ſalubriter:utiliterq; ficta:omnem illam uim:quæ de fato extrinſecus ingruit:in offenſius:tractabiliuſq; tranſmittunt.Sin uero ſunt aſpera:& iſcita:& rudia:nulliſq; artium bonarum admi niculis fulta:& ſi paruo ſiue nullo fatalis incommodi conflictu urgeantur:ſua tamen leuitate: & uoluntario impetu in aſſidua delicta:& in errores ruunt.Idq; ipſum ut ea ratiõe fiat:naturalis illa:& neceſſaria rerum cõ ſequentia efficit:quæ fatum uocatur.Eſt enim genere ipſo:quaſi fatale:& conſequens:ut mala ingenia pecca tis:& erroribus non uacent.Huius deinde rei exemplo non hercle nimis aliene:neq; illepide utitur.Sicut in/quit lapidem cylindrum ſi per ſpatia terræ prona:atq; diruta iacias:cauſam quidem ei:& initium præcipitã/tiæ feceris:mox tamẽ ille præceps uoluitur:non quia tu id iam facis:ſed quoniam ita ſeſe modus eius & for/mæ uolubilitas habet.Sic ordo & ratio & neceſſitas fati:genera ipſa:& principia cauſarum mouet. Impetus uero conſiliorum:mentiumq; noſtrarum actioneſq; ipſas:uoluntas cuiuſq; propria : & animorum ingenia moderantur.Infert deinde uerba hæc iis:quæ dixi congruentia διοὐπο των πυθαγορειων οὕτοσιρὴ ται. γνωσει δαιμονασ ἀυθαιρετα πηματ ἐχοντασ ωσ των βλαβων εκαστοισ παραντοισ γινομενων: και καθορμὴν αὐτων αμαρτανοντε και βλαπτομενων και κατα την αὐτων διανοιαν και προθε/σιν. Ideſt quamobrem a Pythagoreis ſic dicitur, Noſces homines ſpontaneas haurire calamitates : qua/

si detrimenta singulis a seipsis fiant & suo impetu delinquant.& incommoda ruant sua uoluntate atq; ppo/
sito. Propterea negat oportere ferri audiriq; homines aut nequam:aut ignauos:& nocentes:& audaces:qui
quũ in culpa:& maleficio reuicti sunt:pfugiunt ad fati necessitatẽ:tanq; in aliquod fani asylũ: & quæ pessime
fecerunt:ea non suæ temeritati:sed fato esse attribuenda dicunt.Primus autem homo sapientissimus & an/
tiquissimus poetarum dixit in hisce uersibus.

ὦ πόποι.οἷον ἄυθεόισ βρότοι ὰι Τιοώνται: Hei mihi quid damnant mortales numina cæli:
ἐξ ἠμεών γὰρ φασι κακὲω μὲναι.ἠδε καὶ αυτόυσ. Esse aiunt etenim per nos mala.cum tamen ipsis.
σφισὶν ατάθαλίησιν.υπὲρ μόρον.ἀλγε᾽ ἐχοῦσιν. Vecordi præter fatum sint mente dolores.

Itaq;.M.Cicero in libro quem de fato scripsit:quũ quæstionẽ istam diceret obscurissimã esse & iplicatissi
mam:Chrysippũ quoq; philosophum non expedisse se in ea refert his uerbis.Chrysippus æstuãs laboransq;
quonam pacto explicet:& fato omnia fieri:& esse aliquid in nobis intricatur hoc modo.

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente iusitatæ longitudinis. Caput III.

TVbero in historiis scriptum reliquit:bello primo punico Attilium Regulum consulem in Afri/
ca castris apud Bragadam flumẽ positis:prœliũ grãde.atq; acre fecisse aduersus unũ serpẽtẽ ĩ illis
locis stabulantẽ iusitatæ ĩmanitatis.Eũq; magna totius exercitus cõflictiõe balistis:atq; catapul/
tis diu oppugnatũ.Eiusq; iterfecti longũ coriũ pedes centũ:& uiginti:Romã misisse.

Quid idẽ Tubero nouæ historiæ de Attilio Regulo a Carthaginẽsibus capto mẽoriæ mãdauerit. Quid etiã Tuditanus sup eodẽ Regulo scripserit. Caput IIII.

QVod satis celebre de Attilio Regulo:id nuprime legimus scriptũ ĩ Tuditani libris : Regulũ captũ
ad ea quæ in senatu Romæ dixit:suadens ne captiui cum Carthaginẽsibus pmutarent : id quoq;
addidisse : uenenũ sibi carthaginẽses dedisse:nõ pẽtaneũ:sed eius modi q; mortẽ ĩ diẽ proferret:
eo consilio:ut uiueret quidẽ tantisper:quoad fieret permutatio.Post autẽ grassante sensim ueneno
cor tabesceret.Eundẽ uero Regulũ Tubero in historiis rediisse carthaginẽ:nouisq; exẽplorũ modis excrucia
tum a pœnis dicit,In atras inquit & profundissimas tenebras eũ claudebant:ac diũ post:ubi erat uisus sol ar/
dentissimus:repente educebant:& aduersus ictus solis oppositũ continebant.Atq; intendere in cælũ oculos
cogebant.Palpebras quoq; eius:ne cõniuere posset:sursum ac deorsum diductas insuebant. Tuditanus autẽ
somno diu prohibitum:atq; ita uita priuatum refert.Idq; ubi romæ cognitum est:nobilissimos pœnorum
captiuos liberis Reguli a senatu deditos:& ab iis in armario muricibus præfixo destitutos:eadẽq; insomnia
cruciatos interisse.

Quod Alphenus iurisconsultus in uerbis ueteribus interpretandis errauit. Caput V.

ALphenus iurisc5sultus:Ser.Sulpitii discipulus:rerũq; atticarũ nõ incuriosus:in libro digestorum
xxx.&.iiii.Cõiectaneorũ autẽ secundo in fœdere inquit:quod inter populũ ro. & carthaginẽses fa
ctũ : & scriptũ inuenit:ut carthaginẽses quot annis populo ro.darẽt certũ põdus argẽti puri puti:
q̃sitũ est quid esset argentũ purũ putũ. Respõdi ego inquit:purũ putũ ualde purũ : sicut nouum
nouitiũ dicimus:& propriũ propritiũ augere atq; intẽdere uolẽtes noui atq; proprii significatio/
nem.Hoc ubi legimus mirabamur eandẽ affinitatẽ uisam esse Alpheno puri & puti:quæ sit noui & nouitii.
Nam si esset puritiũ tum sane uideretur dici:quasi nouitiũ.id etiã mirũ fuit:quod nouitiũ per augẽdi figurã
dictũ existimauit:quũ sit nouitiũ:nõ quod magis nouũ sit:sed quod a nouo dictũ:ĩclinatũq; sit.Is ergo assen
timus:qui putũ esse dicũt a putando dictũ:& ob eã causam prima syllaba breui ꝓnunciant nõ longa:uti exi/
stimasse Alphenũ uidet:qui a puro id esse factũ scripsit.Putare autẽ ueteres dixerunt uacãtia ex quaq; re : ac
nõ necessaria:aut etiã obstãtia & aliena auferre & excidere:& quod esset utile:ac sine uitio uideret relinquere
Sic nãq; arbores & uites:& sic etiã rõnes putari dictum.Verbũ autem ipsum puto:quod declarãdæ sentẽtiæ
nostræ causa dicimus:non signat ꝓfecto aliud : q̃ id agere nos in re dubia obscuraq; : ut decisis amputatisq;
opinionibus:quod uideat esse uerũ:& integrũ:& incorruptũ retineamus.Argentũ ergo in carthaginẽsi fœ/
dere putũ eẽ dictũ:quasi exputatũ excoctũq;:omniq; aliena materia carẽs:oĩbusq; ex eo uitiis detractis:ema/
culatũ:& cãdefactũ.Scriptũ est autẽ purũ putũ:nõ in carthaginensi solũ fœdere : sed quũ in multis aliis uete/
rum libris.tũ etiam in.Q.Ennii tragœdia:quæ inscribit Alexander:& in satyra.M.Varronis quæ inscripta
est:Δὶσ Τειλέσ οἱγερόντεσ:ideſt bis pueri senes.

Temere ineptecq; reprehẽsum esse a Iulio Higino Virgiliũ:q; præpetes dædali pẽnas dixerit : atq; ibi quid
sint aues præpetes.Et quid illæ sint aues:quas Nigidius inferas appellauit. Caput VI.

DAedalus:ut fama est:fugiens minoia regna Præpetibus pennis ausus se credere cælo
Insuetũ per iter gelidos enauit ad arctos. In his Virgilii uersibus reprehendit Higinus præpeti/
bus pẽnis quasi ĩproprie & inscite dictũ.Nam præpetes inquit aues ab auguribus appellant:quæ
aut opportunæ præuolãt:aut idoneas sedes capiũt.Nõ apte igitur usum uerbo augurali existima
uit in Dædali uolatu nihil ad augurum disciplinam pertinente. Sed Higinus mjnus hercle ine/
ptus est:cum quid præpetes essent se scire ratus est.Virgilium autem : & Trimatium doctum uirum igno/
rasse : qui in secũdo iliadis uictoriam uolucrem præpetem appellauit in hoc uersu: Dum dat uincenti præ
pes uictoria palmam.Cur autem nõ.Q.quoq; Ennium reprehendit? qui in annalibus nõ ut Virgilius pen/
nas Dædali præpetes:sed longe diuersius inquit.Brundusium pulchro præcinctũ præpete portu.Et si uim
potius naturãq; uerbi consideraſſet:neq; id solum : quod augures dicerent inspexissent:ueniam prorsus poe/
tis daret similitudine & translatione uerborum non significatione utentibus.nam quoniam non ipse tan/
tum aues:quæ prosperius præuolant:sed etiã loci quos capiunt:q; idonei:fœliceſq; sunt:præpetes appellan/

tur. Iccirco Dædali pennas præpetes dixit:quoniam ex locis in quibus periculum metuebat:in loca tutiora peruenerat.Locos porro præpetes & augures appellant.& Ennius in annaliū primo dixit.

Præpetibus hilares ſeſe:pulchriſq; locis dant. Auibus autē præpetibus cōtrarias auis inferas appellari Nigidius figulus in libro primo augurii priuati ita dicit:Diſcrepat dextra ſiniſtræ:præpetibus inferæ.Ex quo ē cōiectare præpetes appellatas:quæ altius ſublimiuſq; uolitēt:quū differre a præpetibus Nigidius inferas dixerit.Adoleſcens ego romæ tum cū etiā ad grāmaticos itarē audiui Apollinarē Sulpitiū:quē in primis ſectabar:quū de iure augurio quærereť:& mentio præpetū auiū facta eſſet: e.L.claro præfecto urbis dicere præpetes ſibi uideri eſſe alites:quas Homerus τανυπτερύγας:ideſt exporrectas paſſaſq; & protenſas habētes alas appellauerit.Quoniā iſtas potiſſimū augures ſpectarent:quæ ingentibus alis patulæ:atq; porrectæ præuolarent:atq; ibi hos Homeri uerſus dixit.

Τύνη δοί ϖνοίσι τανυπτερύγεσι κέλευείς — Me tu præpetibus parere uolucribus ipſum
ϖειθεσθαι τῶν ουτι μετατρεπομου δαλεγίζω — Mandas:quas equidem tēnoq;:animoq; recuſo.

De Acca Larentia:& Caia Tarratia:deq; origine ſacerdotii fratrū Arualium. Caput VII.

ACcæ Larētiæ:& Caiæ Tarratiæ:ſiue illa ſuffetia eſt nomina in antiquis annalibus celebria ſunt.Earum alteræ poſt mortē. Tarratiæ autē uiuæ ampliſſimi honores a populo ro.habiti: & Tarratiā quidem uirginē Veſtæ fuiſſe lex horatia teſtis eſt: quæ ſuper ea ad populū lata:qua ei plurimi honores fiūt. Inter quos ius quoq; teſtimonii dicēdi tribuiť. Teſtabiliſq; una omniū fœminarū ut ſit datur.Id uerbū eſt ipſius legis horatiæ.Cōtrariū eſt in.xii.tabulis ſcriptū.Improbus inteſtabiliſq; eſto.Præterea ſi.lx.annos nata ſacerdotio abire:ac nubere uoluiſſet ius ei poteſtaſq; exaugurādi:atq; nubendi facta eſt:munificētiæ & beneficii gratia: q; campū tiberinū:ſiue martiū popu.ro.condonaſſet.Sed Acca Larentia corpus in uulgus dabat:pecuniāq; emeruerat ex eo quæſtu uberem ea teſtamento:ut in Antiatis hiſtoria ſcriptū eſt:Romulū regē:ut quidā autē alii tradiderunt:popu.ro.bonis ſuis hæredē fecit.Ob id meritum a flamine quirinali ſacrificiū ei pubice fit: & dies ī nomine eius inſaſtos additus. Sed Sabinus Maſſurius in primo memoraliū ſecutus quoſdā hiſtoriæ ſcriptores:Accam larentiā Romuli nutricem fuiſſe dicit Ea inquit mulier ex.xii.filiis maribus unū morte amiſit. In illius locū Romulus Accæ Larētiæ ſeſe filiū dedit.Seq; & cæteros eius filios fratres aruales appellauit. Ex eo tempore collegium manſit fratrum arualiū numero.xii.cuius ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona.& albæ infulæ.

De Alexandro:& de.P.Scipione memoratu digna. Caput VIII.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ græcus homo: qui ϖουίστωρ: ideſt multiſcius eſt appellatus : facili atq; alacri facundia fuit.Is quū de Alexādri regis laudibus ſcriberet : uicti inquit hoſtis uxorē facie inclyta mulierem uetuit in cōſpectū ſuū deduci:ut eam ne oculis ſuis quidē contingeret.Lepida igitur quæſtio agitari poteſt:utrū uideri cōtinentioré par ſit.P.ne africanū ſuperioré: qui carthagine ampla ciuitate in hiſpania expugnata:uirginē tempeſtiuā:forma egregia:nobilis uiri hiſpani filiā captā:productāq; ad ſe patri inuiolatā reddidit:an regē Alexandrū:qui Darii regis uxorē:eandēq; eiuſdem ſororē prælio magno captam:quā eſſe audiebat exuperanti forma uidere noluit,perduciq; ad ſeſe prohibuit. Sed hanc utrāq; declamatiunculā ſuper Alexandro:& Scipione celebrauerint:qbus abunde ingenii:& ocii : & uerboꝝ eſt.Nos ſatis habebimus:qđ ex hiſtoria eſt:id dicere.Scipionē iſtū:& uero ne an falſo ĩcertū fama tamē quū eēt adoleſcēs haud ſincera fuiſſe: & ꝓpemodū cōſtitiſſe hoſce uerſus a Cn.Neuio poeta in eū ſcriptos ēē. Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſe, Cuius facta uiua nunc uigent:qui apud gentis ſolus. Præſtat:eū ſuus pater cū pallio una ab amica abduxit.His ergo uerſibus credo adductum Valeriū antiatem aduerſus omnis cæteros ſcriptores de Scipionis moribus ſenſiſſe: & eam puellam captiuam non redditam patri ſcripſiſſe:contra quam nos ſupra diximus:ſed retentam a ſcipione : atq; in delitiis : amoribuſque abeo uſurpatam.

Locus exēptus ex annalibus.L. Piſonis hiſtoriæ & orationis lepidiſſimæ. Caput IX.

QVod res uidebať mēoratu digna:quā feciſſe:Gn.Flauiū Annii filiū ædilē curulē.L.Piſo. in tertio ānali ſcripſit.Eaq; res p quā pure:& uenuſte narrata a Piſone:locū iſtū totū huc ex Piſonis annali trāſpoſuimus.Cn.ĩqt Flauius pře libertino natus ſcriptū faciebat.Iſq; ĩ eo tpe ædili curruli appare bat:quo tpe ædiles ſubrogāť.Eūq; p tribu ædilē curulē renūciauerť. Ac ædilis: q comitia hēbat: negat accipe.Neq; ſibi placere:q ſcriptū faceret:eum ædilē fieri.C. Flauius Annii filius diciť tabulas poſuiſſe:ſcriptu ſeſe abdicaſſe.Iſq; ædilis curulis factus eſt.Idē Cn.Flauius Annii filius diciť ad collegam ueniſſe uiſere ægrotū & in cōclaue poſtq; introiuit adoleſcētes ibi cōplures nobiles ſedebāt.Ii cōtēnētes eum aſſurgere ei nemo uoluit.Cn.Flauius Annii filius ædilis id arriſit.Sellā curulē iuſſit ſibi afferri. Eā in limie appoſuit:ne qs illoꝝ exire poſſet.Vtiq; ii omnes inuiti uiderent ſeſe in ſella curruli ſedentem.

Hiſtoria ſup Euclide ſocratico:cuius exemplo Taurus philoſophus adhortari adoleſcentis ſuos ſolitus ē: ad philoſophiā gnauiter ſectandam. Caput X.

PHiloſophus Taurus uir memoria noſtra in diſciplina platonica celebratus: cū aliis bonis multis ſalubribuſq; exemplis hortabatur ad philoſophiam capeſſendam: tum uel maxime iſta re anios iuuenū expergebat:Euclidē quā dicebat ſocraticū factitauiſſe.Decreto inqt ſuo athenienſes cauerant:ut qui megaris ciuis eſſet ſi intuliſſet athenas pedē prehenſus eſſet:ut ea res ei homini capitalis eſſet.Tanto atheniēſes inqt odio flagrabant finitimoꝝ hoīum megarenſiū.Tū Euclides:qui īdidem megaris erat:qq; ēt ante id decretū:& eē athenis:& audire Socratē cōſueuerat:poſtq; id decretū ſanxerūt:ſub noctē:priuſq; aduēſpaſceret:tunica lōga muliebri īdutus:& pallio uerſicolore amictus : & caput & ora uelatus

e domo ſua megaris athenas ad ſocratem commeabat:ut uel noctis aliquo tempore cõſiliorũ:ſermonumq; eius fieret particeps.Rurſuſq; ſub lucẽ milia paſſuũ paulo amplius uigiti eadem ueſte illa ĩtectus redibat.At nunc iquit uidere eſt philoſophos ultro currere:ut doceant:ad fores iuuenum diuitum.eoſq; ibi ſedere:atq; opperiri prope ad meridiem:donec diſcipuli nocturnum omne uinum edormiant.

Verba ex oratione.Q.Metelli Numidici:quæ libuit meminiſſe ad officium grauitatis dignitatiſq; uitæ decentia. Caput XI.

QVm inquinatiſſimis hominibus non eſſe conuitio decertãdum:neq; maledictis aduerſus impudentis & improbos uelitandũ:quia tãtiſper ſimilis & compar eorum fias:dum paria & conſimilia dicas:atq; audias:non minus ex oratione.Q.Metelli Numidici ſapientis uiri cognoſci poteſt:q̃ ex libris & diſciplinis philoſophorum. Verba ſunt hæc Metelli aduerſus.Cn.Manliũ tri.ple.a quo apud populum in concione laceſſitus:iactatuſq; fuerat dictis petulantibus.Nunc quod ad illum attinet quirites:quoniam ſe ampliorem putat eſſe:ſi ſe mihi inimicum dictauerit:quem ego mihi neq; amicum recipio:neq; inimicum reſpuo: in eum ego nõ ſum plura dicturus.Nam eum ĩdigniſſimum arbitror cui a uiris bonis benedicatur.Tum ne idoneum q̃dem cui a probis maledicatur.Nam ſi in eo tempore huiuſcemodi homunculum nomines:in quo punire non poſſis:maiore honore:q̃ contumelia afficias.

Quod neq; teſtamentũ ſicuti Seruius Sulpitius exiſtimauit: neq; ſacellũ ſicuti Trebatius:duplicia uerba ſunt:ſed a teſtatione alterum productum:alterum a ſacro diminutum. Caput XII.

SEruius Sulpitius iureconſultus uir ætatis ſuæ doctiſſimus:in libro de ſacris deteſtandis ſecundo qua rõne adductus teſtamẽtũ uerbũ eſſe duplex ſcripſerit nõ reperio. Nã cõpoſitũ dixit a mentis conteſtatõe.Quid igitur calciamẽtũ?q̃d paludamentũ?q̃d pauimẽtũ?q̃d ueſtimentũ?q̃d alia mille per huiuſcemodi formã producta?Etiam ne iſta oĩa compoſita dicemus? Obrepſiſſe aũt uidet Seruio:uel ſiquis alius eſt:qui id prior dixit:falſa quidem:ſed non abhorrens: neq; inconcinna:quaſi mentis quædam in hoc uocabulo ſignificatio:ſicut hercle.C.quoq; Trebatio eadem concinnitas obrepſit.Nam in libro de religionibus ſecundo:Sacellum eſt inquit locus paruus deo ſacratus cũ ara.Deinde addit uerba hæc: Sacellũ ex duobus uerbis arbitrõr cõpoſitũ:ſacri:& cellæ:quaſi ſacra cella.Hoc quidẽ ſcripſit Trebatius. Sed q̃ſignorat ſacellũ:& ſimplex uerbũ eſſe?& nõ ex ſacro & cella cõpoſitũ:ſed ex ſacro diminutum?

De quæſtiũculis apud Taurũ philoſophũ in cõuiuio agitatis:q̃ ſympoſicæ uocant. Caput XIII.

ACtitatum hoc Athenis:obſeruatũq; eſt ab iis:qui erant philoſopho Tauro iunctiores:quum domum ſuam nos uocaret:ne omnino (ut dicitur) ĩmunes: & aſymboli ueniremus : cõiectabamus ad cœnulã:non cupedias ciborum : ſed argutias quæſtionũ. Vnuſquiſq; igitur noſtrum cõmentus paratuſq; ibat:quod quæreret. Eratq; initium loquendi edundi finis. Quærebantur autem non grauia:nec reuerenda:ſed ἐνθύμηματα:ideſt argutiolæ:quædam lepida:& minuta: & florẽtem uino animum laceſſentia.Quale hoc ferme eſt ſubtilitatis ludicræ quod dicam. Quæſitum eſt quãdo moriens moreretur?quum iam in morte eſſet:an tum etiam quũ in uita foret.Et quando ſurgens ſurgeret quũ iam ſtaret?an tum etiam quũ ſederet?Et qui artem diſceret:quãdo artifex fieret?cũ iam eſſet:an tũ quũ etiam nõ eſſet.Vtrum enim horũ dicas abſurde:atq; ridiculoſe dixeris:multoq; abſurdius uidebitur : ſi aut utrũq; eſſe dicas:aut neutrũ.Sed ea omnia:quũ captiones eſſe quidam futiles:& inanes dicerent.Nolite inqt Taurus hæc:quaſi nugarũ aliquẽ ludum aſpernari. Grauiſſimi philoſophorum ſuper hac re ſerio quæſierunt.Et alii moriẽdi uerbum : atq; momentum:manente adhuc uita dici atq; fieri putauerunt.Alii nihil in eo tempore uitæ reliquerũt.Totũq; illud:quod mori dicitur : morti uindicauerunt. Item de cæteris ſimilibus in diuerſa tempora:& in contrarias ſententias diſceſſerunt.Sed Plato inquit noſter:neq; uitæ id tempus neq; morti dedit. Idemq; in omni conſimilium rerũ diſceptatione fecit. Vidit quippe utrũq; eſſe pugnans: neq; poſſe ex duobus contrariis:altero manente:alterum conſtitui. Quæſtionẽq; fieri per diuerſorum iter ſe finium:mortis & uitæ cohærentiã:& iccirco peperit ipſe:expreſſit aliud quoddam nouũ in confinio tempus:quod uerbis propriis atq; integris Τηνεξαιφνης φύσιν:ideſt repentinam naturam appellauit.Idipſum ita uti dico: inquit in libro cui παρωιδηδας titulus eſt : ſcriptum ab eo reperietis Τοιγαρ εξαιφνης τοιουτοντι σοι κεφαλαιωσειν.ως εγκειμουμε Ταβαλλονε ισετερον:ideſt repẽte enim tale uidetur quippiam ſignificare: quod in alterum tranſeat.Talia apud Taurum ſymbola:& alia quæ erant ſecundarum menſarum:ut ipſe dicere ſolitus erat προγημαστα:ideſt bellaria.

Puniendis peccatis tris eſſe rationes a philoſophis attributas.Et quamobrem Plato duarum ex iis memi nerit. Caput XIIII

VNiendis peccatis tris eſſe debere cauſas exiſtimatum eſt.Vna eſt cauſa quæ νουθεσια:ideſt cõmonitio uel κολασις animaduerſio ſcilicet & punitio: uel παραινεσις : ideſt monitio & ſtatutio: quum pœna adhibetur caſtigandi atq; emendandi gratia:ut is q̃ fortuito deliquit:attentior fiat: correctiorq;.Altera eſt:quã ii qui uocabula iſta rurioſius diuiſerunt τιμωριαν appellant:ideſt pœnã.Ea cauſa aĩadnertẽdi eſt:quũ dignitas:auctoritaſq; eius:in quẽ eſt peccatũ:tuẽda eſt:ne p̃termiſſa aĩaduerſio:cõtẽptũ eius pariat:& honorẽ leuet.Iccircoq; id ei uocabulũ a cõſeruatione honoris factũ putãt.Tertia rõ uindicandi eſt quæ παραλιγμα.i.exẽplũ a græcis noĩatur:quũ punitio ꝓpter exemplũ neceſſaria ut cæteri a ſimilibus peccatis:quæ ꝓhiberi publicitus intereſt:metu cognitæ pœnæ deterreant.Iccirco ueteres quoq; noſtri exẽpla : pro maximis grauiſſimiſq; pœnis dicebant. Quãdo igitur aut ſpes magna eſt:ut is qui peccauit citra pœnã:ut ipſe ſeſe ultro corrigat:& ſpes contra nulla eſt emendari eũ poſſe:& corrigi : aut iacturam dignitatis eius:in quẽ peccatũ eſt:metui nõ neceſſe eſt aut nõ id peccatum eſt cuius exemplo neceſſario metu

ſanciendum ſit. Tum quicquid ita delictum eſt: non ſane dignum imponendæ pœnæ: ſtudium uiſum eſt. Has tris ulciſcendi rationes: & philoſophi alii plurifariam: & noſter Taurus in primo commentariorum: quos in Gorgiam Platonis cõpoſuit: ſcriptas reliquit. Plato auté ipſe uerbis apertis duas ſolas eſſe puniendi cauſas dicit. Vnã quã primo in loco ꝓpter corrigendũ: alterã quã in tertio: ꝓpter exempli metũ poſuimus. uerba ſunt hæc Platonis in Gorgia. προσικει δε παντι τω μεν τιμωρουμενω υταλλου ορθως τιμωρουμενου. βελτιον γινεσθαι. και ονινασθαι ἡ παραδειγμα αλλοισ γινεσθαι ινα αλλοι ορωντεσ παυσονται φοβουμενοι βελτιουσ γινωνται: ideſt auté cõueniens: ut qui plectitur ab alio recte puniente melior fiat: & utilitatẽ capiat. Aut exemplo cæteris ſit quo uidẽtes alii male affectũ præ metu rẽddant meliores. In hiſce uerbis facile intelligas τιμωριαν. i. ultionẽ & pœnã Platonem dixiſſe: nõ ut ſupra ſcripſi quoſdam dicere: ſed ita ut promiſcue dici ſolet pro omni punitione. An ne autem quaſi omnino paruam: & contemptu dignam præterierit pœnæ ſumendæ cauſam: propter tuendam læſi hominis auctoritatem: an magis: quaſi ei: quam dicebat: rei non neceſſariam prætermiſerit: quum de pœnis non in uita: neq; inter homines: ſed poſt uitæ tẽpus capiendis ſcriberet: ego in mediũ relinquo.

De uerbo quieſco: an e littera corripi: an produci debeat. Caput XV.

AMicus noſter homo multi ſtudii: atq; in bonarũ diſciplinarũ opere frequẽs uerbũ quieſcit uſurpare e littera correpta dixit. Alter itẽ amicus: homo in doctrinis: q̃ſi in præſtigiis mirificus: cõmunemq; uocũ reſpuens nimis: & faſtidiẽs barbare eũ dixiſſe opinatus eſt: quoniã ꝓducere debuiſſet: nõ corripere. Nam quieſcit ita oportere dici prædicauit: ut caleſcit: niteſcit: ſtupeſcit: atq; alia huiuſcemodi multa id etiam addebat: q̃ quies e producto: nõ breui diceretur. noſter autem: qua eſt omniũ rerum uerecundia: mediocritate: ne ſi helii quidẽ cincii: & ſatyri dicendũ ita cenſuiſſent: obſecuturũ ſeſe fuiſſe ait: contra perpetuã latinæ linguæ conſuetudinẽ. Neq; ſe tam inſignite locuturũ: abſona aut inaudita: ut diceret. Litteras auté ſuper hac re fecit inter hæc exercitia quædã ludicra. Et quieſco non eſſe his ſimile: quæ ſupra poſui: nec a quiete dictũ: ſed ab eo quieté. Græcæq; uocis εσχον και εσχον ionice a uerbo εχω ισχω: & modũ & originẽ uerbũ iſtud habere demõſtrauit. Rõnibuſq; haud ſane frigidis docuit quieſco e littera longa dici nõ cõuenire: ut diceret eiuſmodi quiſpiã qui tumultuariis: & modicis linguæ exercitationibus ad famã ſe facũdiæ permiſerat: neq; orationis latinæ modos: uſurpationeſue ullas didicerat.

Notum uerbum deprecor a poeta Catullo inuſitate quidẽ: ſed apte poſitum: & proprie deq; ratione eius uerbi: exemplisq; ueterum ſcriptorum. Caput XVI.

VVum in lycio forte ueſpera ambularemus: uir quidã ludo ibi nobis & uoluptati fuit. Nam quũ eẽt uerbũ deprecor doctiuſcule poſitũ in Catulli carmine: qa id ignorabat: frigidiſſimos uerſus eẽ dicebat: omniũ quidẽ meo iudicio uenuſtiſſimos: quos ſubſcripſi.

Leſbia mi dicit ſemper male: nec tacet unq̃ De me: diſpeream: me niſi Leſbia amat.
Cui ego q̃ſi eadẽ totidẽ mox deprecor illi Aſſidue, uerũ diſpeream niſi amo.

Deprecor hoc in loco uir bonus ita dictum eſſe putat: ut plerũq; a uulgo dicitur: quod ſignificat ualde precor: & oro: & ſupplico: in quo de præpoſitio ad augendum & cumulandum ualet. Quod ſi ita eſſet: frigidiſſime uerſus forent. Nunc enim cõtra omnino eſt. Nam de præpoſitio: quoniam eſt anceps: in uno eodẽq; uerbo diuerſitatem ſignificationis capit. Sic enim deprecor a Catullo dictum eſt: quaſi deteſtor: uel execror: uel depello: uel abominor. Contra autem ualet: quum Cicero pro. P. Sylla ita dicit. Quã multorum hic uitam a Sylla deprecatus eſt. Itẽ in diſſuaſione legis agrariæ. Siquid deliquero: nullæ ſunt uirgines: quæ me a uobis deprecent. Sed neq; ſolus Catullus: ita iſto uerbo uſus eſt. Pleni adeo ſunt libri ueterũ ſimilis in hoc uerbo ſignificatiõis. Ex qbus unũ & alterũ: quæ ſuppetierãt appoſui. Q. Ennius in Eritheo nõ lõge ſecus dixit: q̃ Catullus. Quibus nunc inquit ærũna mea libertatem paro? Quibus ſeruitutẽ mea miſeria deprecor? Significat abigo & amolior: uel prece adhibita: uel quo alio mõ. Itẽ Ennius in creſphõte: Ego quũ meæ uitæ parcam lætũ inimicũ deprecor. Cicero in libro qnto de repu. ita ſcripſit: quod quidẽ eo fuit maius: qa quũ in cauſa pari collegæ eſſent: non modo inuidia pari non erant ſed etiã Claudii inuidiã Gracchi charitas deprecabatur. Hic quoq; item non eſt ualde precabatur: ſed quaſi propulſabat: & defendebat inuidiam. Quod græci propinqua ſignificatione παραι του μαι. ideſt deprecor. ideſt excuſo: euito: dicunt. Item pro. A. Licinio ſimiliter Cicero uerbo iſto utitur. Quid inquit huic homini facias? Nonne concedas interdum: ut excuſationẽ ſummæ ſtultitiæ: ſummæ probitatis odium deprecetur? Item in Verrem actionis ſecundæ prohœmio. Nunc uero quid faciat hortenſius? Auaritiæ ne crimina frugalitatis laude deprecetur? An hominem flagitioſiſſimum: libidinoſiſſimum: nequiſſimũq; defendat? Sic igitur Catullus eadem ſe facere dicit: quæres ueniã: q̃ & male diceret ei palã: reſpueretq;: & recuſaret: deteſtareturq; aſſidue: & tamen eã penitus deperiret.

Quis omnium primus libros publice præbuerit legendos. Quantuſq; numerus fuerit Athenis ante clades perſicas librorum in bibliothecis publicorum. Caput XVII.

LIbros athenis diſciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos: primus poſuiſſe dicitur Piſiſtratus tyrannus. Deinde ſtudioſius accuratiuſq; ipſi Athenienſes auxerunt. Sed omnem illam poſtea librorum copiam Xerxes Athenarum potitus: urbe ipa præter arcem: incenſa abſtulit: aſportauitq; ĩ perſas. Eos Porro libros uniuerſos multis poſt tempeſtatibus Seleucus rex: qui Nicanor appellatus eſt: referendos athenas curauit. Ingens poſtea numerus librorum ĩ ægypto a Ptolemæis regibus: uel conquiſitus: uel confectus eſt: ad milia ferme uoluminum ſeptingenta. Sed ea omnia bello priore Alexandrino: dum diripitur ea ciuitas: non ſponte: neq; opera conſulta: ſed a militibus forte auxiliariis incenſa ſunt.

Auli Gelii noctium Atticarum commentarii. Liber Septimus.

QVod de Olympiade Philippi regis uxore: Alexandri matre in hiſtoria græca ſcriptum eſt: idē de. P. Scipionis quoq; matre: qui prior Africanus appellatus eſt: memoriæ datū eſt. Nā & Cn. Oppius: & Iulius Higinus: aliiq; qui de uita: & rebus Africani ſcripſerūt: matrem eius diu ſterilem exiſtimatam tradunt. P. quoq; Scipionem cū quo nupta erat: liberos deſperauiſſe. Poſtea in cubiculo: atq; ī lecto mulieris: quū abſente marito cubans ſola obdormiſſet: uiſum repente iuxta eā cubare ingentē anguē. Eumq; iis: qui uiderant: territis & clamātibus elapſum inueniri nō quiſſe. Idipſum. P. Scipioné ad aruſpices rettuliſſe. Eos ſacrificio facto reſpōdiſſe: fore ut liberi gignerent. Neq; multis diebus poſtea q̄ ille anguis in lecto uiſus eſt: mulierē cōcepiſſe: concepti fœtus ſigna: atq; ſenſum pati. Exide menſe decimo peperiſſe. Natūq; eſſe hunc. P. Scipioné Africanū: qui Annibalé & carthaginenſes in Africa bello punico ſecūdo uicit. Sed & eum īpendio magis ex rebus geſtis: q̄ ex illo oſtento: uiq; eſſe uirtutis diuinæ creditū eſt. Id ét dicere haud piget: qd̄ idē illi: quos ſupra noīaui: līris mandauerint: Scipioné hunc Africanū ſolitauiſſe noctis extremo: priuſq̄ dilucularet in capitolium uētitare: ac iubere aperiri cellā Iouis. Atq; ibi ſolum diu demorari quaſi conſultanté de repu. cū Ioue Aedituoſq; eius tēpli ſæpe eſſe demiratos: q; ſolum id tēporis in capitoliū ingredienté canes ſemper in alios ſæuiētes neq; latrarent eū: neq; incurrerent. Has uulgi de Scipione opiniones cōfirmare atq; approbare uidebant dicta: factaq; eius pleraq; admirāda. Ex quibus eſt unū huiuſcemodi. Aſſidebat oppugnabatq; oppidum in hiſpania ſitu: mœnibuſq; ac defenſoribus ualidū & munitū. Re etiā cibaria copioſum. Nullaq; eius potiundi ſpes erat. Et quodā die ius in caſtris ſedens dicebat. Atq; ex eo loco id oppidū pcul uidebaſ. Tū e militibus: q in iure apud eum ſtabant: interrogauit quiſpiā ex more in quē diē locumq; uadimoniū promitti iuberet? Et Scipio manū ad ipſam oppidi: qd̄ obſidebaſ: arcē protendēs: perēdie inquit ſeſe ſiſtant illo ī loco. Atq; ita factū. Die tertio: ī quē uadari iuſſerat: oppidū captū eſt. Eodemq; die in arce eius oppidi ius dixit.

De Ceſellii uidicis pudēdo errore: quē offendimus ī libris eius: quos īſcripſit lectionū ātiquarū. Caput II.

VRpe erratum offendimus ī illis celebratiſſimis cōmentariis lectionū antiquarū Ceſellii uindicis. hominis hercle pleraq; haud indiligētis: quod erratum multos fugit: q̄q̄ multa in Ceſellio reprehendendo: etiā per calūnias rimarentur. Scripſit autem Ceſellius. Q. Ennium in. xiii. libro annali um cor dixiſſe maſculīo genere. uerba Ceſellii ſubiecta ſunt: Maſculino genere cor: ut multa alia enunciauit Ennius. Nam in. xiii. annali. quem cor dixit. adſcripſit deinde uerſus Ennii duos.

Annibal audaci dum pectore dehortatur. Ne bellum faciam. quem credidit eſſe meum cor?

Antiochus eſt qui hoc dixit aſiæ rex. Is admiraſ: & permoueſ: q; Annibal carthaginenſis bellum ſe facere popu. ro. uolenté dehorteſ. Hos autem uerſus Ceſellius ſic accipit: tanquam ſi Antiochus ſic dicat: Annibal mene bellum geram: dehortaſ: q; quum facit: æquale cor putat habere me ei: q̄ ſtultum eſſe me credit: quū id mihi perſuadere uult. hoc Ceſellius quidem. ſed aliud longe Ennius. Nam tres uerſus ſunt non duo ad hanc Ennii ſententiam pertinentes. Ex quibus tertium uerſum Ceſellius non reſpexit.

Annibal audaci dum pectore dehortatur. Suaſorem ſummum: & ſtudioſum robore belli.
Ne bellum faciam: quem credidit eſſe meum cor: Horum uerſuum ſenſus: atq; ordo ſic opinor eſt.
Annibal ille audentiſſimus: atq; fortiſſimus quem ego credidi: hoc enim cor meum credidit. perinde atq; diceret: quem ego ſtultus homo credidi fore ſummum ſuaſoré ad belládū: is me dehortaſ: diſſuadetq; ne bellum faciam. Ceſellius aūt forte ῥαθυμοτερον. i. deſidioſius ῥᾳθῡμία. i. iunctura iſta uerborū captus quem cor dictum putauit. & quem accentu acuto legit: quaſi ad cor referreſ non ad Annibalem. Sed non fugit me: ſi aliquis ſit tam inconditus ſic poſſe defendi cor Ceſellii maſculinum. ut uideatur tertius uerſus ſeparatim: atq; diuiſim legendus: perinde quaſi præciſis interruptiſq; uerbis exclamet antiochus: ſuaſorem ſummum. ſed non dignum eſt eis. qui hoc dixerint reſponderi.

Quid Tullius Tyro Ciceronis libertus reprehenderit in. M. Catonis oratione: quam pro rhodienſibus in ſenatu dixit: & quid ad ea: quæ reprehenderat: reſponderimus. Caput III.

CIuitas rhodienſis: & inſulæ opportunitate: & operum nobilitate: & nauigādi ſolertia: naualibuſq; uictoriis celebrata é: ea rhodienſis ciuitas: quum amica: atq; ſocia populi Romani foret: Perſa tamen Philippi filio Macedonum rege: cū quo bellū populo Romano fuit: amico uſa eſt. Cōnixiq; ſunt rhodienſes: legationibus Romā ſæpe miſſis: id bellū inter eos cōponere. Sed ubi iſta pacificatio ppetrari nequit: uerba a pleriſq; rhodiēſibus ī concionibus eorū ad populū facta ſunt. ut ſi pax non fieret: rhodienſes regem aduerſum populum romanum adiutarent. Sed nullum ſuper ea re publicum decretū factū eſt. at ubi Perſes uictus: captuſq; eſt: rhodienſes pertimuere ob ea: quæ cōpluries ī cœtibus populi acta dictaq; erant. Legatoſq; Romā miſerunt: qui temeritaté quorundā popularium ſuorum deprecarenť: & fidem conſiliumq; publicū expurgarét. Legati poſtq̄ Romā uenerunt: & in ſenatum intromiſſi ſunt uerbiſq; ſuppliciter pro cauſa ſua factis: de curia exceſſerūt: ſentētiæ rogari cœptæ: quūq; partim ſenatorū de rhodiēſibus quererenť: maleq; eos animatos fuiſſe dicerent: bellūq; illis faciēdum cenſerent: Tum. M. Cato exurgit: & optimos fidiſſimoſq; ſocios: quorū opibus diripiendis: poſſidendiſq; nō pauci ex ſummatibus uiris intenti infenſiq; erant: defenſum cōſeruatūq; pergit. orationéq; inclytā dicit. Quæ & ſeorſum ferť. Inſcriptaq; eſt: pro rhodiēſibus: & in quinto originū libro ſcripta eſt. Tyro aūt Tullius. M. Ciceronis libertus: ſane qdē fuit ingenio homo elegāti: & haudquaq̄ rerum litterarūq; uetere indoctus. Eoq; ab ineunte ætate liberaliter inſtituto adminiculatore: & quaſi adminiſtratore in ſtudiis litterarum Cicero uſus eſt. Sed profecto plus auſus eſt: q̄ ut tolerari ignoſciq; poſſit. náq; epiſtolam conſcripſit ad. Q. anxium familiarem patroni ſui

confidenter:& nimis callide.In qua ſibimet uiſus eſt orationem iſtam ꝓ rhodiēſibus acri ſubtilicꝙ ingenio:& iudicio percenſuiſſe.Ex ea epiſtola libitū forte nobis eſt reprehenſiones eius quaſdā attingere. maiore.ſ.uenia reprehenſuri Tyronem:q̄ tum ille reprehenderit Catonē.Culpauit autē primū hoc:ꝙ Cato inerudite:& κακάγωγώσ:ideſt ieducate:ut ipſe ait principio nimis iſolenti:nimiſcꝙ acri:& obiurgatorio uſus ſit: cum uereri ſeſe oſtendit:ne patres:gaudio atcꝙ lætitiæ rerum geſtarum proſpere de ſtatu mentis ſuæ deturbati nō ſatis conſiperēt: necꝙ ad recte intelligendum:conſulendūcꝙ eſſent idonei.In principiis autem inquit:patroni qui pro reis dicunt:conciliare ſibi:& complacare iudices debent.Senſuſcꝙ eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos:rigentiſcꝙ honorificis:uerecundiſcꝙ ſententiis commulcere.Non iniuriis:atcꝙ imperioſis comminationibus cōfricare.Ipſum,denicꝙ principium appoſuit:cuius uerba hec ſunt.Scio ſolere pleriſcꝙ hominibus rebus ſecundis:atcꝙ prolixis atcꝙ proſperis:animum excellentem:atcꝙ ſuperbiam: atcꝙ ferocitatem augeſcere: atcꝙ creſcere.quod nunc mihi magnæ curæ eſt:ꝙ hæc res tam ſecundæ proceſſerit: nequid in conſulendo aduerſi eueniat:quod noſtras ſecundas res confricet.Neue hæc lætitia nimis luxurioſe eueniat.Aduerſæ res ſe domant:& docēt quid opus ſit facto.Secūdæ res lætitia trāſuorſum trudere ſolent a recte conſulendo atcꝙ intelligendo.Quo maiore opedico:ſuadeocꝙ uti hæc res aliquot dies ꝓferat:dum ex tanto gaudio in ptātem noſtrā redeamus.Quæ deide Cato iuxta dicit:ea inqt cōfeſſionē faciunt:nō defenſionē:necꝙ ꝓpulſationē:trāſlationemue criminis habēt.ſed cū pluribus aliis cōmunicationē:ꝙ ſcilicet nihil ad purgandum eſt.Atcꝙ etiam inquit inſuper profitetur rhodienſes:qui accuſabantur:ꝙ aduerſus populū Romanū regi magis cupiuerint fauerintcꝙ.Id eos cupiſſe atcꝙ fauiſſe utilitatis ſuæ gratia:nego.Perſa quocꝙ rege uicto:ad ſuperbiam: ferociācꝙ & immodicum modum inſoleſcerent.Eacꝙ ipſa uerba ponit ut infra ſcriptū eſt. Atcꝙ ego qdem arbitror rhodienſes noluiſſe nos ita depugnare:uti depugnatum eſt.Necꝙ Regē Perſen uiciſſe: non rhodienſes modo uoluere:ſed multos populos:ac multas natiōes idem uoluiſſe arbitror.Atcꝙ haud ſcio : an partim eorum fuerint:ꝙ non noſtræ contumeliæ cauſa:id uoluerunt euenire.ſed enim id metuere:ſi nemo eſſet homo:quē uereremur:quicquid liberet:faceremus ne ſub ſolo imperio noſtro in ſeruitute noſtra eſſent : libertatis ſuæ cauſa in ea ſententia fuiſſe arbitror.Atcꝙ rhodienſes tamen Perſen publice nunquā adiuuere.Cogitate quāto nos noſtri natiui cautius facimus.Nam unuſquiſcꝙ noſtrū:ſiquis aduerſus rem ſuā quid fieri arbitrat:ſummā ui cōtra nitit:ne aduerſus illam fiat quod illi tamen perpeſſi.Sed quod ad principium reprehenſum attinet:ſcire oportuit Tyronem:defenſos eſſe rhodiēſes a Catone:ſed ut a ſenatore & conſulari & cenſorio uiro: quod quidem optimū eſſe publicum exiſtimabat ſuadēte:nō ut a patrono ſolet cauſam pro reis dicente.Alia nācꝙ principia cōducunt reos apud iudices defendēti & clæmentiā:miſericordiamcꝙ undicꝙ indaganti. Alia quū ſenatus de repu.conſulit uiro auctoritate præſtāti:ſentētiis quorundā iniquiſſimis permoto:& pro utilitatibus publicis:ac pro ſalute ſociorum grauiter & libere indignanti ſimul:ac dolenti. Quippe recte & utiliter in diſciplinis rhetorum præcipitur iudices de capite alieno: decꝙ cauſa ad ſeſe non pertinēti: cognituros ex qua præter officiū iudicādi:nihil ad eos ſimul:periculi uel emolumenti redundaturꝰ eſt: cōciliandos eſſe: ac propiciandos laudabiliter:ac placabiliter:& leniter exiſtimationi ſalutiꝙ eius:qui apud eos accuſatus é. At quum dignitas:& fides:& utilitas omnium cōmunis agitur:ob eamcꝙ rem aut ſuadendum quid:ut fiet:aut fieri iam cœpto:differendum eſt:tum qui ſe in huiuſmodi principiis occupat:ut beniuolos : benignoſcꝙ ſibi auditores paret:ocioſam operam:in nō neceſſariis uerbis ſumit.lādudum enim negocia: periculacꝙ ipſārum rerum communia:conſiliis eos capiendis conciliant.& ipſi potius ſibi expoſcunt conſultoris beniuolētiam. Sed quod ait confeſſum Catonem noluiſſe rhodienſes ita depugnare:uti depugnatum eſt: necꝙ regem Perſen a popu.ro.uinci.atcꝙ id eum dixiſſe non rhodienſis modo:ſed multas quocꝙ alias natiōes uoluiſſe.ſed id nihil ad purgandum:extenuandumue crimen ualere.iam hoc primum Tyro improbe mentitur.Verba ponit Catonis.& aliis tamen eum uerbis calumniatur.Non enim Cato confitetur rhodienſes noluiſſe uictoriā eſſe popu.ro.ſed ſeſe arbitrari dixit:id eos noluiſſe:quod erat proculdubio ſuæ opinionis profeſſio:non rhodienſium culpæ confeſſio.In qua re:ut meum quidem iudicium:non culpa tantum uacat:ſed dignus quocꝙ laude:admirationecꝙ eſt:quū & ingenue:& religioſe dicere uiſus eſt contra rhodienſis quod ſentiebat: & parta ſibi ueritatis fide ipſum illud tamen:quod contrarium putabatur flexit:& tranſtulit:ut eos iccirco uel maxime æquum eſſet acceptiores:carioreſcꝙ fieri populo romano:quod quū & utiles eſſent:& uellent regi eſſe factum:nihil tamen adiuuandi eius gratia fecerint.Poſtea uerba hæc:ex eadem oratione ponit.Ea nūc de repente tanta nos beneficia ultro citrocꝙ tantam amicitiam relinquimus? Quod illos dicimus uoluiſſe facere: id nos priores facere occupabimus? Hoc inquit enthymema neq̄ & uitioſum eſt.reſponderi enim potuit:occupabimus certe.Nam ſi nō occupauerimus:opprimemur:incidendumcꝙ erit inſidias a quibus ante nos nō cauerimus:Recte inquit hoc uitio dat Lucilius poetæ Euripidi:ꝙ quum Polyphōtes rex propterea ſe interfeciſſe fratrem diceret:ꝙ ipſe ante conſilium de nece eius cœpiſſet:Meropa fratris uxor hiſce eum uerbis elu ſerit ει γαρ σε ειμελεν: ὡσ συφὸ κτεἰνειν, ὡσοισ, χρὴ καὶ σε μελλειν ὡσ χρὸνοσ παρηνδηοεν:ideſt nam ſi te occiſurus erat ut tu ais maritus:te quocꝙ occiſurum eſſe oportuit:ut quando tempus interponeretur. At hoc enim inquit plane ſtultitiæ plenum eo conſilio.atcꝙ ea fini facere nolle aliquid:uti nūquā id facias: quod uelis.Sed uidelicet Tyro animum non aduertit non eſſe in omnibus rebus cauendis eandem cauſam: nō humanæ uitæ negocia:& actiōes:& officia:uel occupandi:uel differēdi:uel etiam ulciſcendi:uel cauendi:ſimilia eſſe pugnæ gladiatoriæ.Nam gladiatori compoſito ad pugnandum:pugnæ hæc propoſita ſors ē.aut occidere ſi occupauerit:aut occumbere:ſi ceſſauerit.hominum autem uita nō tam iniquis:necꝙ tam indomitis neceſſitatibus circunſcripta eſt. ut iccirco prior iniuriam facere debeas:quam niſi feceris:pati poſſis.Quod tantum aberat a populi romāi manſuetudine occupare:ut ſæpe iam in ſeſe factas iniurias ulciſci neglexerit.Poſt

deinde usum esse Catonem dicit:in eadem oratione argumentis parum honestis:& nimis audacibus.Ac nō uiri eius:qualis fuit:sed uafris:ac fallacios̄is:& quasi græcorum sophistarum solertiis. Nam quum obiicere/tur inquit rhodiensibus quod bellum populo romano facere uoluissent:negauit pene.Sed ignoſci popoſcit: quia id non feciſſent:& ſi maxime noluiſſent:induxiſſeq; eum dicit:quam dialectici ἐπαγωγὴν: ideſt indu/ctionem appellat.rem admodum inſidioſam:& ſophiſticam:neq; ad ueritates magis: q̄ ad captiones reper/tam:quum conatus ſit exemplis decipientibus colligere:confirmareq; neminem:qui malefacere uoluit ple/cti æquum eſſe:niſi quod factum uoluit etiam fecerit.uerba aūt ex ea oratiōe Marci Catonis hæc ſunt. Qui acerrime aduerſus eos dicit:ita dicit:hoſtis uoluiſſe fieri:& quis eſt tandem noſtrorum: qui quod ad ſe atti/neat:æquum cenſeat quenquā pœnas dare ob eam rem:q; arguatur malefacere uoluiſſe? Nemo opinor. Nā ego quod ad me attinet nolim.Deinde paulo infra dicit. Quid nunc? & quæ tandem lex eſt tam acerba:quæ dicat:Siquis id facere uoluerit:mille nummis:dimidium familiæ mulcta eſto.Siquis plus quingenta iugera habere uoluerit:tanta pœna eſto.Siquis maiorē pecudum numerꝰ habere uoluerit:tantū damni eſto.Atqui nos omnia plura habere uolumus:& id nobis impune eſt.Poſtea ita dicit:ſed ſi honorē non æquum eſt ha/beri ob eam rem:q; benefacere uoluiſſe quis dicit:neq; fecit tantum.Rhodienſibus tale erit: non q; malefece runt ſed quia uoluiſſe dicunt.His argumentis Tyro Tullius.M.Catonē contēdere & conficere dicit:rhodiē/ſibus quoq; impune eſſe debere q; hoſtes quidē popu.roma.eſſe uoluiſſent:& qui maxime nō fuiſſent. Diſſi/mulari autē non poſſe ait:quin paria & confimilia non ſint plus quingēta iugera habere uelle quod plebiſci/to colonis prohibitum fuit:& bellum iniuſtum:atq; impiū popu.ro.facere uelle.neq; itē inficiari poſſe: quin alia cauſa in præmio ſit:alia in pœnis. nam beneficia īquit promiſſa opperiri oportet:neq; ante remunerari: q̄ facta ſint:iniurias autē imminētis præcauiſſe:iuſtū eſt magis:q̄ expectauiſſe. Summa.n.profeſſio ſtultitiæ inquit:nō ire obuiam ſceleribus cogitatis:ſed manere:oppeririq; ut quū admiſſa: & perpetrata fuerint: tum deniq; ubi:quæ facta ſunt:infecta fieri non poſſunt:puniantur.hæc Tyro in Catonē:non minus frigide ſane: q̄ inaniter.ſed.n.Cato nō nudam:nec ſolitariam:nec improtectā hanc ἐπαγωγὴν facit.Sed multis eam mo/dis præfulcit:multiſq; aliis argumentis conuelat.& quia non Rhodienſibus magis q̄ reipubli.conſulebat: ni/hil ſibi dictu:factuq; in eā re turpe duxit:quin omnium ſentētiaꝝ uia ſeruatum ire ſocios niteretur: Ac pri/mum ea non incallide conquiſiuit:quæ non iure naturæ:aut iure gētium fieri prohibētur:ſed iure legum ali cuius medēdæ:aut temporis cauſa iuſſarum:ſicut eſt de numero pecoris:aut de domino agri præfinito: aut eiuſmodi aliquo:in quibus tribus quod prohibitum fieri per leges quidem non licet uelle id tamen facere: ſi liceat:inhoneſtū non ē.Atq; eas res contulit ſehorſum:miſcuitq; cū eo:quod neq; facere:neq; uelle: per ſeſe honeſtum tum deinde ne diſparilitas collationis euidens fieret:pluribus id propugnaculis defenſat.Neq; te/nuis iſtas:& enucleatas uoluntatum in rebus illicitis reprehēſiones:qualia in philoſophorum ocio diſputan/tur:magnificat:ſed id ſolū ex ſumma ope nitit̄:ut cauſa rhodiēſium:quoꝝ amicitiā retineri ex repu.fuit:aut æqua iudicaret:aūt quidē certe ignoſcēda.Atq; iterim: neq; feciſſe rhodiēſes bellū:neq; facere uoluiſſe dicit. Interim aūt facta ſola cēſenda dicit:atq; in iudiciū uocanda:ſed uoluntates nudas:inaniſq;:neq; legibus: neq; pœnis fieri obnoxias.interdū tamē:quaſi deliqſſe eos concedat:ignoſci poſtulat. & ignoſcentias utiles eſſe re bus humanis docet.ac niſi ignoſcant:metus i republica rerum nouaꝝ monet:ſed.n.contra ſi ignoſcatur con ſeruatū iri oſtendit popu. Romani magnitudinem.ſuperbiæ quoq; crimen:quod tunc præter cætera: in ſe/natu Rhodienſibus obiectum erat: mirifica:& prope diuina reſponſionis figura eluſit & eluit. Verba adeo ipſa ponemus Catonis:quoniam Tyro ea prætermiſit.Rhodienſes ſuperbos eſſe aiunt:id obiectantes:quod mihi e liberis meis minime dici uelim.ſint ſane ſuperbi.Quid id ad nos attinet? id ne iraſcimini ſiquis ſup/bior eſt q̄ nos? Nihil prorſus hac compellatione dici poteſt:neq; grauius:neq; munitius aduerſus homines ſuperbiſſimos facta:qui ſuperbiam in ſeſe amarent:in aliis reprehēderent.præterea animaduertere eſt in to ta iſta Catonis oratione: omnia diſciplinarum rhetoricarum arma:atq; ſubſidia mota eſſe.ſed non perinde ut in decurſibus ludicris.aut ſimulacris prœliorum uoluptariis fieri uidemus.Non inquam diſtincte nimis ac compte:atq; modulate res acta eſt.ſed quaſi in ancipiti certamine quū ſparſa acies eſt: multiſq; locis mar/te uario pugnatur:ſic in iſta tum cauſa Cato:quum ſuperbia illa rhodiēſium famoſiſſima multorum odio: atq; inuidia flagraret:omnibus promiſcue tuendi:atq; propugnandi modis uſus eſt.& nunc ut optime me/ritos commendat:nunc tanquam ſi innocentes purgat.& ne bona diuitiæq; eorum expectantur: obiurgat: nunc etiam quaſi ſit erratū deprecatur.nunc ut neceſſarios reipublicæ oſtentat:nunc clæmentiæ:nunc man/ſuetudinis maiorum:nunc utilitatis publicæ commonefacit.eaq; omnia diſtinctius:numeroſiuſq;: ac com/ptius fortaſſe dici potuerint.Fortius atq; uiuidius potuiſſe dici non uidentur.Iniq; igitur Tyro Tullius:qui ex omnibus facultatibus tam opulentæ orationis aptis inter ſeſe:& cohærentibus paruum quippiam nudū q; ſumpſit:quod obtrectaret:tanquam non dignum.M.Catone fuerit:q; delictorum non perpetratoꝝ uo/luntates:non cenſuerit puniendas.Commodius autem erectiuſq; de his meis uerbis:quibus Tul. Tyroni re ſpondi:modo exiſtimabit:iudiciumq; faciet:qui & orationem ipſam Catonis totam acceperit in manus: & epiſtolam Tyronis ad Anxium ſcriptam requirere & legere curauerit. Ita enim nos ſincerius exploratiuſq; uel corrigere poterit:uel probare.

Cuiuſmodi ſeruos:& quā ob cām Celius Sabinus iuris ciuilis auctor pileatos uenūdari ſolitos ſcripſerit. & q̄ mācipia ſub corōa more maioꝝ uenerit atq; idipſum ſub corona qd ſit. Caput IIII.

Ileatos ſeruos uenum ſolitos ire:quorum nomine uenditor nihil præſtaret: Celius ſabinus iuriſ/peritus ſcriptum reliquit.cuius rei cauſam eſſe ait:q; eiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in uendundo deberent:ut emptores errare:& capi non poſſent.neq; lex uēdundi opperiēda eſſet:

ſed oculis iam perciperent:quodnam eſſet mancipiorum genus.ſicuti inquit antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta ueniebant.& iccirco dicebantur ſub coronis uenire.Nam ut ea corona ſignum erat captiuorum uenalium:ita Pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos uenundari:quorum nomine emptori uenditor nihil præſtaret.Eſt autem alia rationis huius opinio:cur dici ſolitum ſit captiuos ſub corona uenundari:q̄ milites cuſtodiæ cauſa:captiuorum uenalium greges circunſtarent:eaq̄ circunſtatio militum corona appellata ſit.Sed id magis uerum eſſe:quod ſupra dixi:Cato quoq̄ in libro:quem cōpoſuit de re militari docet. Verba ſunt hæc Catonis. Vt populus ſua opera potitus ob rem benegeſtā coronatus ſupplicatū eat q̄ re male geſta coronatus ueneat.

Hiſtoria de Polo hiſtrione memoratu digna. Caput. V.

HIſtrio in terra græcia fuit fama celebri:qui geſtus & uocis claritudine:& uenuſtate cæteris anteſtabat.nomē fuiſſe aiunt Polum.tragœdias poetarum nobilium ſcite atq̄ aſſeuerate actitauit.Is Polus unice amatum filium morte amiſit.Cū luctum:quoniam ſatis uiſus eſt luxiſſe:rediit ad quæſtum artis:in eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus:geſtare urnam: quaſi cum Oreſtis oſſibus debebat:ita compoſitum fabulæ argumētum eſt:ut ueluti fratris reliquias ferens Electra complorat commiſereaturq̄ iteritum eius:qui per uim extinctus exiſtimatur.igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus oſſa:atq̄ urnam e ſepulchro tulit filii:& quaſi Oreſtis amplexus oppleuit omnia: nō ſimulacris:neq̄ imitamentis:ſed luctu atq̄ lamentis ueris & ſpirantibus. itaq̄ quum agi fabula uideretur:dolor actitatus eſt.

Quid de quorundam ſenſuum naturali defectione Ariſtoteles ſcripſerit. Caput VI.

SEX quinque ſenſibus:quos animantibus natura tribuit:uiſu:auditu:guſtu : tactu : odoratu ; quos græci αἰσθήσεις : ideſt ſenſus ὄψιν : ideſt uiſum: ἀγοήν: ideſt auditum: γεῦσιν : ideſt guſtum: ὀφήν:ideſt tactum:ὄσφρησιν:ideſt odoratum appellant quædā animalium:alia alio carēt : & aut cæca natura gignuntur:aut inora:inauritaue.nullum autem gigni animal Ariſtoteles dicit: quod aut guſtus ſenſu careat:aut tactus.uerba ex libro eius.qué περι μνήμης: ideſt de memoria cōpoſuit:hæc ſunt. Τὴν δὲ ὀφὴν:καὶ γεῦσιν ποιητὰ ἔχει ἐπι Τῶν ἀτελή ζώων: ideſt tactū uero & guſtum omnia habent : præter q̄ animantium imperfecta.

An afatim quaſi admodum prima acuta pronunciandum ſit,& quædam itidem nō incurioſe tractata ſuper aliarum uocum accentibus. Caput VII.

ANnianus Poeta:præter ingenii amœnitates:litterarum quoq̄ ueterum & rationum in litteris oppido q̄peritus fuit:& ſermocinabatur mira quadam:& ſcita ſuauitate.is afatim : ideſt admodum prima acuta : non media pronunciabat. Atque ita ueteres locutos cenſebat:itaq̄ ſe audiente. Probum grammaticum hos uerſus in Plauti ciſtellaria legiſſe dicit.

Potin es tu homo facinus facere ſtrenuum? Aliorum eſt afatim qui faciant: Sane ego me uolo fortem perhiberi uirum. Cauſamque huic accentui dicebat : q̄ afatim non eſſent duæ partes orationis: ſed utraq̄ pars in unem uocem coaluiſſet:ſicuti in eo quoq̄ quod exaduerſum dicimus:ſecundam ſyllabam debere acui exiſtimabat:quoniam una non duæ eſſent orationis partes. Atq̄ ita oportere apud Terentium legi dicebat:ī his uerſibus.In quo hæc diſcebat ludo exaduerſum loco: tonſtrina erat quæ dā. addebat etiá q̄ ad prouerbiū tum ferme acueret:quū ſignificaret ἐπιτασιν:quam intentioné nos dicimus:ſicuti adfabre:& admodū:& adprobe dicunt.Cætera quidé ſatis cōmode annianus. ſed hāc particulā ad quā ſemper quū intētioné ſignificaret:acui putauit:nō id perpetuū uidet.Nam & adpotus quum dicimus:& adprimus: & adprime intētio in his uerbis demōſtrat:neq̄ tamé ad particula ſatis cōmode accentu acuto pronunciat. Adprobus tamé:quod ſignificat ualde probus nō inficias eo:q̄ prima ſyllaba acui debeat. Cecilius ī comœdia quæ inſcribit triumphus:uocabulo iſto utit.Hierocles hoſpes eſt mihi:adoleſcēs adprobus. Num igitur ī his uocibus:quas nos non acui diximus : ea cauſa eſt: q̄ ſyllaba inſequitur natura longior:quæ non ferme patitur acui priorem:in uocabulis ſyllabarum plurium q̄ duarum.Adprimum autem longe primum. L. Liuius in odyſſea dicit in hoc uerſu. Ibi denicq̄ uir ſummus adprimus patroclus. Idem Liuius in odyſſea præmodum dicit:quaſi admodum.Parceres inquit præmodum. Quod ſignificat ſupramodum: dictumq̄ eſt quaſi prætermodum.in quo ſcilicet prima ſyllaba acui debuit.

Res ſupra fidé habita ſuper amatore delphino:& puero amato. Caput VIII.

DElphinos uenerios eſſe: & amaſios non modo hiſtoriæ ueteres ſed recentes quoq̄ memoriæ declarant. Nam & ſub Cæſaribus ī puteolano mari:ut Appion ſcriptum reliquit:& aliquot ſæculis ante apud naupactū:ut Theophraſtus tradidit:amatores flagrātiſſimi delphinoq̄ quidam cogniti comperti ſunt.Neq̄ ii amauerūt:quod ſunt ipſi genus:ſed pueros forma liberali:ī nauiculis forte:aut in uadis littorū conſpectos miris & humanis modis arſerunt. uerba ſubſcripſi ἀπιθάνοσ eruditi uiri ex ægyptiacoq̄ libro quinto:quibus delphini amātis & pueri nō abhorrentis conſuetudines: luſus:geſtatiōes:aurigationes refert.eaq̄ omnia ſeſe ipſum:multoſq̄ alios uidiſſe dicit.καὶ αὐτὸσ Δοῦναὶδον περὶ Δικαιαρχειαν Δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸσ καὶ πρὸσ παιδικὴν ἐπτοημένον φωνήν.αταρ οὖν καὶ πρὸσ νηχομένοσ ὁ ἰχθὺσ.ἀνεδέχετο τὸν παιδα ἐπι Τῶν νώτων.καὶ τασ ἀκανθασ περιζέλλων ἵνα μὴ τὸν πόθουμενον χρωτα ἀμυξείσ καὶ ἱππαδον περὶ βεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνήγε ζαδίων ἐξεχειτο δὲ ἡ ρωμη καὶ πασα ἡ ἰταλία θεασασθαι ἰχθὺν νηχομενον ὑποέρωτοσ: ideſt.& quidē nos uidimus apud puteolos delphinum amantem mire puerę:inclamatū a puero acciri.Annatās itaq̄ & pennæ aculeos uelut uagina condēs:ne dilectum ſibi corpus laceraret:præbebat aſcenſuro dorſum:receptūq̄ equitis modo ſidenté

per magnũ æquor ad triginta fere paſſuũ milia deferebat. Roma igit̃: omniſq; italia eo cõfluebat: ut piſcem per amorẽ ueneriũ uehentem pueꝝ aſpectaret. Ad hæc adiicit rẽ non minus mirandã. Poſtea ĩquit idem ille puer delphino amœnus morbo affectus obiit ſuũ diẽ. At ille amans: ubi ſæpe ad littus ſolitũ annauit: & puer qui ĩ primo uado aduentũ eius operiri cõſueuerat nuſq; fuit: deſiderio tabuit, exanimatuſq; eſt: & ĩ littore iacens inuẽtus ab iis: qui rẽ cognouerant: ĩ ſui pueri ſepulchro humatus eſt.

Pepoſci memordi: pepugi: ſpepondi: & occecurri: pleroſq; ueteꝝ dixiſſe: non uti poſtea receptum eſt dicere: per o aut per u litterã in prima ſyllaba poſitã: ſed per e. atq; adeo græcæ ratiõis exẽplo dixiſſe. Præterea notatũq; uiri nõ ĩdocti: neq; ignobiles a uerbo deſcẽdo non deſcẽdi: ſed deſcẽdidi dixerũt. Caput IX.

POoſci: momordi: pupugi: cucurri ꝓbabiliter dici uidenť. Atq; ita nunc oẽs ferme doctiores huiuſcemodi uerbis utuntur. Sed. Q. Ennius in ſatyris memorderit dixit per e litterã: nõ momorderit. Meũ inqt nõ eſt. at ſi me canis memorderit. Itẽ Laberius in gallis: de integro patrimonio meo centũ milia nũmũ memordi. Itẽ idẽ Laberius in coloratore. Itaq; leui prima percoctus: ſimul ſubdẽtes mulieris ueni bis ter memordit. Itẽ. P. Nigidius de animalibus libro ſecũdo. Serpens ſi memordit: gallina deligiť: & opponiť. Itẽ Plautus in aululatia. Vt admemordi hominẽ. Sed idẽ Plautus in trigeminis: non præmordiſſe: neq; præmomordiſſe dixit: ſed præmorſiſſe. Ni fugiſſem inquit: mediũ credo præmorſiſſet. Itẽ Accius in conciliatrice urſum ſe memordiſſe autumat. Pepoſci quoq; nõ popoſci Valerius Antias in libro annaliũ. xlv. ſcriptũ reliquit. Deinde Licinius tri. ple. perduellionẽ ei diẽ dixit: & comitiis diem a Q. Martio prætore popoſcit. Pepugero quoq; acta in ædilitio dicit. Sed ſi pepugero: metuet. Heliũ quoq; Tuberonẽ libro ad. C. Oppiũ ſcripto occecurrit dixiſſe: Probus ánotauit & hæc eius uerba appoſuit. Si generalis ſpecies occecurrit. Idẽ Probus Valeriũ Antiatem libro hiſtoriaꝝ duodecimo ſpepõderat ſcripſiſſe annotauit: uerbaq; eius hæc poſuit: Tibi Gracchus: qui quæſtor. C. Mancino ĩ Hiſpania fuerat: & cæteri qui pacẽ ſpepõderant. Ratio autem iſtarum dictionum hæc eſſe uideri poteſt: quoniam græci in quadam ſpecie præteriti temporis: quod παρακειμένον: ideſt præteritũ perfectum appellant: ſecundã uerbi litteram in e plerũq; uertunt. γραφω γεγραφα: ideſt ſcribo ſcripſi: ποιω πεποιηκα: ideſt facio feci: λαλω λελαληκα. i. garrio garrui: κρατω κεκρατηκα: ideſt teneo tenui: λουω λελουκα: ideſt lauo laui. ſic ergo mordeo memordi: poſco pepoſci: tendo tetendi: tango tetigi: pungo pepugi: ſpondeo ſpepondi: curro cecurri: tollo tetulli facit. ſic &. M. Tullius &. C. Cæſar mordeo memordi: pungo pepugi: ſpõdeo ſpepõdi dixerũt. præterea ĩueni a uerbo ſcído ſimili ratione non ſciderat: ſed ſeſciderat dictũ eſſe. L. Accius in ſotadicoꝝ libro primo: ſeſciderat dicit. uerba eius hæc ſunt. Non ergo aquila ita uti prædicant ſeſciderat pectus. Ennius quoq; & Valerius Antias in libro hiſtoriaꝝ. lxxv. uerba hæc ſcripſit. Deinde funere locato ad forũ deſcendidit. Laberius quoq; in Catulario ita ſcripſit. Ego mirabar quomodo mãmæ mihi deſcendiderant.

Vſuſcapio & copulate & recto uocabuli caſu dicitur: ita pignoriſcapio coniuncte & eadem uocabuli forma dictum eſt. Caput X.

THæc uſuſcapio diciť copulato uocabulo a litterã in eo tractim pronũciata. ita pignoriſcapio iunctæ ſunt partes: & productæ dicebantur. uerba Catonis ſunt ex primo epiſtolicaꝝ quæſtionũ. Pignoriſcapio ob æs militare: quod æs a tribuno ærario miles accipere debebat uocabulũ ſeorſum fit: ꝑ quod ſatis dilucet hãc capionẽ poſſe dici: quaſi hanc captionẽ: & in uſu & ĩ pignore.

Neq; leuitatẽ: neq; nequitiã ea ſignificatione eſſe qua ĩ uulgi ſermonibus dicunť. Caput XI.

NEuitatem plerũq; nunc pro inconſtantia: & mutabilitate dici audio: & nequitiã pro ſolertia. aſtutiaq;: ſed ueteꝝ hoĩum q ꝓprie: atq; ĩtegre locuti ſũt: leues dixerũt: quos uulgo nũc uiles: & nullo honore dignos dicimus: & leuitatem appellauerũt: perinde quaſi lenitatẽ. Et nequã hoĩem nihili: neq; rei: neq; frugis bonæ. quod genus græci fere ἀσώτον. i. prodigũ: ἡ ἀκόλαστον. i. uel libidinoſum: ἡ ἀχρεῖον. i. uel inutilem: ἡ ἀχρήστον. i. uel inutilẽ: ἡ κακότροπον. i. uel ĩprobum: ἡ μιαρον. i. uel ſceleſtũ dicunt: qui exempla horũ uerboꝝ requirit: ne in libris nimis remotis quærat: inueniet ea in. M. Tullii ſecunda antonianaꝝ. nam quum genus quoddã ſordidiſſimũ uitæ: atq; uictus. M. Antonii idẽ demõſtraturus eſſet: q; in caupona deliteſceret: q; ad ueſperũ perpotaret: q; ore inuoluto iter faceret: ne cognoſcerẽtur. hæc & alia huiuſcemodi: quũ in eũ dicturus eſſet. Videte inqt hoĩs leuitatẽ: tanq; prorſus iſta decora hoc uitio in hoĩe notarenť. At poſtea quũ in eundẽ Antoniũ ꝓbra quædam alia ludibriola: & turpia ĩgeſſiſſet: ad extremũ hoc addidit. O hoĩem nequã. nihil enĩ magis proprie poſſum dicere. Sed ex eo loco. M. Tullii uerba cõpluſcula libuit ponere. At uidete leuitatẽ hominis: quũ hora diei decima fere ad ſaxa rubra ueniſſet: deſtituit in quadam cauponula. atq; ibi ſe occulens perpotauit ad ueſperaꝝ. Inde ciſio celeriter ad urbẽ adductus: domũ uenit ore inuoluto. Ianitor rogat quis es tu. A. Marco tabellarius confeſtim ad eam: cuius cauſa uenerat: deducitur. Eiq; epiſtolam tradit: quã illa quũ legeret flens. erat enim ſcripta amatorie. Caput autem litterarum hoc erat: ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum: omnẽ ſe amorem abieciſſe illius: atq; ĩ hac tranſfudiſſe. Quum mulier fleret uberius: homo miſericors ferre non potuit. caput aperuit. in collum inuaſit. O hominem nequam: nihil enim magis proprie poſſum dicere. Ergo ut te catamitum: nec opinato: quũ oſtendiſſes: præter ſpem mulier aſpiceret. Iccirco urbem terrore nocturno Italiam multorum dierum metu perturbaſti? Conſimiliter quoq; Claudius ĩ primo annalium: nequitiam appellauit luxum uitæ prodigum: eſſuſumq; in hiſce uerbis. Perſuadenti cuidam adoleſcenti Lucano: qui apprime ſummo genere gnatus erat: ſed luxuria & nequitia: pecuniam magnam conſumpſerat. M. Varro in libris de lingua latina. Vt ex non & uolo inquit nolo fit: ſic ex ne & quicquam media ſyllaba extrita componitur nequam. P. Africanus pro ſe contra Tib. Aſellium de mulcta ad populum: Omnia mala: probra: flagitia: quæ homines faciunt: in duabus

rebus ſunt:malitia atq; nequitia.Vtrum defendis?malitiam an nequitiam?an utrunq; ſimul?Si nequitiam defendere uis licet.Sed tu in uno ſcorto maiorem pecuniam abſumpſiſti q̃ quanti omne inſtrumẽtum fundi Sabini incenſum dedicauiſti.Si hoc ita eſt:qui ſpondet mille nummum?Sed tu plus tertia parte pecuniæ paternæ perdidiſti:atq; abſumpſiſti ĩ flagitiis.Si hoc ita eſt:qui ſpondet mille nummum?non uis nequitiã?Age malitiam ſaltem defendas.ſed tu uerbis conceptis coniuraſti ſciens:ſciente animo tuo.Si hoc ita eſt:qui ſpondet mille nummum?

De tunicis χειριδώτοισ.i.manicatis q̃ eaꝝ uſum.P.Africanus Sul.Gallo obiecit. Caput XII.

VNicis uti uirum prolixis ultra brachia:& uſq; in primores manus:ac prope in digitos Romæ:atq; omni in latio indecorum fuit.Eas tunicas græco uocabulo noſtri χειριδώτοισ:ideſt manicatas appellauerunt.Fœminiſq; ſolis ueſtem longe: lateq; diffuſam indecorem exiſtimauerunt:ad ulnas cruraq; aduerſus oculos protegenda.Viri autem.Ro.primo quidem ſine tunicis:toga ſola amicti fuerunt.poſtea ſubſtrictas:& breuis tunicas citra humerum deſinẽtes habebant.quod genus græci dicũt ἐξωμίδασ ideſt ſubſtrictas ſine manicis tunicas.Hac antiquitate inductus.P.Africanus Pauli filius:uir oĩbus bonis artibus atq; omni uirtute prædituſ.P.Sul.Gallo homini delicato inter pleraq; alia q̃ obiectabat:id quoq; probro dedit:q̃ tunicis uteretur manus totas operiẽtibus.uerba ſunt hæc Scipionis.Nã q̃ quotidie unguentatus aduerſus ſpeculũ ornet.cuius ſupcilia raduntq̃ barba uulſa:fœminibuſq; ſubuulſis ambulet:q̃ in cõuiuiis adoleſcentulus cũ amatore.cũ cheridota tunica ĩferior accubuerit:qui nõ modo uinoſus:ſed uiroſus quoq; ſit:eũ ne quiſq̃ dubitet:quin idẽ fecerit:qđ cinædi facere ſolẽt?Virgilius quoq; tunicas huiuſcemodi q̃ſi fœmineas ac ꝓbroſas criminatur.Et tunicæ manicas:& habent redimicula mitræ.Q.Quoq; Ennius Carthaginenſium tunicatam iuuentutẽ non uidetur ſine probro dixiſſe.

Quem claſſicũ dicat.M.Cato:quem infra claſſem. Caput XIII.

CLaſſici dicebãtur non omnes:qui in claſſibus erant:ſed primæ tãtum claſſis homines:q̃.c.&.xxv.milia æris ampliuſue cenſi erant.Infra claſſem autẽ appellabãtur ſecũdæ claſſis:cæterarũq; oĩum claſſium:qui minore ſumma æris:q̃ ſupra dixi:cenſebantur.Hoc eo ſtrictim notaui:quoniam in M.Catonis oſone:qua uoconiã legem ſuaſit:quæri ſolet:quid claſſicus:quid infra claſſem.

De tribus dicendi generibus:ac de tribus philoſophis:qui ab athenienſibus ad ſenatum Romam legati miſſi ſunt. Caput XIIII.

TIn carmine?& in ſoluta oratione genera dicẽdi ꝓbabilia ſunt tria:quæ græci χαρακτῆρασ formas uocant.nominaq; eis fecerunt apponi ἄδρον ἰσχνὸν μέσον.Noſq; quem primũ poſuimus:uberem uocamus:ſecundũ gracilẽ:tertium mediocrẽ.Vberi dignitas:atq; amplitudo eſt.Gracili uenuſtas:& ſubtilitas.Medius in cõfinio eſt utriuſq; modi particeps.His ſingulis oratiõis uirtutibus uitia agnata ſunt:pari numero quæ eaꝝ modum & habitũ ſimulacris falſis ementiunt.ſic plerũq; ſuffla ti:atq; tumidi fallũt pro uberibus.ſquallentes & ieiuni dicti:pro gracilibus.incerti & ambigui:pro mediocribus.Vera aũt & ꝓpria huiuſcemodi formaꝝ exẽpla ĩ latina lingua.M.Varro eſſe dicit:ubertatis Pacuuiũ.gracilitatis Luciliũ.mediocritatis Terẽtium.Sed ea ipſa genera dicẽdi iam antiqtus tradita ab Homero ſunt tria tribus.Magnificum in Vlyſſe:& uber eſt:ſubtile in Menelao:& cohibitũ mixtum moderatũq; in Neſtore.Animaduerſa eadẽ tripartita uarietas eſt in tribus philoſophis:quos athenienſes romã ad ſenatum:populumq; Ro.legauerunt:ĩpetratũ uti mulctã remitterẽt:quã fecerãt propter oropi uaſtationẽ.ea mulcta fuerat talentum fere quingentũ.erant iſti philoſophi.Carneades ex academia.Diogenes ſtoicus.Critolaus peripateticus.& in ſenatũ quidem introducti ĩterprete uſi ſunt Cecilio ſenatore.ſed ante ipſi ſeorſum quoq; quiſq; oſtẽtandi gratia magno cõuẽtu hominũ diſertauerũt.tum admiratõi fuiſſe aiunt Rutilius & Polybius philoſophoꝝ triũ ſui cuiuſq; generis facundiã.Violenta ĩquiũt:& rapida Carneades dicebat.Scita & teretia Critolaus.Modeſta Diogenes & ſobria.unumquodq; autem genus:ut diximus:quum caſte pudiceq; ornatur:fit illuſtrius:quum fucatur:atq; prælinitur fit præſtigioſum.

Quod ſeuere moribus maiorum in fures uindicatum ſit.& quid ſcripſit Mutius Scæuola ſuper eo:quod ſeruatum datum:cõmodatumue eſſet. Caput XV.

HAbeo in libro de.xii.tabulis ſecundo acria:& ſeuera iudicia de furtis habita eſſe apud ueteres ſcripſit.Idq; Brutum ſolitum dicere:furti damnatum eſſe:qui iumentum alihorſum duxerat:q̃ quo utendum acceperat.Item qui longius produxerat:q̃ quem in locum petierat.itaq;.Q.Scæuola in librorum:quos de iure ciuili compoſuit.xvi.uerba hæc poſuit.Quod cui ſeruandum datum eſt:ſi id uſus eſt:ſiue quod utẽdum acceperit:ad aliã rem:atq; acceꝑat:uſus eſt:furti ſe obligauit.

Locus exſcriptus e ſatyra.M.Varronis:quæ περὶ ἐδεσμάτων:ideſt de ædiliis inſcripta eſt:de peregrinis ſcilicet ciborum generibus:& appoſiti uerſus Euripidis:quibus delicatorum hominum luxuriãtem gulam confutauit. Caput XVI.

VArro in ſatyra:quã περὶ ἐδεσμάτων.i.de ædilis:cibis pegrinis & lauticiis inſcripſit:lepide admodum & ſcite factis uerſibus cœnaꝝ ciborũq; exquiſitas delitias cõprehẽdit.Nã pleraq; id genus:q̃ helluones iſti terra:& mari cõquirunt expoſuit.ĩcluſitq; ĩ numeros ſenarios.& ipſos quidem uerſus:cui ociũ erit:ĩ libro quo dixi:poſitos legat.Genera autẽ.nominaq; ædiliũ:& domicilia ciboꝝ oĩbus aliis præſtãtia:quæ ꝓfunda ĩgluuies ueſtigauit:quæ Varro opprobrãs executus ẽ:hæc ſũt ferme quãtum nobis memoriæ:Pauus e ſamo.Phrygia attagena.Grues mellicæ.Hædus ex ambratia.Pelamis chalcedonia.Murena tharſeſia.Aſelli peſſimuntii.Oſtrea tarenti.Pectunculus chius.Helops rhodius.Scari cilices.Nuces thaſiæ.Palma ægyptia.Glans iberica.Hãc aũt peragrãtis gulæ:& ſuccos ĩſuetos ĩquirentis induſtriã;

atq; has undiq; uorsum indagines cupediaꝝ:maiore detestatione dignas cẽsebimus:si uersus Euripidi recor
demur:qbus utebat sæpissime Chrysippus philosophus:tanq; edẽdi irritatões quasdá reptas esse:nõ p usum
uitæ necessarium:sed per luxum animi parata:atq; facilia fastidientis per improbam satietatis lasciuiam.uer
sus Euripidi adscribendos putaui επει τιδει βροτοισι πλην δυειν μονον διωτερος κτησ πωματος.
υδροχοου απαρεσι και πεφυχημασ τρεφειν
ων ουκ απολει πλησ μονη. τρυφη δετοι σων ελεσ ματων ηραματα. Nã quid mortalibus sit usu: præ
ter duo illa modo:Cereris munus:& aquæ poculum? quæ adsunt:ac nos queunt alere.quorum saties nunq;
est.luxus autem sunt cæterarum epularum indagines.

Sermo habitus cum grãmatico insolentiarum:& imperitiarum pleno:de significatione uocabuli:quod ẽ obnoxius:deq; eius uocis origine. Caput XVII.

Ercũctabar romæ quẽpiã grãmaticũ primæ ĩ docẽdo celebritatis:nõ hercle experiẽdi:uel tentãdi gr̃a:sed discẽdi magis studio & cupidie:qd significaret obnoxius:quæq; eius uocabuli origo:& rõ esset. Atq; ille aspicit me:illudẽs leuitatẽ q̃stionis:paruitatẽq;.obscurá inqt sane rẽ quæris:multaq; prsus uigilia ĩdagandã. Quis adeo tã linguæ latiæ ignarus est.q nesciat eũ dici obnoxiũ: cui qd ab eo:cui eẽ obnoxius dicit:incõmodari & noceri põt:eiue q habeat aliquẽ noxæ.i.culpæ suæ cõsciũ? Quin po
tius inqt hæc mittis nugalia & affers ea:q̃ digna q̃ri tractariq; sint. Tũ uero ego pmotus agendũ iam obliq;:
ut cum hoie stulto existimaui.& cætera inq̃uir doctissime:grauiora:remotioraq;:si discere & scire debuero:
q̃do mihi usus uenerit:tũ quærã ex te:atq; discá. Sed.n.qa dixi sæpe obnoxius: & qd dicerẽ: nesciui: didici ex
te.& scire nũc cœpi:qd nõ ego oĩum solus:ut tibi sum uisus ignoraui.sed ut res ẽ Plautus quoq; linguæ:atq;
elegãtiæ ĩ uerbis latiæ prĩceps:qd esset obnoxius:nesciuit.uersus.n.ẽ in stico illius scriptus. Nũc ego hercle pe
rii plane: nõ obnoxie. Qd minime cõgruit cũ ista:quã me docuisti significatiõe.cõposuit.n.Plau. tanq; duo
iter se cõtraria:plane:& obnoxie.qd a tua significatõe:lõge abest. At ille grãmaticus satis ridicule:q̃si obnoxi
us:& obnoxie: nõ declinatõe sola:sed re atq; snia differret.ego inqt dixi qd eẽt obnoxius:nõ qd obnoxie. At
tũc ego admiratus ĩsolẽtis hois ĩscitiã:mittamus ĩqt: sicuti uis:q; Plautus obnoxie dixit.sed si id nimis eẽ re
motũ putas:atq; illud quoq; p̃termittamus:qd Salustius ĩ Catilina. scribit. Minari ẽt ferro: nisi sibi obnoxia
foret. Et quod uidetur nobis peruulgatius esse:id me dõce. uersus enim Virgilii sunt notissimi.
Nam neq; tunc astris acies obtusa uideri: Nec fratris radiis obnoxia surgere luna. Qd tu ais:culpæ suæ
conscium.alio quoq; loco Virgilius uerbo isto utit:a tua sententia diuerse:in his uersibus. Iuuat arua uidere.
Nõ rastris hominũ:nõ ulli obnoxia curæ. Cura enĩ prodesse aruis solet:nõ nocere. qd tu de obnoxio dixisti.
Iam uero illud etiã. Q. Ennii quo pacto cõgruere tecũ potest:quod scribit in phœnice in his uersibus.
Sed uiꝝ uera uirtute uiuere animatũ adiecit fortiter: Ea libertas est:q pectus purum:& firmũ gestitat.
Eumq; ĩnoxium uocare:aduersus aduersarios: Aliæ res obnoxiæ nocte in obscura latent.

At ille oscitans:& hallucinanti similis:nunc inquit mihi opere non est.quũ ocium erit reuises ad me. atq;
disces:quid in uerbo isto Virgilius:& Salustius:& Plautus:& Ennius senserint. Et nebulo quidem ille: ubi
hoc dixit:digressus est. Siquis autem uolet non originem solam uerbi istius:sed significationem quoq; eius:
uarietatemq; recensere: ut hoc etiam Plautinum spectet:adscripsi uersus exasinaria.
Maximas optimitas:& gaudio effertissumas: Adeo ut ætate ambo:ambobus nobis sint obnoxii:
Suis heris ille mecum una pariet.gnatoq; & patri. Nostro deuincti beneficio.

Qua uero ille grammaticus finitione usus est: ea uidetur in uerbo tam multiplici: unam tantummodo
usurpationẽ eius notasse.quæ quidẽ cõgruit cum significatu: quo Cecilius usus ẽ ĩ Chrysio:ĩ his uersibus.
Quanq̃ ego mercede hic conductus tua aduenio. Ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare. Audibis ma
le:si male dicis mihi.

De obseruata:custoditaq; apud Romanos iusiurandi sanctimonia:atq; inibi de decem captiuis:quos An
nibal Romam deiurio ab iis accepto legauit. Caput XVIII.

Vsiurandũ apud Romanos inuiolate:sancteq; habitũ:seruatũq; est.id & moribus: legibusq; mul
tis ostendit.& hoc qd dicemus ei rei nõ tenue argumẽtũ eẽ põt.prœlio Cãnensi Annibal cartha
ginẽsiũ impator:ex captiuis nostris electos decẽ Romã misit.mãdauitq; eis:pactusq; ẽ:ut si po.ro.
uideret:pmutatio fieret captiuoꝝ:& p iis:quos alteri pluris acciperẽt:darẽt argenti põdo libr̃a.s.
& selibr̃a.hos priusq; ꝑficiscerenẽ:iureiurando adegit redituros eos esse in castra punica: si Roma
ni captiuos nõ pmutarẽt.ueniũt Romã decẽ captiui.mãdatũ pœni ĩperatoris ĩ senatu exponũt.pmutatio se
natui nõ placita:parẽtes cognati:affinesq; captiuoꝝ amplexi eos:postliminio in patriã rediisse dicebãt. statũq;
eoꝝ integrũ:ĩcolumẽq; esse.ac ne ad hostes redire uellẽt:orabãt. Tũc octo ex iis postliminiũ iustũ nõ esse sibi
respõderũt:quoniã deiurio uicti forẽt.statimq; uti iurati erãt ad Annibalẽ ꝑfecti sunt.duo reliq Romæ man
serunt:solutosq; eẽ sese:ac liberatos religiõe dicebãt:quoniã quũ egressi castra hostiũ fuissent: cõmẽtitio cõsi
lio regressi eodẽ:tanq; si ob aliquã fortuitã cãm issent.atq; ita iureiurãdo satisfacto: rursum iniurati abissent.
Hæc eoꝝ frauduléta calliditas tã esse turpis æstimata ẽ:ut cõtẽpti uulgo discerptiq; sint:cẽsoresq; eos postea
oĩum notaꝝ:& dãnis:& ignominiis affecerũt:quoniã qd se facturos dictauerãt:nõ fecissent. Cornelius ãt ne
pos ĩ libro exẽploꝝ qnto.id quoq; lr̃is mãdauit:multis in senatu placuisse.ut ii:q redire nollent datis custodi
bus:ad Annibalẽ deduceret. Sed eã sentẽtiã numero pluriũ:quibus id nõ uideret superatã.eos tamẽ:q ad An
nibalem non redissent:usq; adeo intestabiles inuisosq; fuisse:ut tediũ uitæ cœperint:necẽq; sibi cõsciuerint.

Historia ex annalibus de Tiberio Sempronio Graccho sumpta:patre Gracchorum tri.ple. atq; inibi tri.
ple.decreta cum ipsis uerbis relata. Caput XIX.

PVlchrũ atq; liberale:atq; magnanimũ factũ Tib.Sempronii Gracchi:in exẽplis repositũ est. id exẽplum huiuscemodi est.L.Scipioni Asiatico:Scipionis Africani supioris fratri:cui.C.Minutius Augurinus:tri.pleb.mulctã irrogauit:eũq; ob eam cãm pdes poscebat. Scipio Africanus fratris noĩe ad collegiũ tribunoꝝ prouocabat:petebatq; ut uiꝝ consularẽ: triumphalẽq; a collegæ ui defenderent.Octo tribuni:cognita causa:decreuerũt.eius decreti uerba:quæ posui ex annaliũ monumentis exscripta sunt.Quod.P.Scipio Africanus postulauit:p.L.Scipiõe Asiatico fratre.quũ cõtra leges cõtraq; mores maiorum tri.ple.hominibus accitis p uim ĩauspicato snĩam de eo tulerit:mulctamq; nullo exemplo irrogauerit: prædesq; eũ ob eam rem dare cogat:aut si nõ det:in uincula duci iubeat:ut eũ a collegæ ui ꝓhibeamus: & q; contra collegam postulauit:ne sibi ĩtercedamus:quominus suapte ptãte uti liceat. de ea re,nostrũ snĩa oĩum data est:si.L.Cornelius Scipio Asiaticus:collegæ arbitratu prædes dabit:collegæ ne eũ in uincula ducat:ĩtercedemus.si eius arbitratu prædes non dabit:quominus collega sua ptãte utat:nõ ĩtercedemus. Post hoc decretũ quũ Augurinus tri.ple.L.Scipionem prædes non dantẽ prehendi:& in carcerẽ duci iussisset: tũ Tiberius Sempronius Gracchus tri.ple.pater Tiberii:atq;.C.Gracchoꝝ:quum.P.Scipioni Africano inimicus grauis:ob plerasq; in repu.dissensiones esset:iurauit palã in amicitiã inq; gratiã se cũ.P.Africano non redisse.atq; ita decretum ex tabula recitauit.eius decreti uerba hæc sunt. Quum.L.Cornelius Scipio Asiaticus triũphãs hostium duces in carcerem coniectauerit:alienum uidetur esse a dignitate reipu. in eum locũ imperatorem po.Ro.duci:in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium.itaq;.L.Cornelium Scipionem Asiaticum a collegæ ui prohibeo.Valerius autem antias contra hanc decretorum memoriam:contraq; auctoritates uetustum annalium:post Africani mortem:intercessionẽ istam:pro Scipione Asiatico factam esse a Tiberio Gracho dixit:neq; mulctam irrogatam Scipioni:sed damnatum eum peculatus ob antiochenam pecuniam: qa prædes non daret:in carcerem duci cœptum.atq; ita intercedente Graccho exemptum.

Quod Virgilius a Nolanis:ob aquam sibi non permissam sustulit e uersu suo:nola. & posuit ora. atq; ibi de consonantia litterarum iocunda. Caput XX.

SCriptũ in quodã cõmentario repperi uersus istos a Virgilio ita primũ eẽ recitatos:atq; editos.

Talẽ diues arat capua:& uicina ueseuo.
Nola iugo.Postea Virgiliũ petisse a nolanis aquã:uti duceret ĩ ppinquũ rus:nolãos beneficiũ petitũ nõ fecisse.poetã offensum nomẽ urbis eoꝝ: q̃si exhominũ memoria:sic ex carmĩe suo derasisse,oraq; ꝓ nola mutasse:atq; ita reliqsse. Et uicina uesuo
Ora iugo.ea res uera ne:an falsa sit:nõ laboro.qn tamẽ melius suauiusq; ad auris sit:q̃ nola:ora dubiũ id nõ ẽ. ná uocalis ĩ priore uersu extrema eadẽq; ĩ sequẽti prĩa:canoro simul:atq; iocũdo hiatu tractim sonat. ẽ adeo ĩuenire apud nobiles poetas huiuscemõi suauitate multa:q̃ appeat nouata eẽ: nõ fortuita sed præter cæteros oĩs apud Homeꝝ plurima,uno qppe ĩ loco tales tanq̃ hiatus & sonitus ĩ assiduis uocibus pluribus facit.

ἡ λετὲρι θερὲι προρρέει ἐικυῖα χαλαζῃ — Grandinis est similis ruit æstate altera:uel iam
ἡ χιόνι ψυχρῇ ἐξ υδάτος κρυσταλλώ. Idest — Prægelidis niuibus:aut glacieĩ humore coactæ.

Atq; item alio loco. λαας ἀνω θενεσκε ποτι λοφον. Sursum ille ad tumulũ propellere saxũ.Catullus quoq; elegantissimus poetaꝝ ĩ hisce uersibus

Minister uetuli puer falerni. Ingere mi calices amariores. Vt lex posthumiæ iubet magistræ Ebriosæ acinæ ebriosioris. Quũ ebriosi dicere posset:& qđ erat usitatius:acinũ in neutro genere appellare amans tamẽ hiatus illius Homerici suauitatẽ:ebriosam dixit:pp cõsequẽtis lr̃æ cõcentũ.q ebrios ãt Catullũ dixisse putãt: aut ebriosos (nã id quoq; temere scriptũ ĩuenit) In libros.s.de corruptis exẽplaribus factos ĩciderunt.

Quoad uiuet:& quoad morieť:cur idipm tpis significẽt: quũ ex duobus sint facta cõtrariis. Caput XXI.

QVoad uiuet:quũ dicit:itẽ quoad morieť.uident qdẽ duæ res dici cõtrariæ:sed idẽ: atq; unũ tẽpus utraq; uerba demõstrãt. Item quũ dr̃ quoad senatus habebit:& quoad senatus dimittet: tamesi haberi:atq; dimitti cõtraria sint:unũ atq; idipsum tamẽ utroq; ĩ uerbo ostẽdit.tẽpora.n.duo quũ inter se opposita sunt:atq; ita cohærẽtia:ut alterius finis:cũ alterius initio misceat:non refert utrũ per extremitatẽ prioris:an per initium sequẽtis:locus ipse confinis demonstretur.

Quod censores equum adimere soliti sint equitibus corpulentis:& præpinguibus. quæsitũq; utrũ ea res cum ignominia:an incolumi dignitate equitũ facta sit. Caput XXII.

NImis pingui homini & corpulẽto censores equum adimere solitos:scilicet minus idoneũ ratos eẽ: cum tanti corporis põdere ad faciendum equitis munus.nõ enim pœna id fuit: ut quidam existimant:sed munus sine ignominia remittebat. Tamẽ Cato in oratione:quam de sacrificio cõmisso scripsit:obiicit hanc rem criminosius:uti magis uideri possit cum ignominia fuisse.quod si ita accipias:id profecto existimandum est:non omnino inculpatum:neq; indesidem uisum esse: cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset:exuberassetq;.

Auli Gelii noctium atticarum cõmentarii. Liber Octauus.

QVadrigarius in undeuicesimo simo annali.quũ oppidũ a Metello ꝓcõsule oppugnari:cõtra ab oppidanis desup e muris ꝓpugnari describeret:ita scripsit.Sagittarius cũ funditore utriq; summo studio:spargũt fortissime:sed sagittã atq; lapidẽ dehorsum an sursum mittas: hoc interest.Nã neutrũ põt dehorsum uersum recte mitti:sed sursum utrũq; optime: q̃re milites Metelli sauciabãť multo minus.& qđ maxie opus erat:a pinis hostes defendebãt facillime. Percõtabar ego Antoniũ Iulianũ rhetorẽ:cur hoc ita usu ueniret:qđ Quadrigarius dixisset: ut cõtigui magis:di rectioresq; ictus fiant:si uel lapidẽ:uel sagittã sursum uersus iacias:q̃ dehorsũ: Quũ ꝓcliuior:faciliorq; iactus sit ex supnis ĩ ĩĩma:q̃ ex ĩĩmis ĩ supna? Tũ Iuliãus cõprobato genere q̃stiõis:qđ de sagitta igt:& lapide dixit:

hoc de omni fere missili telo dici pōt. Facilior aūt iactus est (sicuti dixisti) si desup iacias: siquid iacere tantum uelis: non ferire: sed quum modus: & impetus iactus temperandus dirigenduscꝫ: tum si in prona iacias: moderatio: atcꝫ ratio mittētis: præcipitantia ipsa: & pondere cadentis teli corrumpitur. at si in editiora mittas: & ad percutiendum superne aliquid: manum & oculos conniueas: quo modus a te datus fuerit: eo telum ibit: quod ieceris. Ad hanc ferme sententiam Iulianus super. Q. Claudii uerbis nobiscum sermocinatus est. Qđ autem ait idem. Q. Claudius a pinnis hostes defendebant facillime: animaduertendū est usum esse eum uerbo defendebant: non ex uulgari consuetudine: sed admodū proprie & latine. nā defendere & offendere īter se aduersa sunt: quoꝝ alterum significat ἐμπόδων ἔχειν: idest incurrere in aliquid: & incidere. Alterum ἐκτὸς ὧν ποιεῖσθαι: idest auertere: atcꝫ depellere. quod hoc in loco. Q. Claudio dicitur.

Quibus uerbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuꝫ nomē habitumcꝫ philosophi am mentitum. Caput. II.

AD Herodē Atticū consularē uirū: īgenioꝫ amœno: & græca facūdia celebrē adiit nobis p̄sentibus palliatus qspiā: & crinitus: barbacꝫ ppe ad pubē usꝫ porrecta. ac petit æs sibi dari εἰς ἄρτους: idest ad panes emēdos. s. tū Herodes iterrogat: qsnā eēt. atcꝫ ille uultu: sonituꝫ uocis obiurgatorio philosophū sese eē dicit. mirari quoꝫ addit: cur quærendū putasset quod uideret. Video īquit Herodes barbā: & palliū: philosophū inqt nō uideo. Quæso aūte te cū bona uenia dicas mihi: quibus nos uti posse argumentis existimas: ut esse te phūm noscitemus? iteribi aliquot ex iis: q cū Herode erāt: erraticū eē hoiem dicere: & nullius rei. incolācꝫ eē sordentiū ganeaꝝ. ac nisi accipiat: qđ petit: cōuitio turpi solitū incessere. Atcꝫ ibi Herodes: demus inqt huic aliqd æris cuiusmodi est tanq̄ homines: nō tanq̄ homini. & iussit dari preciū panis. xxx. dierum. Tum nos aspiciens: qui eum sectabamur. Musonius īquit circunstanti cuipiam id genus & philosophū se ostentanti: dari iussit mille nummū: & quum plericꝫ dicerent: nebulonem esse hominem malum: & malicioſum: & nulla re bona dignum: tum Musonium subridentem dixisse aiunt: ἄξιόν οὖν ἐστιν ἀργυρίου: idest dignus igit̄ est argento. Sed hoc potius inquit dolori mihi & ægritudini est: qꝫ istiusmodi animalia spurca: atcꝫ probra nomē usurpant sanctissimum: & philosophi appellantur. Maiores aūte mei athenienses nomina iuuenum fortissimorum Harmodii & Aristogytonis: qui libertatis recuperandæ gratia Hipiam tyrannum interficere adorsi erant: ne unquā seruis indere liceret: decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ deuota seruili contagio pollui. cur ergo nos patimur nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exordescere? Simili autem inquit exemplo: ex contraria specie. antiquos romanorum audio prænomina patriciorum quorūdam male de repu. meritoꝝ & ob eam causam capite dānatorū censuisse: ne cui eius gentis patritio inderent: ut uocabula quoꝫ eoꝝ defamata: atcꝫ demortua cum ipsis uiderentur.

Epistola Philippi regis ad Aristotelē philosophū: super Alexandro recens nato. Caput III.

PHilippus Amyntæ filius: terræ Macedoniæ rex: cuius uirtute industriacꝫ macedones locupletissimo imperio aucti gentium nationūcꝫ multarū. potiri cœperant: & cuius uim atcꝫ arma toti græciæ cauendam: metuendácꝫ inclytæ illæ Demosthenis orationes cōcioneſcꝫ notificant. Is Philippus: quū omni ferme tempore negociisꝫ belli: uictoriis affectus: exercitusꝫ esset: a liberali tamē musa: & a studiis humanitatis nunq̄ abfuit: quin lepide comitercꝫ pleracꝫ & faceret & diceret. feruntur adeo libri epistolarum eius mundiciæ & uenustatis: & prudentiæ plenarū. uelut sunt illæ litteræ: q bus Aristoteli philosopho natū esse sibi Alexādrū nūciauit. Epistola quoniā curæ diligētiæcꝫ in liberorū disciplinas hortamentū est: exscribenda uisa est ad cōmonēdos parentum animos. Exponenda igit̄ est ad hanc ferme sententiā. Philippus Aristoteli salutē dicit. Filium mihi genitū scito: quod equidē diis habeo gratiam non perinde quia natus est: q̄ pro eo: qꝫ eū nasci cotigit temporibus uitæ tuæ. Spero enim fore: qꝫ eductus: eruditusꝫ abs te: dignus existat & nobis: & rerū istarū successione. ipsius aūt Philippi uerba hæc sunt. φιλίππος ἀρίστοτέλει χαίρειν. ἐθρεψάμην υἱὸν τοιοῦτον ὄντα τοῖς θεοῖς φάριν ἔχω οὐχ οὕτως. ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ. παῖδος ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἀγωγὴν αὐτὸν γεγονέναι ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸσοῦ. τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἀξίον ἐσεσθαί καὶ ἐμοῦ καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

De barbararum gentium prodigiosis miraculis: decꝫ diris & exitiosis fascinationibus: atcꝫ inibi de fœminis repente uersis in mares. Caput IIII.

QVum e græcia in Italiam rediremus: & Brundusium iremus: egressicꝫ e naui in terrā: in portu illo inclyto spatiaremur: quē. Q. Ennius remotiore paulū: sed admodū scito uocabulo præpetē appellauit: fasces librorum uenaliū expositos uidemus: atcꝫ ego statim auide pergo ad libros. erant autem isti omnes libri græci miraculorū: fabularūcꝫ pleni: res inauditæ incredulæ. scriptores ueteres non paruæ auctoritatis. Aristeas pruconnesius & Isigonus nicæensis: & Ctesias: & Onesicritus: & Polystephanus: & Hegesias. ipsa autem uolumina ex diutino situ squalebāt. & habitu aspectuꝫ tetro erant. accessi tamen percontatusꝫ precium sum: & adductus mira atcꝫ insperata utilitate: libros plurimos ære pauco emo: eosꝫ omnis duabus proximis noctibus cursim transeo: atcꝫ in legendo carpsi exinde quædam: & notaui mirabilia: & scriptoribus fere nostris intētata: eacꝫ his cōmētariis aspersi: ut qui eos lectitabit is ne rudis oīno & ἀνήκοος: ideſt qui nō audierit: in istiusmodi rerū auditionibus reperiat̄. Erāt igitur in illis libris scripta huiusce modi. Scythas illos penitissimos: qui sub ipsis septētrionibus ætatē agunt: corporibus hominū uesci: eiusꝫ uictus aliméto uitam ducere: & ἀνθρωποφαγοῦσι: ideſt carne humana uescētes nominari. Itē esse homines sub eadem regione cæli unū oculum habentes in frontis medio: qui appellantur Arimaspi qua facie fuisse κυκλωπας: ideſt cyclopas hoc est unoculos poetæ ferunt. Alios item esse ho-

mines apud eandem cæli plagam ſingularis uelocitatis: ueſtigia pedum habentes retro porrecta: non ut cæterorum hominũ proſpectantia. Præterea traditũ eſſe memoratũq; : in ultima quadã terra: quæ albania dicit̃: gigni homines: qui in pueritia caneſcunt: & plus cernant oculis per noctẽ: q̃ inter diem. Item eſſe cõpertum & creditum ſauromates: qui ultra boryſthenẽ fluuiũ longe colunt: cibum capere ſemper diebus tertiis medio abſtinere. Id etiã in iiſdem libris ſcriptũ oſtendimus: quod poſtea quoq; in libro Plinii ſecundi naturalis hiſtoriæ ſeptimo legi: eſſe quaſdã in terra africa familias hominũ uoce: atq; lingua effaſcinantiũ: qui ſi ipenſius forte laudauerint pulchras arbores: ſegetes lætiores: ĩfantes amœniores: egregios equos: pecudes paſtu: atq; cultu opimas: emorianť repente hæc oĩa: nulli alii cauſæ obnoxia: oculis quoq; exitialem faſcinationem fieri: in iis libris ſcriptũ eſt: traditũq; eẽ in Illyriis: qui interimãt uidẽdo: quos diutius irati uiderint: eoſque ipſos mares: fœminaſq;: qui uiſu tam nocenti ſunt : pupillas in ſingulis oculis binas habere. Item eſſe in mõtibus terræ ĩdiæ hoĩes caninis capitibus & latrãtibus: eoſq; ueſci auiũ & ferarũ uenatibus. Atq; itẽ eẽ alia apud ultimas orientis terras miracula. Homines qui monomeri appellanť: ſingulis cruribus: ſaltuatim currentes: uiuaciſſime pernicitatis. Quoſdã etiã eſſe nullis ceruicibus: oculos in humeris habẽtes. Iam uero hoc egreditur omnẽ modũ admirationis: q; iidẽ illi ſcriptores gentẽ eſſe aiunt : apud extrema indiæ corporibus hirtis & auiũ ritu plumãtibus: nullo cibatu ueſcentẽ : ſed ſpiritu florũ naribus hauſto uictitãtem. Pygmæos quoq; aut longe ab iis naſci: quorũ qui longiſſimi ſunt: nõ longiores eſſe q̃ pedes duos: & quadrantẽ. hæc atque alia iſtiuſmodi legimus. Sed quũ ea ſcriberemus tenuit nos nõ idoneæ ſcripturæ tediũ : nihil ad ornandum iuuandũq; uſum uitæ pertinentis. Libitũ tamen eſt in loco hoc miraculorũ notare id etiã: quod Plinius ſecundus uir in temporibus ætatis ſuæ ingenii dignitatiſq; gratia: auctoritate magna præditus: nõ audiſſe: neq; legiſſe: ſed ſcire ſeſe atq; uidiſſe: in libro naturalis hiſtoriæ ſeptimo ſcripſit. uerba igitur hæc: quæ infra poſui ipſius ſunt ex eo libro ſumpta: quæ profecto faciunt: ut neq; reſpuenda : neq; ridenda ſit notiſſima illa de Cæneide & Ceneo cantilena. Ex fœminis inqt mutari in mares nõ eſt fabuloſum. Inuenimus in annalibus. Q. Licinio Craſſo. C. Caſſio Longino cõ. C. Aſinii puerũ factũ ex uirgine: ſub parẽtibus : iuſſuq; auruſpicum deportatũ in inſulam deſertã. Licinius Mutianus prodidit uiſum eſſe a ſe argis Areſcontẽ: cui nomẽ Areſcuſæ fuiſſet: nupſiſſe etiam mox barbã: & uirilitatẽ proueniſſe: uxoréq; duxiſſe. Eiuſdem ſortis & ſmyrnæ puerũ a ſe uiſum : ipſe in Africa uidi mutatum in marẽ die nuptiarum. L. Coſitium ciuem tyſdritanum uiuebatq; quũ ꝓderẽ hæc. Idẽ Plinius in eodẽ libro ſcripſit hæc. Gignũtur homines utriuſq; ſexus: quos hermaphroditos uocamus: olim androgynos uocatos: & in prodigiis habitos: nunc uero in delitiis

Diuerſæ nobilium philoſophorum ſententiæ de genere ac natura uoluptatis: uerbaq; Hieroclis philoſophi: quibus decreta Epicuri infectatus eſt. Caput V.

DE uoluptate ueteres philoſophi diuerſas ſententias tenuerunt atq; dixerunt. Epicurus uoluptatem ſummum bonum eſſe ponit: eam tamen ita definit: σαρκοσ ευσταθεσ κατασημα : ideſt corporis conſtantem habitum. Antiſthenes ſocraticus ſummũ malum dicit. eius nãq; hoc uerbum eũ: μανειην μαλλον η ηδεσθην : ideſt ĩſanirem potius q̃ oblectarer. Speuſippus uetuſq; omnis academia: uoluptatem & dolorem duo mala eſſe dicunt oppoſita inter ſeſe. bonum autem eſſe: quod utriuſq; mediũ foret. Zeno cẽſuit uoluptatẽ eẽ idifferẽs. i. neutrũ: neq; bonũ neq; malũ: qd̃ ipſe græco uocabulo αδιαφορον appellauit. Critõlaus ꝑipatheticus & malũ eẽ uoluptatẽ ait: & multa alia mala parere ex ſeſe iniurias: deſidias: obliuiones: ignauias. Plato ante hos omnis ita uarie : multiformiterq; de uoluptate diſſeruit: ut cũctæ iſtæ ſententiæ: quas ſupra poſui: uideantur ex ſermonum eius fontibus profluxiſſe. nam perinde unaquaq; utitur : ut & ipſius uoluptatis natura fert : quæ eſt multiplex & cauſarum : quas tractat: rerũque : quas efficere uult: ratio deſiderat. Taurus autem noſter: quotiens facta mentio Epicuri eſſet in ore atq; in lingua habebat uerba hæc Hieroclis ſtoici uiri ſancti: & grauis. ἡδονῆσ τελοσ πορνήσ λογισμα. ἔσ πορνήσια οὐδεν πορνησ λόγισμα: ideſt uoluptatis finis meretricis decretum eſt. Tolle fornicationem nullum meretricis erit decretum.

Verbũ ab eo: qd̃ eſt ago: frequentatiuũ in prima ſyllaba: quonã ſit mõ ꝓnunciandũ. Caput VI.

AB eo: quod eſt ago: & egi: uerba ſunt: quæ appellãt grãmatici frequẽtatiua actito : & actitaui. hæc quoſdã non ſane idoctos uiros audio ita ꝓnũciare: ut primã ĩ his lr̃am corripiãt: rõnéq; dicãt: quoniã in uerbo prĩcipali qd̃ eſt ago: prima lr̃a breuiter ꝓnunciať. cur igiť ab eo: qd̃ edo: & ungo: in quibus uerbis prima lr̃a breuiter diciť eſito: quæ ſunt eoꝝ frequentatiua prima lr̃a longa ꝓmimus? & cõtra dictito ab eo uerbo: quod eſt dico correpte dicimus? nõ ergo potius actito: & actitaui producenda ſunt: quoniã frequentatiua ferme omnia eodẽ modo in prima ſyllaba dicunť. quo participia præteriti temporis ex iis uerbis: unde ea profecta ſunt: in eadem ſyllaba ꝓnunciantur. ſicut lego: lectus: lecturo facit: ungo unctus unctito: ſcribo ſcriptus ſcriptito: moneo monitus monito: pendeo penſus penſito: edo eſus eſito. dico autem dictus dictito facit. gero geſtus geſtito: ueho uectus uectito: rapio raptus raptito: capio captus captito: facio factus factito: ſic igitur actito producte in prima ſyllaba pronunciandum: quoniam ex eo fit: quod eſt ago: & actus.

De conuerſione foliorum in arbore olea brumali: & ſolſtitiali die. deq; fidibus id temporis ictu alieno ſonantibus. Caput VII.

VIgo & ſcriptũ: & creditũ eſt: folia oleæ arborum brumali & ſolſtitiali die conuerti. & quæ pars eoꝝ fuerat iferior atq; occultior eam ſupra fieri: atq; exponi ad oculos: & ad ſolẽ: qd̃ nobis quoq; ſemel & iterũ experiri uolẽtibus ita eſſe ꝓpemodũ uiſum eſt. Sed de fidibus rarius dictu: & mirabilius ẽ. quã rẽ & alii docti uiri. & Suetonius ẽt Tranqllus ĩ lib. ludicræ hiſtoriæ prĩo: ſatis cõpertũ

esse:satisq; super ea re cõstare affirmat neruias in fidi/
bus brumali die alias digitis pelli:alias sonare.

Necessarium est qui multa habeat:multis indige/
re.deq; ea re Phauorini philosophi cum breuitate ele
ganti sententia. Caput VIII.

VErũ est ꝓfecto: quod obseruato rerũ usu
sapientes uiri dixere:multis egere: q mul/
ta hẽat.magnamq; idigentiam nasci: non
ex ĩopia magna:sed ex magna copia. mul/
ta eni desiderari ad multa quæ habeas tu/
enda.Quisquis igitur multa habẽs cauere : atq; pro/
spicere uelit:neqd egeat:neue quid desit:iactura opus
eẽ nõ quæstu.& minus habẽdũ esse : ut minus desit.
hãc sniam memini a Phauorino iter ĩgẽtis oium cla
mores exornatam icluſamq; uerbis his pauciſſimis.
Τὸν γὰρ μυρίων καὶ ϖεντάι σχιλίων χλαμυδων
δεδεμένον ὀυκεσι μὴ πλειονῶν δεισαιδοισ γαρ ἐχω
ϖρὸσ δεόμενοσ αφελῶν ὠν ἐχω αρκουμαι οισ
ἐχῶ.i.Enim uero qui decem milibus & quindecim
milibus uestimentoꝝ egeat: Is quominus plurium
indigeat fieri non potest.quum enim plus q̃ habeam
egeo:detrahens ex iis : quæ habeo in iis quæ habeo:
acquiesco.

Quis modus sit uerba uertẽdi ĩ græcas sniãs.deq;
iis Homeri uersibus:quos Virgilius uertisse : aut be/
ne apteq;:aut ĩprospere existimatus est. Caput IX.

VAndo ex poematibus græcis uertendæ
mutandæq; sunt insignes sententiæ : non
semper aiunt enitendum:ut omnia omni
no uerba in eum:in quem dicta sunt mo/
dum: uertamus . perdunt enim gratiam
pleraq;:si quasi inuita & recusantia uiolentius trasse/
rantur.Scite igitur & considerate Virgilius:quũ aut
Homeri:aut Hesiodi : aut Apollonii : aut Parthenii:
aut Callimachi:aut Theocriti:aut quorundam alio/
rum locos effingere : partem reliquit : alia expres/
sit:sicut nuperrime apud mensam:quum legerentur
utraq; simul bucolica Theocriti:& Virgilii: animad/
uertimus reliquisse Virgilium:quod græcũ quidem
mire q̃suaue est. uerti autem neq; debuit neq; pòtu/
it.sed enim qd̃ substituit pro eo quod omiserat: non
abest:quum iocundius lepidiusq; sit.

βαλλεῖ καὶ μαλλδισι τὸν αιπὸλον ακλεαρισαι.
Ἰασ αιγασ ϖαρελῶνταὶ καὶ λυτι ϖοππυλιασ δεῖ.

Ideſt Appetitur malis caprarius aclearistæ
Propellens capras:& suaue quid occinit illa:
Malo me galathea petit lasciua puella:
Et fugit ad salices:& se cupit ante uideri.

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caute omis
sum:quod est in græco uersu dulcissimum.

Τιτυρε μὶν τὸκαλον πεφιλαμενε βοσκε τασ αγασ
καὶ ϖοτι τὰν κραναν αγε Τιτυρε καὶ τὸν ενόρχαν.
Τὸν λιβυκὸν γνακῶνα φυλασεδ μὴτι κὸρυξη.

Pasce adamate mihi pulchre heus tityre capras.
Et potum ad fontis age tityre:sed coleatum.
Hunc afrum:ruffũq; caue:ne cornua uibret.

Quo eni pacto diceret : Τὸκαλον ϖεφιλαμεν.i.pul/
chre adamate.uerba hercle nõ trãslatitia: sed cuiusdã
naturæ dulcedinis.hoc igit reliquit : & cetera uertit:
non infestiuiter:nisi q caprũ dixit:quem Theocritus
ενορχαν.i.coleatũ appellauit. auctore eni.M. Varrõe
is demũ latine caper dicitur:qui excastratus est,

Tityre dum redeo:breuis est uia:pasce capellas.
Et potum pastas age Tityre:& inter agendum.
Occursare capro:cornu ferit ille:caueto.

Et quoniã de trãsferendis sententiis loquor:memini
audisse me ex Valerii Probi discipulis:docti hominis
& intelligẽdis pensitãdisq; ueteribus scriptis bene cal
lidi solitũ eũ dicere nihil quicq̃ tam ĩprospere Virgi/
lium ex homero uertisse:q̃ uersus hos amœnissimos
quos de Nausica Homerus fecit.

οι δαρτεμίσ εισι κατουρεοσ ἰὸχαιερα.
ηκατα Ϝήυγετον ϖερίμηκε τον ἠ ἐρυμανθὸν.
Ϝερπομενη καπροίσι καὶ ὠκὺησ ελαφοισι
Ϝη δελαμα κουραι νύμφαι διὸσ αιγιοχὸιο
αγρονομοι ϖαίζουσι γεγηθε δετε φρενα λητω
ϖασαων δ ὑπερηγεκαρη εχει ηδε μετωπα
ρεια δαρι γνὸτι ϖεδεται καλαι δετε ϖασαι
ωσι γαμφι ϖολοισι μετε ϖρεπε ϖαρτενὸσ αδμισ.

Montibus it:qualis studiosa diana pharetræ:
Aut per taygeti spatiosa iuga:aut erymanthi.
Et nunc gestit apro:nunc ceruo diua uolucri.
Stant circum nymphæ agrestes ioue celite natæ:
Inq; agris ludunt:latonæ pectora gaudent.
Fronte dea ante omnis:ceruiceq; prominet alta:
Et pulchras omnis inter clarissima fulget.
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat:
Qualis in eurotæ ripis:aut per iuga cynthi.
Exercet diana cohors:quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerantur orcades.illa pharetrã.
Fert humero:gradiensq; deas supereminet omnis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat dido:talem se læta ferebat.
Per medios:instans operi:regnisq; futuris
Primum omnium diuersum esse aiebãt dicebat Pro
bus:q; apud Homerum quidem uirgo Nausica a lau
dibunda inter familiares puellas in locis solis recte:
atq; commode confertur cum Diana uenante in iu/
gis montium inter agrestis deas. Nequaq̃ autem cõ/
ueniens Virgilium fecisse : quoniã Dido in urbe me/
dia ingrediens inter Tyrios principes cultu : atq; in/
cessu serio instans operi:sicut ipse ait:regnisq; futuris
nihil eius similitudinis capere possit:quæ lusibus at/
que uenatibus Dianæ congruit . tum postea q; Ho/
merus studia:atq; oblectamenta in uenando Dianæ
honestæ aptæq; dicit.Virgilius autem : quum de ue/
natu deæ nihil dixisset : pharetram tamen facit eam
ferre in humero : tanq̃ si onus & sarcinam atq; illud
impense Probum esse demiratum in Virgilio dice/
bant:q; homerica quidem λητω:ideſt latona gaudi/
um gaudeat genuinum & intimum : atq; in ipso pe/
netrali cordis & animæ uigens : siquidem non ali/
ud est:γεγηθε δετε φρενα λητω:ideſt Latonæ pecto/
ra gaudent.Ipse autem imitari hoc uolens:gaudia se/
cerit pigra & leuia : & contantia : & quasi in summo
pectore supernantia.nescire enim sese: quid significa/
ret aliud pertentant:præter ista omnia:florem ipsius
totius loci Virgilium uideri omisisse:q; hunc Home
ri uersum exigue secutus sit:ρεια δαρι γνωτη ϖελε/
τοι καλαι λετε ϖοσσαι : ideſt & Pulchras omnis iter
clarissima fulget. Quando nulla maior:cumulatior/
que pulchritudinis laus dici potuerit : q̃ q; una inter
omnis pulchras excelleret:una facile inter omnis no/
sceretur,

Quod anneus Cornutus uersus Virgilii:quibus Veneris & Vulcani concubitū pudice operteq; dixit: reprehensione insulsa:& odiosa inquinauit. Caput X.

ANianus poeta:& plericq; cū eo eiusdē musæ uiri sūmi assiduisq; laudibus hos Virgilii uersus ferebāt:qbus Vulcanū & Venerē iūctos mixtosq; iure cōiugii: rē lege naturæ operiēdā uerecūda q̄dā trāslatiōe uerborum:quum ostēderet:demōstraretq; ꝓtexit. sic enim scripsit Ea uerba locutus. Optatos dedit amplexus.placidūq; petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem. Minus autē difficile esse arbitrabantur:ad istiusmodi reticēda uerbis uti uno:atq; altero:breui tenuiq; ea signo demōstrātibus:sicuti Homerus dixerit: ωὰρϑενικὴν γοὸνιν κὰι λεκτροιο ϑεσμον καὶ ἐργα φιλοτητα τω μεν ἀρεντρητοισι κατευνασϑην λεχεϑιν: idest Virginē soluit cæstū:& legēq; cubilis. Et munus amoris Inq; toris illi sculptis cœpere soporē. Tot uero & tā euidētibus:ac tā ꝓtextatis: sed puris honestisq; uerbis uenerādū illud cōnubii pudici secretū neminē quēq; aliū dixisse. Sed Anneus Cornutus hō sane pleraq; alia nō īdoctus:neq; īprudēs.in secūdo tamē librox:quos de figuris sententiarū cōposuit: egregiā totius istius uerecūdiæ laudē insulsa nimis & odiosa scrutatione uiolauit. nā quū genus hoc figuræ ꝓbasset & satis circūspecte factos eē uersus dixisset:mēbra tamē inqt paulo incautius nominauit.

De Valerio Coruino:& unde Coruini sit cognomentum. Caput XI.

DE Maximo Valerio:q Coruinus appellatus est:ob auxiliū ꝓpugnationēq; corui alitis: haud qsq; ē nobiliū scriptox q secus dixerit:ea res prorsus admirāda sic ꝓfecto ē in libris annalibus memorata. Adolescēs tali genere editus.L.Furio.Cl.Appio consulibus fit tri.militaris atq; in eo tpe copiæ gallorū īgētes agrū pōtinū insederāt:īstruebāturq; acies a cōsulibus de ui atq; multitudine hostium satis agētibus.Dux iterea gallox uasta & ardua ꝓceritate:armisq; auro ꝓfulgētibus:grandia īgrediēs:& manu telū reciprocās īcedebat.perq; cōtēptū:& supbiā circūspiciēs:despiciēsq; oīa uenire iubet:& cōgredi:siqs pugnare secū ex omni romano exercitu auderet. Tū Valerius tribunus:cæteris īter metū: pudore q; ambiguis īpetrato prius a cōsulibus:ut in gallū tā īmaniter arrogantē pugnare sese ꝓmitterēt:ꝓgredit intrepide modesteq; obuiā & cōgreditur:& cōsistūt:& cōserebant iā manus:atq; ibi uis quædam diuina fit Coruus repēte īprouisus aduolat:& sup galea tribuni īsistit:atq; in aduersarii oculos pugnare īcipit. īsibilat. obturbat unguibus manū laniabat:& ꝓspectū ales arcebat:atq; ubi satis sæuierat:reuolabat in galeā tribuni: sic tribunus spectāte utroq; exercitu:& sua uirtute nixus:& opera alitis ꝓpugnatus:ducē hostiū ferocissimū uicit:iterfecitq; atq; ob eā causam cognomē habuit coruinus: id factū est anno.cccc.&.v.post Romā cōditā Statuam coruino isti diuus Augustus in foro suo statuendā curauit.in eius statuæ capite corui simulacrum est:rei pugnæq; quā diximus monumentum.

De uerbis quæ in utranq; partē significatione reciproca:& aduersa dicuntur. Caput XII.

VT formidolosus dicipōt:& q formidat:& q formidat':& īuidiosus:& q īuidet:& cui īuidet':ut suspitiosus:q suspicat':& q suspectus ē:ut ābitiosus:& q ambit:& q ambit'.ut itē gratiosus:& q adhibet grās:& q admittit:ut laboriosus:& q laborat:& q labori ē:ut pleraq; alia huiuscemodi i utrāque partē dicunt'.ita īfestus ancipiti quoq; significatiōe ē.nā & is īfestus appellat':q malū īfert cuipiā:& cōtra cui aliūde īpēdet malū:is quoq; īfestus dicit'.Sed qd' prius posui ꝓfecto exēplis nō īdiget:sic adeo multi loquunt':ut īfestū dicāt inimicū:atq; aduersū. Alterū aūt illud ignobilius obscuriusq; est. Quis.n.ī medio facile dixerit īfestū eē:cui alter īfestus ē? Sed & ueteres plericq; ita dixerūt.&.M.Tul.i orone quā ꝓ Cn.Pláco dixit:uocabulo hoc sic usus ē.Dolebā inqt iudices:& acerbe ferebā: si huius salus ob eā ipsā causam esset infestior:q; is meā salutē atq; uitā:sua beniuolentia præsidio custodiaq; texisset. Nos igit' de origine & ratione uerbi quærebamus:atq; ita in nigidianis īuenimus cōmētariis scriptū:īfestum a festinādo dictū. Nam qui instat inquit alicui: eumq; properans urget:opprimereq; eum studet:festinatq;:aut contra de alicuius periculo:& exitio festinatur:is uterq; infestus dicitur:ab instantia atq; imminentia fraudis:quā uel facturus cuipiam:uel passurus est. Neqs aūt de suspicioso:quod supra posuimus:& de formidoloso:in eā partē quæ minus usitata ē:exēplū reqrat:īueniet de suspicioso apud.M.Catonē de re floria ita scriptū. Sed nisi q palam corpore pecuniā quæreret:aut se lenoni locauisset:& si famulosus & suspicosus fuisset:uim in corpus liberum nō æquum censuere afferri. Suspiciosum enim hoc in loco suspectū significat:non suspicantem. Formidolosum autem qui formidatur. Salustius in Catilina.ita dicit. Igitur talibus uiris non labor insolitus:nō locus ullus asper:aut arduus erat:non armatus hostis formidolosus. Item.C.Caluus in poematis laboriosus dicit:non ut uulgo dicitur qui laborat:sed in quo laboratur. Durum īquit rus fugis:sed laboriosum. Eadem ratione Laberius quoq; in fororibus. Ecastor inquit multum somniculosum. & Cinna in poematis. Somniculosum ut pœnus aspidem psillus. Metus quoq;:& iniuria:atq; alia quædam id genus: sic utroq; uersum dici possunt.nam metus hostium recte dicit':& quum timent hostes & quū timent'. Itaq; Salustius in historia prima:Metū Pōpeii dixit:nō q; Pōpeius metueret:qd' ē usitatius:sed q; metuerēt'.uerba hæc Salustii sunt. Id bellū excitabat metus Pōpeii uictoris Hiempsalē in regnū restituētis. Itē alio in loco postq̄ remoto metu punico:simultates exercere uacuū fuit. Iniurias itidē dicimus.tam illox qui patiunt':q̄ q faciūt: quax dictionū exépla sunt facilia īuentu. Illud etiā dictū a Virgilio eandē habet formā cōmunicatæ ultro & citro significationis. Et uulnere inqt tardus Vlissi. Quū dicere uulnus nō quod accepisset Vlysses:sed quod dedisset. Nescius quoq; dicitur tam is qui nescitur:q̄ qui nescit.sed super eo:qui nescit:frequens huius uocabuli usus est.in frequens autem de eo est:quod nescitur. Ignarus atq; utroq; uersum dicitur:non tantum qui ignorat: sed & qui ignoratur. Plautus in rudente: Quæ incolis nescius nescias pessimus. Salustius.

More humanæ cupidinis ignara uisendi. Ignarum laurens habet ora numantia. Virgilius.

Verba ex historia Clau. Quadrigarii: quibus Manlii Torquati nobilis adolescētis: & hostis galli prouocatoris pugnam depinxit. Caput XIII.

ANlius summo loco natus: adprimeq; nobilis fuit: ei Manlio cognomentum factum Torquato. causam cognomenti fuisse accepimus: torquis ex auro induuias quam ex hoste: quē occiderat: detractā induit. sed quis hostis: & quod genus: & q̄ formidandæ uastitatis: & quantum īsolens prouocator: & cuiusmodi fuerit pugna decertatum. Q. Claudius primo annalium purissime: atq; illustrissime: simpliciq; atq; incompta orationis antiquæ suauitate descripsit: quem locum ex eo libro Phauorinus philosophus quū legeret: non minoribus quati afficiq; aīum suū motibus: pulsibusq; dicebat: q̄ si ipse corā depugnātis eos spectaret. Verba. Q. Claudii: qbus pugna ista depicta est: adscripsi. Quum iterim gallus qdam nudus præter scutum: & gladios duos: torque: atq; armillis decoratus processit: qui & uiribus: & magnitudine: & adolescentia: simulq; uirtute cæteris antestabat. is maxime prælio commoto: atq; utrisq; summo studio pugnantibus: manu significare cœpit: ut utriq; quiescerent pugnare. pugnæ facta pausa est. extēplo silētio facto cū uoce maxima iclamat: siqs secū depugnare uellet: uti ꝓdiret. Nemo audebat ꝓpter magnitudinē: & īmanitatē facies. deīde gallus irridere cœpit. atq; līguā exertare. id subito ꝓdolitū est cuidā. T. Manlio summo genere nato tantū flagitiū ciuitati accidere: e tanto exercitu neminē prodire. Is ut dico processit. neq; passus est uirtutē romanā a Gallo turpiter spoliari. scuto pedestri: & gladio hispanico cinctus cōtra gallū constitit. metu magno ea cōgressio in ipso ponte: utroq; exercitu īspectante facta est. ita ut ante dixi: cōstiterūt. gallus sua disciplina: scuto ꝓiecto cautabūdus. Mālius aīo magis q̄ arte cōfisus: scutū scuto ꝓcussit atq; statū galli cōturbauit. dū se gallus iterū eodē pacto cōstituere studet: Manlius iterū scutū scuto ꝓcutit: atq; de loco certo hoīem itez deiicit. eo pacto ei: sub gallicū gladiū successit. ac hispāico pectus hausit. deīde cōtinuo humez dextrū eodē cōcussu icidit. neq; recessit usq̄ donec subuertit: ne gallus īpetū icti hēret. ubi eū euertit caput præcidit: torquē detraxit. eāq; sanguinolentā sibi in collū īponit. quo ex facto ipse: posteriq; eius Torq̄ti sunt cognominati. ab hoc. T. Manlio: cuius hanc pugnā Quadrigarius descripsit: imperia & aspera: & īmitia Manliana dicta sunt. quoniā postea bello aduersum latinos: quū esset cōsul: filiū suū securi ꝓcussit: qui speculatū ab eo missus ne pugnaret interdicto: hostē a quo prouocatus fuerat occidit.

Quod idem quadrigarius: huius facies: patrio casu probe: & latine dixit: & quædam alia apposita de sīmilium uocabulorum declinationibus. Caput XIIII.

QVod aūt supra scriptū est in. Q. Claudii uerbis: ꝓpter magnitudinē & īmanitatē facies. id nos aliquot ueteribus libris īspectis exporauimus: atq; ita esse: ut scriptū est: cōperimus. Sic enī pleraq; ætas ueterū declinauit. hæc facies: huius facies: qd' nūc ꝓpter rōnē grāmaticā faciei dicī. Corruptos aūt quosdā libros repperi: in qbus faciei scriptū est: illo qd' ante scriptū erat: oblitterato: meminimus etiā in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodē Claudii libro scriptū utrunq; facies: & facii: sed facies ī ordie scriptū fuit: & cōtra perii geminū facii. neq; id abesse a q̄dā cōsuetudine prisca existimauimus. Nā ab eo: qd' est hic dies tā huius dii: & ab eo qd' est hæc fames tā huius famii dixerūt. Q. Ennius in sextodecimo annali. dies scripsit: pro diei in hoc uersu: Postreme lōginqua dies quū fecerit ætas. Ciceronem quoq; affirmat Cesellius in oīone: quā pro. P. Sestio fecit: dies scripsisse ꝓ diei: qd' ego īpensa opa cōqsitis ueteribus libris pluisculis: ita ut Cesellius ait: scriptū iueni. Verba sūt hæc. M. Tullii. Eqtes uero daturos illius dies pœnas. Quocirca factū hercle est: ut facile iis credā: q scripserūt idiographū librū Virgilii sese inspexisse: in quo ita scriptū est: Libra dies sōniq; pares ubi fecerit horas. Idest libra diei sōniq;. Sed sicut hoc in loco dies a Virgilio scriptū uidet: ita in illo uersu nil dubiū est: qn dii scripserit ꝓ diei: Munera lætitiāq; dii. Quod īperitiores dei legūt ab īsolētia. ſ. uocis istius abhorrētes. Sic aūt dies dii a ueteribus declinatū est: ut fames famii: pnicies pnicii: ꝓgenies ꝓgenii: luxuries luxurii: acies acii. M. enī Cato in oīone: quā de bello carthaginēsi cōposuit: ita scripsit. Pueri atq; mulieres extrudebant famii causa. Lucillius in. xii. Rugosū atq; famii plenū. Sisenna in historiarū lib. vi. Romanos iferēdæ pnicii cā ueniisse. Pacuuius in Paulo: Pater supreme nostræ ꝓgenii pris. Cn. Matius in iliadis. xxi. Altera pars acii uitasset fluminis undas. Idē Matius ī tertiodecimo. An maneat specii simulacrū: in morte silētū. C. Gracchus de legibus ꝓmulgatis. Ea luxurii cā: aiūt institui. Et ibidē ifra ita scriptū est. Nō est ea luxuries q̄ necessario parent uitæ cā. Propter qd' apparet: eū ab eo: qd' est luxuries luxurii patrio casu dixisse. M. quoq; Tullius in oratione qua Sex. Roscīū defendit: pnicii scriptū reliqt. Verba hæc sunt: Quoz nihil pnicii causa diuino cōsilio: sed ui ipsa: & magnitudine rerū factū putamus. Aut facies ergo in casu patrio: aut facii Quadrigariū scripsisse: existimādum est: faciei aūt in nullo ueteri libro scriptum repperi. In casu aūt dandi qui purissime locuti sunt: non faciei: uti dicitur nunc: sed facie dixerunt. Lucilius in satyris: Et primum inquit facie honestas accidit. Idem lūcilius in libro septimo.

Qui te diligit: ætati facie tuæ se. Fautorem ostendat. fore amicum polliceatur.

Sunt autē nō pauci: qui utrobiq; facii legant. Sed. C. Cæsar in libro de analogia. ii. huius die: & huius specie dicendum putat. Ego quoq; in iugurtha Salustii summæ fidei: & reuerēdæ uetustatis libro: die casu patrio inueni scriptum. Verba hæc ita erant. Vix decima parte die reliqua. Non enim puto argutiolam istam recipiendam: ut die dictum quasi ex die existimemus.

De genere controuersiæ: quod græce απορον: idest dubium & inexplicabile appellatur. Caput XV.

CVm Antonio Iuliano rhetore per feriarū tempus æstiuarū: decedere ex urbe æstu uolētes: neapolim cōcesseramus: atq; ibi erat adolescēs tunc quispiā ex ditioribus: cū utriusq; linguæ magistris meditans: & exercens: ad causas romæ orandas eloquentiæ latinæ facultatem. atque is rogat Iulianum uti sese audiat declamantem. It auditum Iulianus: imus quoq; nos cum eo simul. introit

adolescens & præfatur arrogantius & elatius: q̃ ætati eius decebat: ac deinde iubet exponi cõtrouersias. Aderat nobiscum ibi Iuliani sectator: iuuenis promptus: & proficiens: & ostendens iam in eo: quod ille apud Iuliani auris in præcipiti stare: & subitaria dictione periculum sui facere audebat. Exponit igit̃ tentamenti gratia controuersiam parum consistentem: quod genus græci ἀπόρου: ideſt dubium uocant. latine autem id non minus cõmode inexplicabile dici potest. Ea controuersia fuit huiuscemodi. De reo septem iudices cognoscebant. eaq; sententia sic rata quã plures ex eo numero dixerint. Quũ septem iudices cognouissent: duo censuerunt reum exilio mulctandum: duo alii pecunia: tres reliqui capite puniendũ: petitur ad supplicium ex sententia trium iudicum: & contradicit. Hac ille audita: nec considerata: neq; aliis: ut proponerentur: expectatis: incipit statim mira celeritate: in eandem hanc controuersiam principia nescio quæ dicere: & inuolucra sensuum uerborũq; uolumina: uocũq; turbas fundere. cæteris omnibus ex cohorte eius: qui audire eum soliti erant clamore magno exultantibus. Iuliano autẽ male ac misere rubente: & sudante. Sed ubi de blatteratis uersuum multis milibus: finem aliquando fecit: egressiq; inde sumus amici familiaresq; eius Iulianũ ꝓsecuti: quidnam existimaret: percontati sunt: atq; ibi Iulianus festiuissime. Nolite quærere inquit: quid sentiam adolescens hic sine controuersia disertus est.

Quod Plinium secundũ: hominem non indoctum fugerit: latueritq; uitium argumenti quod ἀντιστρέφον: ideſt reciprocum græci dicunt. Caput XVI.

PLinius secundus existimatus est esse ætatis suæ doctissimus. is libros reliquit: quos studiosorum inscripsit: haud mediusfidius usq; quaq; aspernandos. In iis libris multa uarie ad oblectandas eruditorum hominũ auris ponit. refert etiam pleraq; sententias: quas in declinandis controuersiis lepide argutecq; dictas putat: sicuti hanc quoq; sententiã ponit: ex huiuscemodi controuersia. Vir fortis præmio: quod optauerit: donetur. Qui fortiter fecerat: petiit alterius uxorem in matrimonium: & accepit. Is deinde cui ea uxor fuerat: fortiter fecit: repetit eandem: contradicitur. Eleganter inquit & probabiliter ex parte posterioris uiri fortis: uxorem sibi reddi postulantis hoc dictum est: si placet lex: redde si non placet redde. Fugit autem plinium: sententiolam istam: quã putauit esse argutissimam: uitio non carere: quod græce ἀντιστρεφὸν: ideſt reciprocum dicitur: & est uicium insidiosum & sub falsa laudis specie latens. nihil enim minus conuerti ex contrario idipsum aduersus eundem potest. Atq; ita a priore illo uiro forti dici: si placet lex non reddo: si non placet non reddo.

Cecropias noctes doctorum exempla uirorum: Viuat. & æternum lætus bona tempora ducat:
Donat habere mihi nobilis eustochius. Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

Auli gelii noctium atticarum cõmentarii. Liber nonus.

AMiliari meo cuipiam litteras athenis Romam misi: in iis scriptum fuit: me illi iam tertium scripsisse. Is ad me rescripsit: petiuitq; ut rationem dicerem cur tertium: ac non tertio scripsissem. id etiam adscripsit: ut eadem: quid super illo quoque mihi uideretur: facerem se certiorem. tertium ne consul & quartum: an tertio & quarto dicendum esset: quoniam Romæ doctum uirum dicentem audisset tertio: & quarto consul. non tertium quartũ que. Idq; in principio libri Celium scripsisse. &. Q. Clau. in libro undeuicesimo. C. Marium creatum septimo consulem dixisse. Ad hæc ego rescripsi nihil amplius: q̃ uerba Marci Varronis hominis opinor: q̃ fuit Claudius cum Celio doctioris: quibus uerbum utrunq; de quo ad me scripserat: decideretur: nam & Varro satis aperte quid dici oporteret edocuit: & ego aduersus eum: qui doctus esse dicebatur: litem meam facere absens nolui. uerba. M. Varronis ex libro disciplinarum quinto hæc sunt. Aliud est: quarto prætorem fieri: & quartum: q; quarto locum adsignificat. ac tres ante factos. quartum tempus adsignificat: & ter ante factum. Igitur Ennius recte conscripsit. Quintus pater quartũ fit consul. Et Pompeius timide. q; in theatro ne adscriberet consul tertium: aut tertio extremas litteras non cõscripsit. Quod de Pompeio Varro breuiter & subobscure dixit. Tyro Tullius Ciceronis libertus in epistola quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum. Quum Pompeius inquit ædem uictoriæ dedicaturus foret: cuius gradus uice theatri essent nomenq; eius & honores inscriberet: quæri cœptum est: utrum consul tertio inscribendum esset: an tertium: eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos ciuitatis. Quumq; dissentirent: & pars tertio: alii tertium scribendum contenderent: rogauit inquit Ciceronem Pompeius: ut quod ei rectius uideret: scribi iuberet: tum Ciceronem iudicare de uiris doctis ueritum esse: ne quorum opinionem improbasset: ipsos uideretur improbasse. Persuasit igitur Pompeio: ut neq; tertium neq; tertio scriberetur: sed ad secundum usq;. T. fierent litteræ ter. ut uerbo nõ præscripto res quidem demõstraretur: sed dictio tamen ambigua uerbi lateret. Id autem quod & Varro & Tyro dixerunt in eodem nunc theatro non est ita scriptum. nam quum multis annis postea scæna: quæ prociderat: refecta esset: numerus tertii consulatus non uti initio prioribus litteris ter. sed tribus tantum lineolis. iii. incisis significatus est. In. M. autem Catonis quarto origine ita scriptum est: Carthaginenses sextum de fœdere decessere. Id uerbũ significat: quinquies ante eos fecisse contra fœdus: & tum sextum. Græci quoq; significandis huiuscemodi rerum numeris Τρίτον καὶ Τέταρτον: ideſt tertium & quartum dicunt: quod cõgruit cum eo: quod latine dicitur tertium quartumq;.

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriæ mandauerit. Caput II.

ARistoteles philosophus memoriæ tradidit: mulierem in ægypto uno partu quinq; pueros enixã eũq; eẽ finẽ dixit multiugæ hoium partõis: neq; pluris unq̃ simul genitos compertũ: hũc aũt eẽ numerũ ait rarissimũ. Sed & diuo Augusto iperãte: qui tẽporũ eius historiã scripserũt: ancillam

Cæſaris Auguſti in agro laurente peperiſſe quinq; pueros dicunt: eoſq; pauculos dies uixiſſe: matrẽ quoq; eorum non multo poſtq; peperit: mortuam: monumentumq; ei factum iuſſu Auguſti in uia laurentia, inq; eo ſcriptum eſſe numerum puerperii eius: de quo diximus.

Locoꝝ quorũdã illuſtriũ collatio: cõtẽtioq; facta: ex oꝝonibus. C. Gracchi. &. M. Catonis. Caput III.

Ortis & uehemens orator exiſtimat̃ eſſe. C. Gracchus. nemo id negat: ſed qđ nõnullis uidet̃ ſeuerior: acrior: ampliorq; eſſe. M. Tullio ferri id qui poteſt? Legebamus adeo nup oꝝonem Gracchi de legibus promulgatis in qua. M. Mariũ: & quoſdã ex municipiis italicis honeſtos uiros uirgis per iniuriam cæſos a magiſtratibus populo Ro. quãtą maxime iuidia põt: cõqueritur. Verba hæc ſunt quæ ſup ea re fecit. Nup teanum ſidicinum conſul uenit. uxorẽ dixit in balneis uirilibus lauari uelle. Quæſtori ſidicino a. M. Mario datum eſt negocium: uti balneis exigeretur: qui lauabantur. uxor renunciat uiro parum cito ſibi balneas traditas eſſe: & parum lautas fuiſſe. Iccirco palus deſtitutus eſt in foro: eoque aduectus ſuæ ciuitatis nobiliſſimus homo. M. Marius ueſtimenta detracta ſunt: uirgis cæſus eſt. Caleni: ubi id audierunt: edixerunt nequis in balneis lauiſſe uellet: quum magiſtratus romanus ibi eſſet. Ferentini ob eandem cauſam prætor noſter quæſtores arripi iuſſit. Alter ſe de muro deiecit. Alter prehenſus: & uirgis cæſus eſt. In tam atroci re: ac tam miſera: atq; mœſta: iniuriæ publicæ conteſtatione: & quid eſt: qđ aut ampliter inſigniterq; aut lachrymoſe: atq; miſeranter: aut multa: copioſaq; inuidia: graui & penetrabili querimonia dixerit? breuitas ſane uenuſtas: & mundicies: orationis eſt: qualis haberi ferme in comœdiarum feſtiuitatibus ſolet. Item Gracchus alio in loco ita dixit. Quanta libido quantaq; intemperantia ſit hominum adoleſcentium: unum exemplum uobis oſtendam. His annis paucis ex Aſia miſſus eſt: qui per id tempus magiſtratum non cœperat: homo adoleſcens pro legato. is in lectica ferebatur. ei obuiam bubulcus de plebe uenuſina aduenit. & per iocum quum ignoraret: qui ferretur: rogauit num mortuum ferret. ubi id audiuit: lecticam iuſſit deponi. ſtuppis quibus lectica ligata erat: uſq; a deo uerberari iuſſit: dum animam efflauit. Hæc quidem oratio ſuper tam uiolento atq; crudeli facinore nihil profecto abeſt a quotidianis ſermonibus. at cum in ſimili cauſa apud. M. Tullium ciues romani innocentes uiri cõtra ius: cõtraq; leges uirgis cedunt̃: aut ſupplicio extremo necant̃: quæ ibi tũc miſeratio? quæ cõploratio? quæ totius rei ſub oculos ſubiectio? quod & quale iuidiæ: atq; acerbitatis fretũ efferueſcit? Animũ hercle meũ: quũ illa. M. Ciceronis lego: imago quædã & ſonus uerborũ: & uocũ: & eiulationũ circũplectit̃. uelut ſunt iſta: quæ de. C. Verre dicit: quæ nos: ut in præſens potuimus: quãtũ memoria ſuppeditabat: adſcripſimus. Ipſe inflãmatus ſcelere: & furore in forũ uenit: ardebãt oculi: toto exore crudelitas emanabat: expectabãt oẽs: quo tandẽ ꝓgreſſurus aut quid nã acturus eſſet: quũ repẽte hominẽ proripi: atq; in foro medio nudari: ac diligari & uirgas expediri iubet. Iam hæc medius fidius ſola uerba nudari ac diligari: & uirgas expediri iubet: tanti metus horroriſque ſunt: ut nõ narrari quæ geſta ſunt: ſed rẽ geri prorſus uideas. Graccus autẽ noſter nõ querẽtis: neq; iplorantis: ſed nunciantis uice: palus inqt in foro deſtitutus eſt: ueſtimenta detracta ſunt: uirgis cæſus eſt. Sed enĩ M. Cicero ꝑclare: cũ diutina repreſentatione: nõ cæſus eſt: ſed cædebat̃ inquit uirgis in medio foro meſſanæ ciuis romanus. Quũ interea nullus gemitus: nulla uox illius miſeri inter doloré: crepitũq; plagarũ audiebatur: niſi hæc: ciuis romanus ſum. hac cõmemoratione ciuitatis oꝝa uerbera depulſurũ: cruciatũq; a corpore deiecturũ arbitrabat̃: cõploratiõẽ deinde tam acerbæ rei: & odiũ in Verrẽ deteſtationẽq; apud ciues romanos incẽſe: atq; acriter: atq; inflãmanter facit: quũ hæc dicit. O nomen dulce libertatis. O ius eximiũ noſtræ ciuitatis. O lex portia: legeſq; ſemproniæ. O grauiter deſiderata: & aliquãdo reddita plebi romanæ tribunitia poteſtas. huccine tandẽ hæc oꝝa reciderũt: ut ciuis romanus in ꝓuincia populi ro. in oppido fœderatorũ: ab eo qui beneficio po. ro. faſces ac ſecuris haberet: deligatus in foro uirgis cæderet̃? quid quũ ignes ardẽteſque laminæ cæteriq; cruciatus admouebant̃? Si te acerba illius iploratio: & uox miſerabilis nõ leniebat: ne ciuiũ qdẽ romanoru: q tũ aderãt: fletu gemituq; maximo cõmouebare? Hæc. M. Tul. atrociter: grauiter: copioſe apteq; miſeratus eſt. Sed ſiqs eſt tã agreſti aure ac tã hiſpida: quẽ lux iſta & amœnitas oꝝonis: uerborũq; modificatio parũ delectat: amat autẽ priora iccirco: q; incõpta & breuia: & nõ operoſa: ſed natiua quadã ſuauitate ſũt: q; q; iis umbra & color q̃ſi opacæ uetuſtatis é: is ſiqd iudicii habet: cõſideret in cauſa pari. M. Catonis hoís antiqoris oꝝonẽ. Ad cuius uim & copiã Graccus nec aſpirauit. ítelliget (opinor) Catonẽ contẽtũ eloquẽtia ætatis ſuæ nõ fuiſſe: & id iam tũ facere uoluiſſe: quod Cicero poſtea perfecit. In eo nãq; libro: q de falſis pugnis ſcriptus eſt: ita de. Q. Thermo cõqueſtus eſt. Dixit a decẽuiris parũ ſibi bene cibaria curata eẽ. iuſſit ueſtimẽta detrahi: atq; flagro cædi: decẽuiros brutiani uerberauere. uidere multi mortales. Quis hãc contumeliã? quis hoc ſperiũ? qs hãc ſeruituté ferre põt? nemo hoc rex auſus eſt facere: eã ne fieri bonis bono genere natis boni cõſulitis? Vbi ſocietas? ubi fides maiorũ? inſignitas: iniurias: plagas: uerbera: uibices: eos dolores: atq; carnificinas per dedecus: atq; maximã ignominiã ſpectãtibus popularibus ſuis: atq; multis mortalibus te facere auſum eẽ? ſed quãtũ luctũ quãtũq; gemitũ. qd lachrymarũ: quãtũq; fletuũ factũ audiui: ſerui iniurias nimis ægre ferũt. qd illos bono genere natos: magna uirtute ꝑditos opinamini animi habuiſſe: atq; habituros: dum uiuent? Quod Cato dixit: brutiani uerberauere ne qui fortaſſe de brutianis requirat id ſignificat. Quũ annibal pœnus cum exercitu in Italia eſſet: & aliquot pugnas populus ro. aduerſas pugnauiſſet: primi totius Italiæ brutii ad Annibalem deſciuerunt. id romani ægre paſſi poſtq; Annibal italia deceſſit: ſuperatiq; pœni ſunt: brutios ignominiæ cauſa non milites ſcribebant: nec pro ſociis habebant ſed magiſtratibus in prouincias euntibus parere & præminiſtrare ſeruorum uicem iuſſerunt. Itaq; ii ſequebantur magiſtratus: tanq̃ in ſcænicis fabulis: qui dicebantur lorarii: & quos erãt iuſſi uinciebant: aut uerberabant. Quot autem ex brutiis erant: appellati ſunt brutiani.

Quod.P.Nigidius argutissime docuit noia nō positiua esse:sed naturalia. Caput IIII.

NOmina uerbaq; nō positu fortuito:sed quadam ui & ratione naturæ facta esse.P.Nigidius in grā maticis cōmentariis docet rem sane in philosophiæ disertationibus celebrē.quæri enim solitum apud philosophos φυσει τα ονοματα ἡ θεσει:idest natura ne noia sint an positu.in eam rē multa argumēta dicit: cur uideri possint uerba esse naturalia magis q̄ arbitraria: ex q̄bus hoc uisum est lepidū & festiuū.Vos inquit cū dicimus motu quodā oris cōueniēte cū ipsius uerbi demōstratione utimur: & labia sensim primores emouemus:ac spiritū:atq; animā porro uersum: & ad eos quibus cum sermocinamur:intēdimus.at cōtra quū dicimus nos neq; pfuso intētoq; flatu uocis:neq; plectis labris pronūciamus:sed & spiritū & labia: quasi intra nosmetipsos coercemus:hoc idē fit in eo:quod dicimus: tu & ego:& tibi mihi.Nam sicuti quū annuimus:& abnuimus:motus quidē ille uel capitis:uel oculorū a natura rei:quā significat nō abhorret:ita in his uocibus quasi gestus quidā oris & spiritus naturalis est,eadē ratio est in græcis quoq; uocibus:quā esse in nostris animaduertimus.

Auarus simplex ne uocabulū sit:an cōpositū & duplex:sicut.P.Nigidio uidet. Caput V.

AVarus nō simplex uocabulū:sed iunctū copulatūq; esse Nigidius dicit in cōmentariorū undetricesimo. Auarus inqt appellat:qui auidus æris est: sed in ea copula e inquit littera detrita est.Item locupletem ait dictū:ex compositis uocibus:qui pleraq; loca:hoc est qui multas possessiōes tenet. Sed probabilius id firmiusq; est:quod de locuplete dicit:nam de auaro ambigitur:cur enim non uideri possit ab uno solū uerbo inclinatum:quod est aueo,eadēq; esse factura:qua est amarus:de quo nihil dici potest:quin duplex non sit?

Mulctā dictā eē ab ædilibus.P.Appii cæci filiæ mulieri nobili q; locuta eēt petulātius. Caput VI.

NOn in facta modo: sed in uoces etiá petulantiores publice uindicatū est, ita enim debere esse uisa est romanæ disciplinæ dignitas inuiolabilis.Appii náq; illius cæci filia: a ludis quos spectauerat: exiens turba undiq; cōfluētis fluctuantisq; populi iactata est:atq; inde egressa:quū se male habitā diceret.Quid in me nunc factū esset inquit,quātoq; arctius pressiusq; conflictata essem: si Publius Claudius frater meus nauali prœlio classem nauiū cum ingenti ciuiū numero non perdidisset Certe quidem maiore nunc copia populi oppressa intercidissem: sed utinam inquit reuiuiscat frater: aliāq; classem in siciliam ducat:atq; istam multitudinē perditum eat: quæ me male nunc miseram cōuexauit.ob hæc mulieris uerba tam improba:ac tam inciuilia.C.Fundanius & Tib.Sempronius ædiles plæbei mulctā dixerunt ei æris grauis.xxv.milia. Id factum esse dicit Capito Atteius in cōmentario de iudiciis publicis bello punico primo:Fabio licinio:&.T.Acilio Crasso consulibus.

Fluminū quæ ultra imperiū romanū fluūt prima magnitudine esse nilū:secundū istrū: proxima rhodanum:sicut.M.Varronem memini scribere. Caput VII.

OMniū fluminū quæ in maria qua imperiū ro.est:fluunt:quā græci Την ἐισω θαλασσαν: idest interнū mare appellant maximū esse nilū consentit.proxima magnitudine esse istrum scripsit Salu.Varro autē quū de parte orbis:quæ Europa dicitur: dissereret:in tribus primis eius terræ fluminibus rhodanū esse ponit.per qd uidet eū facere istro æmulū.Istrus enī quoq; in europa fluit.

Inter ignominias militares:quibus milites coercebantur fuisse sanguinis dimissionē:& quænā esse uideatur causa huiuscemodi castigationis. Caput VIII.

FVit hæc quoq; antiquitus militaris animaduersio: iubere ignominiæ causa militi uenā solui: & sanguinē dimitti:cuius rei ratio in litteris ueteribus:quas equidē inuenire potui nō extat:sed opinor factū hoc primitus in militibus stupētis animi atq; a naturali habitu declinantis:ut non tam pœna:q̄ medicina uideretur.postea tamen ob pleraq; alia delicta idem factitatū esse credo per cōsuetudinem:quasi minus sani uiderentur omnes:qui deliquerunt.

Quibus modis:quoq; habitu acies Romana instrui solita sit:quæq; earum instructionum sunt uocabula Caput IX.

VOcabula sunt militaria:quibus instructa certo modo acies appellari solet:frons:subsidia: cuneus: orbis:globus:forfices:serra:alæ:turres.hæc & quædam item alia inuenire est in libris eorum qui de militari disciplina scripserunt.translata autem sunt ab ipsis rebus:quæ ita proprie nominātur earumq; rerum in acie instruenda sui cuiusq; uocabula imagines ostenduntur.

Quæ eius rei causa sit:q; & græci ueteres:& Romani annulum in eo digito gestauerunt:qui est in manu siniſtra minimo proximus Caput X.

VEteres græcos ánulum habuisse in digito accepimus siniſtræ manus:qui minimo est proximus. Romanos quoq; homines aiunt sic plerunq; annulis usitatos.causam esse huius rei Appion in libris ægyptiacis hanc dicit:q; insectis apertisq; humanis corporibus:ut mos in ægypto fuit: quas græci ανατομας.i.dissectiones appellant repertum est neruum quendam tenuissimū ab eo uno digito:de quo diximus:ad cor hominis pergere: ac peruenire. propterea non inscitum usum esse eū digitū potissimū tali honore decorandū qui continens & quasi cōnexus esse cum principatu cordis uideretur.

Verbum mature quid significat:quæq; eius uocis ratio sit:& q; eo uerbo uulgus hominum improprie utitur.atq; inibi q; præcox declinatum præcocis facit non præcoquis. Caput. XI.

MAture nunc significat propere:& cito:contra ipsius uerbi sententiam,aliud enim est mature:q̄ qđ dicitur propere.P.Nigidius homo in otium bonarū artium disciplinis egregius:Mature inquit ē: quod neq; citius est:neq; serius:sed medium quiddā:& temperatū ē.Bene atq; proprie Nigidius.

nam & ī frugibus:& in pomis matura dicunt:quæ neq; cruda & īmitia sunt:neq; caduca:& decocta:sed tem pore suo adulta:maturataq;.Quoniā aūt id quod non segniter fiebat:mature fieri dicebat: ꝓgressa plurimū uerbi significatio é:& nō iam:qd nō segnius:sed qd festinatius fit:id fieri mature dicit:quādo ea:q̄ præter sui tēporis modū properata sunt:īmatura uerius dicant.Illud uero nigidianū rei:atq; uerbi tēperamentū:diuus Augustus duobus græcis uerbis elegātissīme exprimebat.nā & dicere ī sermonibus:& scribere ī epistolis so litū esse aiunt:σπευδε βραδεως.i.matura.Per quod monebat ut ad rem agēdam simul adhiherē: & indu striæ celeritas:& diligētiæ tarditas.Ex qbus duobus cōtrariis fit maturitas.Virgilius quoq;: siqs animū attē dat:duo ista uerba properare & maturare:tanq̄ plane resonātia cōtraria scitissime separauit ī hisce uersibus.

Frigidus agricolam siquando cōtinet hymber: Multa forent quæ mox cælo properanda sereno

Maturare dat.Elegātissime ista duo uerba diuisit.nāq; in ꝓperatu rei rusticæ:ꝑ tēpestates pluuiasq; quādo ociū est:maturari potest.per serenas:quādo tempus instat: ꝓperari necessum est.quū significandū aūt ē coa ctius quid factū:& festinatius:tū rectius præmature factū id dicit:q̄ mature.sicut Afranius dixit ī togata: cui titulus nomen est.Appetis dominatū demēs præmature præcocē.In quo uersu aīaduertendū est:q; præcocē inqt:non præcoquē.est enim casus eius rectus:nō præcoquis:sed præcox.

De portētis fabularum:quæ Plinius secundus indignissīme in Democritum confert philosophū.& ibidē de simulacro uolucri columbæ. Caput XII.

Elebrum esse Democriti nobilissīmi philosophoꝝ de ui & natura chamæleontis:cūq; se legisse Pli nius secūdus ī naturalis historiæ.xxviii.refert:multaq; uana:atq; ītoleranda auribus. deinde q̄si a Democrito scripta tradit.ex qbus pauca hæc īuiti meminimus.quia ꝓtesum est. Accipitrē aūē ra pidissīmā a chamæleonte humi reptāte si eū forte supuolet:detrahi & cadere ui quadā in terrā:cæ teriscq; auibus laniādū sese sponte sua obiicere & dedere.Itē aliud ultra humanā fidē:caput & collū chamæleontis:si urat ligno:qd appellat robur:hymbres & tonitrua de repēte fieri.idq; ipm usu uenire:si ie cur eiusdē aīalis in summis tegulis urat.Itē aliud qd hercle an ponerē dubitaui: ita ē deridiculæ uanitatis:ni si iccirco plane posui q; oportuit nos dicere:qd de istiusmodi admirationū fallaci illecebra sentiremus:q̄ ple rūq; capiunt:& ad pernicīē elabūt īgenia maxime solertia:eaq; potissimū:quæ discēdi cupidiora sunt. sed re deo ad Plinīū.sinistrū pedē ait chamæleontis ferro ex igni calefacto torreri:cū herba quæ appellat eodē noie chamæleon:& utrūq; macerari unguēto:colligiq; in modū pastili.atq; in uas mitti ligneū & eū qui id uas fe rat:ēt si is ī medio palā uersē:a nullo uideri posse.His portētis atq; præstigiis a Plinio secūdo scriptis: non di gnū esse cognomine Democriti puto.Vel illud quale ē:qd idē Plinius ī decimo libro Democritū scripsisse af seuerat:aues quasdā esse certis uocabulis:& eaꝝ auiū confuso sanguīe gigni serpentē: eū siqs ederit:līguas aui um:& colloqa ītерpretatuꝝ.Multa aūtē uident ab hominibus istis male solertibus huiuscemodi cōmenta ī Democriti nomen data nobilitatis auctoritatisq; eius ꝓfugio utentibus.Sed id quod Archytam pythagori cum cōmentū esse:atq; fecisse tradit.neq; minus admirabile:neq; tamē uanū æque uideri debet. Nam & ple riq; nobiliū græcoꝝ:& Phauorinus philosophus memoriaꝝ ueterum exequentissīmus affirmatissime scri pserunt:simulacrum columbæ e ligno ab Archyta rōne quadā.disciplinaq; mechanica factū uolasse : ita erat scilicet libramentis suspensum.& aura spiritus īclusa:atq; occulta concitū.libet hercle super re tam abhorrē ti a fide ipsius Phauorini uerba ponere ἀρχυτασ ταραντινοσ φιλοσοφοσ ἀνα και μηχανικοσ: ων ἐποιη σε πτερυγα ξυλινην μετα μεν ην: ητισ ἐιποτε καθησειεν οὐκετι ἀνιστατο μεχρι γαρ τουτου.ideſt Archy tas tarantinus philosophus pariter & mechanichus uir columbam ligneam fecit uolantem:quæ si nonnun quā subsedisset:præterea non exurgebat hactenus enim.

Cum partim hominū:qua ratione homines dixerint. Caput XIII.

Artim hominū uenerunt plerūq; dicit:quod significat pars hominū uenit.i.quidam hoīes. nam partī hoc ī loco aduerbiū est.neq; ni casus īclinat. sicuti cū partim hominū dici potest.i.cū qbusdā hominibus:& quasi cū quadā parte hoīum.M.Cato in oīone de floria ita scripsit.Ibi ꝓ scorto fu it in cubiculū surrectitauit e conuiuio:cū partim illoꝝ:iā sæpe ad eundē modū erat. Imperitiores aūt:quū partim legunt tanq̄ declinatū sit:quasi uocabulū.nō dictū:quasi aduerbiū. Sed.Q.Clau dius.xxi.annali.īsolentius paulo hac figura est ita usus.eum enim cū partim copiis hominum adolescētium placentē sibi.Itē.Q.Claudii.xxiii.annali.uerba hæc sunt.Sed iccirco me fecisse:q; utrū negligētia partim ma gistratuum:num auaritia:an calamitate populi Romani:euenisse dicam:nescio.

Iniuria mihi factum itur quali uerborum ordine Cato dixerit. Caput XIIII.

Vdio illi iniuriam factum iri:audio contumeliam dictum iri:uulgo quoq; ita dici.& istā esse uer borum figuram iam in medio loquendi usu.iccirco exemplis supersedeo.Sed contumelia illi uel iniuria factum itur paulo est remotius.Exemplū igitur ponemus.M. Cato pro se contra.C. Cas sium.Atq; euenit ita quirites ut in hac cōtumelia:quæ mihi per huiuscemodi petulantiam factū itur:rei quoq; pub.mediusfidius miserear quirites.sicut autem contumeliam factum iri : signifi cat iri ad contumeliam faciendam:ideſt operam dari quo fiat contumelia:ita contumelia factum itur casu tantum immutato idem dicit.

De flaminis dialis.deq; flaminicæ cerimoniis.uerbaq; ex edicto prætoris apposita quibus dicit:nō coactu rum se ad iurandum:neq; uirgines Vestæ:neq; diales. Caput XV.

Erimoniæ īpositæ flamini diali multæ:itē cautus multiplices:quos ī libris q de sacerdotibus pu blicis cōpositi sunt.Itē ī Fabii pictoris libroꝝ primo scriptos legimus.unde hæc ferme sunt : quæ cōmeminimus.i.Equo dialē flaminē uehi religio ē.ii.Classem ꝓcinctam extra pomeriū.i.exerci /

tū armatū uidere:iccirco rarenter flamen dialis creatus consul est quum bella consulibus mandabantur.iii. Itē iurare dialē fas nunq̄ est.iiii.Itē annulo uti:nisi peruio cassoq; fas non ē.v.Ignē e flaminia.i.flaminis dialis domo nisi sacrum efferri ius nō est.vi.Vinctum si ædes eius itroierit:solui necessum ē.& uincula p̄ impluuiū i tegulas subduci:atq; ide foras in uiā dimitti.vii.Nodū in apice:neq; in cinctu:neq; alia i parte ullū habet.viii. Siqs ad uerberandū ducat̄:si ad pedes eius supplex p̄cubuerit:eo die uerberari piaculū ē.ix. Capillū dialis nisi q̄ liber hō ē:nō detonset.x.Caprā & carnē incoctā:& æderā:& fabā:neq; tāgere diali mos est:neq; noīare.xi. Propagines e uitibus altis p̄tentis nō succidet.xii.Pedes lecti in quo cubat:luto tenui circūlitos esse oportet, & de eo lecto trinoctiū cōtinuū nō decubat neq; i eo lecto cubare aliū fas est.neq; apud eius lecti fulcrū capsā esse cū strue.atq; ferro oportet.xiii.Vnguiū dialis:& capilli segmina subter arborē silicā terra operiunt̄.xiiii. Dialis quotidie festatus ē.xv.Ac sine apice sub diuo eē licitū nō ē:sub tecto uti libet : & nō pridē a pōtificibus constitutū. Massurius Sabinus scripsit & alia q̄dā remissa gratiamq; aliquot cerimoniarū factum dicit.xvi. Farinā ferméto imbutā attingere ei fas non est.xvii.Tunicā intimam.nisi in locis tectis nō exuit: ne sub cælo tanq̄ sub oculis Iouis nudus sit.xviii.Super flaminem dialem in conuiuio:nisi Rex sacrificulus:haud quispiā alius accumbit.xix.Vxorem si amisit:flaminio decedit.xx.Matrimonium flaminis nisi morte dirumpi nō est ius.xxi.Locū in quo bustū est:nunq̄ īgredit̄.xxii.Mortuū nunq̄ attingit:funus tamen exequi non est religio.Eædē ferme cerimoniæ sunt:quas flaminicas sacerdotissas dialis sehorsum aiunt obseruitare, ueluti est .i.Quod bene nato operitur.ii.Et q; uirica surculum de arbore silica habet .iii . Et q; scalas: quæ græce κλιμακίδα appellant̄:eas ascēdere ei plus tribus gradibus religiosum ē.atq; etiā.iiii.Quū it ad argeos.q; neq; comit caput.neq; capillū depectit.Verba prætoris ex edicto p̄petuo de flamīe diali:& de sacerdote Vestæ ascripsi. Sacerdotem uestalē.& flaminē dialem in omni mea iurisditione iurare non cogam.Verba.M.Varronis ex secundo rerum diuinarum super flamine diali hæc sunt.Is solus album habet galerum uel q; maximus est.uel q; Ioui immolata hostia albato fieri oporteat.

Quos errores Iulius Higinus i sexto Virgilii aiaduerterit i historia romana erratos. Caput XVI.

REpræhēdit Higinus Virgiliū correcturūq; eū fuisse existimat q̄d in libro sexto scriptū est. Palinurus ē apud īferos:petēs ab Aenea ut suū corpus requirendū:& sepeliēdum curet.Is hæc dicit.

Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram Iniice(nāq; potes)portusq; require uelinos.

Quo īquit modo aut Palinurus nouisse.aut nominare potuit portus uelinos? & Aeneas ex eo nomine locū inuenire? quū uelia oppidū:a quo portum:qui i eo loco est:uelinū dixit:Seruio Tullio regnante Romæ post annū amplius sexcētesimum.q̄ Aeneas in Italiam uenit : cōditum in agro Lucano: & eo nomine appellatū est? Nam qui ab Harpalo īquit, regis Cyri præfecto ex terra phocide fugati sunt:alii ueliam:partim massiliam condiderunt.Inscitissime igit̄ petit:ut Aeneas portum uelinū requirat.quū id nomen tempore fuerit nusquā gentiū.neq; simile inqt illud uideri debet:quod est in primo carmine.

Italiam fato profugus:lauinaq; uenit Littora.Aut quod æque est in.vi.libro. Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce. Quoniā poetæ ipsi q̄dā κατα προλῆψιν.i.p̄ anticipationē historiæ dicere ex sua p̄sona cōcedi solet.q̄ acta ipse postea scire potuit.sicut Virgilius sciuit de lauinio oppido:& de colonia chalcidensi.sed palinurus qui potuit id inqt scire:ea quæ post annos.dc.facta sunt:nisi quis eum diuinasse apud īferos putat. perinde ut animæ defunctoꝝ solent? Sed & si ita accipias:q̄q̄ non ita dicit̄: Aeneas tamen : qui nō diuinabat. quo pacto potuit requirere portū uelinum? cui nomen tunc:sicuti diximus:nullū usquā fuit. Itē hoc quoq; in eodē libro reprehendit:& correcturum fuisse Virgilium putat:nisi mors occupasset. Nam quum Theseā īquit : inter eos nominasset.qui ad inferos adissent:ac redissent:dixissetq;.Quid theseā? magnum quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue summo est:postea tamen refert.Sedet æternumq; sedebit īfœlix Theseus. Qui autem inquit fieri potest:ut æternum apud inferos sedebat:quem supra cum iis nominat. qui descenderint illuc:atque inde rursum euaserint.præsertim cum ita sit fabula de Theseo atq; sic Hercules eum euellerit e petra : & in lucem ad superos eduxerit. In his uersibus errasse Virgilium dicit.

Eruet ille agros: agamemnoniasq; micenas. Ipsumq; æacidem genus armipotentis achilli. Vltus auos troiæ : templa & temerata mineruæ. Cōfudit inquit & personas diuersas & tempora. nam neq; eodem tēpore:neq; per eosdē hoies:cū achæis:& cū Pyrrho bellatū ē.Pyrrhus enim qué dicit Aeaciden : de epyrrho in Italiam trāsgressus cū romanis depugnauit:aduersus Manīū Curiū in eo bello ducē.Argiuum autē bellū, ideſt achaicum multis post annis a.L.Mumio imperatore gestū est.potest inquit igit̄ medius eximi uersus: qui de Pyrrho īportune īmissus est.qué Virgilius proculdubio exēpturus inquit fuit.

Quā ob causam:& quali modo Democritus philosophus luminibus oculoꝝ sese priuauerit. & sup ea re uersus Laberii pure admodū & uenuste facti. Caput XVII.

DEmocritū philosophū in monumētis græcæ historiæ scriptū est.uiꝝ præter alios uenerandū: auctoritateq; antiq̄ præditū luminibus oculoꝝ sua sponte se priuasse:q; existimaret cogitatōes: cōmentatōesq; animi sui in contēplandis naturæ rōnibus uegetiores:& exactiores fore:si eas uidendi illecebris:& oculoꝝ īpedimētis liberasset id factū eius:modūq; ipsum quo cæcitatem facile sollertia subtilissima consciuit Laberius poeta in mimo qué inscripsit rectioré : uersibus quidem satis munde: atq; graphicæ factis descripsit:sed causam uolūtariæ cæcitatis finxit aliā uertitq; in eā rem:quā tum agebat : nō incōcinniter.est enim persona:quæ hoc apud Laberium dicit diuitis auari & parci sumptum plurimum ασωτιάπτα.ideſt luxumq; & popinationem adolescentis filii deplorantis.Versus laberiani hi sunt.

Democritus abderites physicus philosophus clipeū Constituit contra exortū hiperionis:oculos Effoderet ut posset splēdore æreo:ita radiis Solis acié effodit luminis:malis bene Esse:ne uideret ciuibus,sic ego.

Fulgéti splẽdore ĩ pecuniã uolo Lucificare exitũ ætati meæ. Ne in re bona uideã esse nequã filium.

Historia de Artemisia,deq; eo certamine:quod apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus inclytis decertatum est. Caput XVIII.

ARtemisia Mausolũ uirũ amasse ferũ supra omnis amorẽ fabulas:ultraq; affectionis humanæ fidẽ. Mausolus aũt fuit:ut.M.Tullius ait:rex terræ cariæ,ut qdã græcarũ historiarũ scriptores dicũt: puinciæ græciæ p̃fectus qué σάτραπην .i.ducé.ac præsidé græci uocãt.Is Mausolus ubi fato pfunctus é:& iter laméta & manus uxoris funere magnifico sepultus é: Artemisia luctu atq; desiderio mariti flagrãs ossa:cineréq; eius mixta odoribus:cõtusaq; ĩ pulueris faciẽ aquæ indidit:ebibitq;. multaq; alia uioléti amoris ĩdicia feciss̃e dicit̃.molita quoq; ẽ ĩgenti ipetu opis cõseruãdæ mariti memoriæ causa : sepulchrum illud memoratissimũ:dignatũq; numerari iter septẽ oĩum terrarũ spectacula.Id monumentũ Artemisia cũ diis manibus sacris Mausoli dicaret:agona.i.certamẽ laudibus eius dicundis facit,ponitq; p̃mia pecuniæ:aliarũq; rerũ bonarũ amplissima ad eas laudes decertãdas,uenisse dicunt̃ uiri nobiles ingenio:atq; lingua p̃stabili Theopõpus:Theodectes:Naucrites,sunt ét q Isocratẽ ipm cũ iis certauisse memoriæ mãdauerit. sed eo certamine uicisse Theopõpũ iudicatũ é.Is fuit Isocratis discipulus,extat nunc quoq; Theodecti tragœdia:quæ inscribit̃ Mausolus ĩ qua eũ magis q̃ in prosa placuisse Higinus in exẽplis refert.

Non purgari:neq; leuari peccatũ:quũ prætendit̃ peccatorẽ:quæ alii quoq; peccauerũt:similitudo:atq; inibi uerba ex oõne sup ea re Demosthenis. Caput XIX.

ANcessebat:quempiã Taurus philosophus seuera atq; uehemẽti obiurgatõe adolescentẽ a rhetoribus & facũdiæ studio:ad disciplinas philosophiæ trãsgressum:q; factũ qddã ab eo diceret inhoneste & ĩprobe,at ille nõ ibat ificias feciss̃e:sed id solitũ esse fieri defendebat,turpitudinẽq; delicti:exẽploꝝ usu:& cõsuetudinis uenia deprecabat̃,atq; ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritatior: homo inqt stulte & nihili:si te a malis exẽplis auctoritates & rõnes philosophiæ nõ abducũt : ne illius qdem Demosthenis uestri snĩa tibi ĩ mentẽ uenit? q̃ qa lepidis:& uenustis uocũ modis uincta é : q̃si quædã cantiléa rhetorica facilius adhærere memoriæ tuæ potuit,ná si me inqt nõ fallit:qd̃ quidẽ in primiori pueritia legerim:uerba hæc sunt Demosthenis aduersus eũ:q (ut tu nũc facis) peccatũ suũ:peccatis alienis exemptũ:purgatũq; ibat.σὺ δὲ μὴ λεγέως γεγόνεν οὕτω πολλακισ.ἀλλως αὐτὸ προσηκει γιγνέσθαι.δυγάρειτι πω/πότε.μὴ κατα τουσ νόμουσ επραχθη.σὺ δέ του τοεμι.μησω.διατουτο αποφυγδισ αν δικαιως αλλα πολλῶ μαλλον.ἀλισκοίδ.ὡσπερ γαρ εἰτισ εαλω.σὺ ταυτα δυκαν.εγραψασ ουτὼσ αν συνυν αλωσ. αλλόσου γραφει.idest uerꝝ ne dicas sic esse actũ sæpenumero:sed hoc fieri sic decere.Non enim siqd aliquãdo contra leges actum iam est:tuq; id secutus es propterea iure queas euadere : quinimmo eo magis iccirco in te debeat statui:ut enim si prius in aliqué foret animaduersum:tu minime hæc scriberes,ita si ipse in præsentia punieris:nequaquã deinceps alius scribet.Sic Thaurus omnium suasionum : admonitionumq; genere utens sectatores suos ad rationes bonæ inculpataeq; indolis ducebat.

Quid sit rogatio:quid lex:qd plebiscitũ:quid priuilegiũ: & quãtũ omnia ista differant. Caput XX.

VEri audio qd lex sit:qd plebiscitũ,quid rogatio,qd priuilegiũ.Atteius capito publici priuatiq; iuris ꝑitissimus:qd lex eẽt hisce uerbis definiuit.Lex inqt ẽ generale iussum populi:aut plebis rogãte magistratu.Ea definitio si ꝑbe facta ẽ neq; de ĩperio Cn.Põpeii:neq; de reditu.M.Ciceronis,neq; de cæde.P.Clodii q̃stio:neq; alia id genus populi plebisue iussa leges uocari possunt.Nõ sunt.n. generalia iussa:neq; de uniuersis ciuibus:sed de singulis cõcepta,quocirca priuilegia potius uocari debẽt:qa ueteres priua dixerũt: q̃ nos singula dicimus quo uerbo Lucilius ĩ prĩo satyraꝝ libro usus é . Abdomina thynnia ueniẽtibus priua dabo cephaleãq; carnẽ.Plebé autẽ Capito ĩ eadẽ definitõe sehorsum a populo diuisit:quoniam in populo omnis pars ciuitatis:omnesq; eius ordines cõtineant̃.Plebs uero ea dicit̃: in q̃ gentes ciuiũ patriciæ nõ ĩsunt.Plebiscitũ igit̃ est:secundũ eum Capitonẽ lex: quã plebes nõ populus accipit: sed totius rei:iurisq; siue quũ populus:siue quum plebs rogatur:siue qd̃ ad uniuersos ꝑtinet:caput ipsum & origo:& q̃si foris ratio est.Ista enĩ oĩa uocabula cẽsent̃ cõtinenturq; rogatõis prĩcipali genere : & noie, ná nisi populus:aut plebs rogetur:nullum plebis:aut populi iussum fieri potest.Sed q̃q̃ hæc ita sunt:in ueteribus tamen scriptis non magnam uocabulorum istorum differentiam esse animaduertimus,nam & plebiscita : & priuilegia translato nomine leges appellauerunt:eademq; confuso & indistincto uocabulo rogationes dixerunt.Salu.quoq; proprietatum in uerbis retinentissimus consuetudini concessit: & priuilegium qd̃ de Cn. Pompeii reditu ferebatur.legem appellauit.Verba ex secunda eius historia hæc sunt.. Nam Syllam cõsulem de reditu eius legem ferentem ex composito tri.pleb.C.Herennius prohibuerat.

Quá ob cãm.M.Cicero his oĩo uerbis nouissime & nouissimus uti obseruatissime uitarit. Caput XXI.

NOn paucis uerbis:quorum frequens usus est nunc:& fuit.M. Ciceronem noluisse uti manifestũ est:q; ea non probaret:uelut est nouissimus:& nouissime.Nam quum &.M.Cato:& Salustius:& alii quoq; ætatis eiusdem uerbo isto promiscue usitati sint: multi etiam non indocti uiri in libris id suis scripserunt:abstinuisse eo tamen tanq̃ non latino uidetur. Quoniam qui doctissimus eorum temporũ fuerat:Lælius illo ut nouo:& improbo uerbo uti uitauerat, propterea id.M. quoq; Varronis ex libro de lingua latina ad Ciceronem,vi.demonstrandum putaui.Quod extremum inqt dicebatur:ẽ dici nouissimũ cœptum uulgo:quod mea memoria:ut Lælius:sic senes alii q; nimiũ nouũ esset uerbũ:uitabant,cuius origo:ut a uetere uetustius & ueterrimum:sic a nouo declinatũ nouius: & nouissimũ.

Locus exemptus ex Platonis libro q̃ iscribit̃ gorgias:de falsæ philosophiæ ꝑbris:qbus philosophos temere icessuit:q emoluméta uera:philosophiæ ignorant. Caput XXII.

Plato ueritatis homo amicissimus.eiusq; oibus exhibendæ promptissimus quæ oio dici possint
in desides istos:ignauosq; q obtentu philosophiæ nominis:iutile ociũ:& linguæ : uitæq; tenebras
sequunť:ex psona qdem nõ graui:neq; idonea.uere tamen ĩgenuæq; dixit.Nã & si Callices:quem
dicere hæc facit:uere philosophiæ ignarus:inhonesta:ĩdignaq; in philosophos confert perinde ta
men accipienda sunt:quæ dicunť:ut nos sensim moneri ĩtelligamus:ne ipsi quoq; culpatiões hu/
iuscemodi mereamur:neue inerti inaniq; desidia cultum & studium philosophi metiamur. Verba ipsa sup
hac re Platonis ex libro:qui appellatur gorgias:quoniã uertere ea consilium non fuit:quum ad proprietates
eorum nequaquã possit latina oratio aspirare:ac multo minus etiã mea.φιλοσόφια γάρ τοί ἐςιν ὦ σώκρα/
τεσ χαριεν:ἐαντισ αυτου μετριωσ ἅψηθαι.ἐν τῆ ἡλικια ἐαν δε περαιτερῶ του δεοντοσ ἐν διατριψῇ.δια
φθορα των ανθρώπων.εαν γαρ και πανυ ευφυης ἡ.και πόρρω της ηλικιας φιλοσοφη.αναγκη παν των
απειρον γεγονεναι εςιν.ων χρη εμπειρον ειναι.θον μελλονθα καλον.καγαθον και ευδοκιμον εσεσθαι αν
δρα.και γαρ των νομων απειροι γιγνονται των κατα την πολιν.και θων λογων οις δει χρωμενον ομιλει
νεν.θοις συμβολαι οισ τοις ανθρωποις:και ηδια και δημοσια.και των ηδον ωντε.και επιθυμιων των
ανθρωπειων.και συλληβδην των ηθων παντάπασιν απειροι γιγνονται.επειδαν ουν ελθωσιν εις τινα
διαν η πολιτικην πραξιν.καταγελασθοι γιγνονται.ωσπεργε οιμαι οι πολιτικοι επειδαν αυ εις τασ
υμετερασ διατριβασ ελτωσι.και τουσ λογους καταγελασθοι εισι.συμβαινει γαρ το του ευριπιδου
λαμπρος τε εςιν εκαςοσ ενθουθω:και επι τουτεπειγεται νεμων το πλειςον η μερασ τουτω ιναυτοσ αυ
του τυγχανη βελτιςοσ ων.οπου δαν φαυλοσ η.εντευθεν φευγει.και λοιδορει τουτο.το δετερον επαι/
νει ευνοια τη εαυτου:ηγουμενοσ ουτωσ αυτοσ εαυτον επαινειν.αλλοιμαι το ορθοτατον εςιν.αμφοτε
ρων μετασχειν φιλοσοφιασ μεν οσον παιδειασ χαριν.καλον μετεχειν.και ουκ αισχρον μειρακιω οντι
φιλοσοφειν.επειδαν δε ηδη πρεσβυτεροσ ων ανθρωπωσ ετι φιλοσοφη: καταγελαςον ω σωκρατεσ το
χρημα γιγνεται.και εγωγε ομοιοτατον πασχω προσ τουσ φιλοσοφουντασ ωσ περ προσ τουσ ψελ/
λιζομενουσ.και παιζοντασ οταν μεν γαρ παιδιον ιδω.ω ετι προσηκει διαλεγεσθαι ουτω ψελλιζομε/
νον και παιζον.χαιρω τε.και χαριεν μοι φαινεται.και ελευθεριον.και πρεπον τη του παιδι ου ηλικια ο/
ταν δε σαφωσ διαλεγομενου παιδαριου ακουσω πικρον τι μοι δοκει χρημα ειναι και ανιαμου τα ω
τα και μου δοκει δουλοπρεπεσ τι ειναι οταν δε ανδροσ ακουσητισ ψελλιζομενου η παιζοντα ορα κα/
ταγελαςον ον φαινεται.και ανανδρον.και πληγων αξιον.ταυτον ουν εγωγε τουτο πασχω.και προσ
τουσ φιλοσοφουντασ.περι νεω μεν γαρ μειρακιω ορων φιλοσοφιαν αγαμαι.και πρεπειν μοι δοκει.
και ηγουμαι ελευθερον τινα ειναι του τον τον ανθρωπον.τον δε μη φιλοσοφουντα.ανελευθερον και ου
δεποτε ουδενοσ αξιωσ αντα εαυτον.ουτε καλου ουτε γενναιου πραγματοσ.οταν δε δη πρεσβυτε/
ρον ιδω ετι φιλοσοφουντα και μη απαλλαττομενον πληγων μοι δοκει ιδη δεισθαι ω σωκρατεσ ου/
τοσ ο ανηρ ο γαρ νυν ηδη ελεγον.υπαρχει τουτω τω ανθρωπω.καν πανυ ευφυησ η ανανδρω γενεσθαι.
φευγοντι τα μεσα τησ πολεωσ και τασ αγορασ εν αισ εφη ο ποιητησ.τουσ ανδρασ αριπρεπεισ γινε/
σθαι.καταδεδικοτι δε τον λοιπον βιον βιωναι μετα μειρακιων εν γωνια τριων η τετταρων ψιθυριζοντα
ελευθερον δε και μεγα και ικανον.μηδεποτε φθεγξασθαι:εγω δε ω σωκρατεσ προσ σε επιεικωσ εχω.και
φιλικωσ.κινδυνευω ουν πεπονθεναι νυν ο περ ο ζηθοσ προσ τον αμφιωνα ο ευριπιδου ουπερ εμνησθην
και γαρ εμοι τοια υθτα επερχεσθαι προσ σε λεγειν οια περ εκεινοσ προσ τον αδελφον οθι αμελεισ ω σω
κρατεσ ων δει σε επιμελεισθαι και φυσιν ψυχησ ωδε γενναιαν μειρακιω δει τινι διαπρεπεισ μορφωμα
θι.και ουθαν δικησ βουλαισι μροσθειοσαν ορθωσ λογον ουθεικοσαν και πιθανον αν λαβοισ ουθυπερ αλ
λου νεανικον βουλευμα βουλευσαιο:και θοιω φιλε σωκρατεσ και μοι μηδεν αχθεσθησ:ευνοια γαρ ερω
τησ η ουκ αισχρον δοκεισ οι ειναι ουθωσ εχειν.ωσ εγω σε οιμαι εχειν.και θουσ αλλουσ τουσ πορρω αει φι
λοσοφιασ ελαφνονθασ.νυν γαρ ει τισ σου λαβομενοσ:η αλλο οτου ουν των τοι ουτων εισ το δεσ μω
τηριον απαγοι.φασκονα δικειν μηδεν αδικουντα οιοθοι ουκ αν εχοισ οτι χρησαιο σαυτω αλλι λιγ
γιωησαν.και χασ μωο ουκ εχων οτι ε ποισ.και εισ θο δικαςηριον αναβασ κατηγορου θυχων πανυ φα
υλου και μοχθηρου.αποτανοισαν ει βουλοι το θανατου σοι τιμασθαι.και τοι πωσ σοφον τουθο εςιν ω
σωκρατεσ.ει τισ ευφυη λαβουσα τεχνη φωτα.εθηκε χειρονα.μητε αυτον αυτω δυναμενον βοηθειν μη
δεκσωσαι εκ των μεγισ των κινδυνων.μηθε εαυτον μητε αλλον μηδενα.υπο δε των εχθρων περισυ/
λασθαι πασαν την ουσιαν.αθεχνωσ δε αθιμον ζην εν θη πολει θον θοιουθον.εθι και αγροικο τερον ειρη/
σθαι εξεσθιν επι κορρησ θυπθονθα μη διδοναι δικην αλλω αγαθε εμοι πειθου.παυσαι δε ελλεγχων.
πραγματων δε ευμουσιαν ασκει.και οποθεν δοξεισ φρονειν.αλλοισ θα κομψα.ταυθαφεισ.ειθεληρηματα
θα χρηφαναι ειναι ειθε φλυαριασ:εξων κενοισιν εγκαθοικησ εισ δομοισ.ζηλων ουκ ελεγχοντασ.αν/
δρασ τα μικρα θαυθα.αλλοισ εςτι και βιοσ και δοξα και αλλα πολλα αγατα. Idest Philosophia sa
ne o Socrates res est elegans : si modice quispiam per ætatem attigerit: at si supra modum tempus in ea
contriuerit:hominum est corruptela.nam siquis uel amœno sit acrique ingenio: ultraque ætatem philoso/
phetur.necessum est eum rerum omnium esse imperitum . quarum usu calleat oportet quisquis honestus
probusque est futurus. Legum enim ciuilium peritia & orationis uacat quibus in actionibus ac commer/
ciis:cum hominibus:tum priuatim:tum publice uti conuenit.uoluptatum item atq; cupiditatum humana
rum:& morum euadunt prorsus insolentes.Quum itaq; in ullam quãpiam incidunt priuatam : publicãue
actionẽ:habentur derididiculi perinde:ac uiri ciuiles ipsi:ubi uestra adeunt studia:& disputationes irridentur.
Accidit iis enim illud Euripidis.Qua in re clarus quisq; est:ad eam properat.& diei partem illi plurimã im/
pertit:in qua ipse se exuperet contra in qua stupidior ac nihil sit:inde effugit:eamq; contẽnit. Alterã uero sui
beniuolentia cõmendat:arbitrãs ita sese laudare.Sed præstat(sicuti opinor)utriusq; esse participem Philoso/

phiæ inquã:quoad illius honestas sinit:disciplinæ gratia cõpotem fieri.neq; turpe habetur adolescẽtem p hi/losophari.at quum grãdis iam natu philosophatur:ridicula res o Socrates geritur.atq; equidẽ ita penes phi/losophantes afficior:ueluti erga balbutientes:ludentesq;.Quum enim puerulum uideam.cui decorum ad/huc est:sic lingua balbutientẽ:ac laudentem demulceor.rescq; mihi quidem festiua & liberalis uidet: pueri/liq; ætati congruens.Quod si uolubiliter puerulum loquẽtem audiã:acerba quæpiam res mihi oboritur.& aures meæ molestia afficiunt.uideturq; nescio quid esse seruile.At siquis uirum audierit balbutientem: aut ludẽtem uideat:res uidet & deridẽda & puerilis:& deniq; digna uerberibus.Ita equidem afficior sane eoꝛ q philosophantur ratione.Vbi enim in adolescente philosophiam aspicio:oblector:exosculorq;.& id mihi ui/det perdecere.ingenuum quoq; ac liberalem hunc esse hominem iudico.econtrario si non philosophatur il liberalem & sese nunquã re ulla dignum uel honesta uel ingenua arbitrantem.Verum quum seniorem iam hominem philosophantem adhuc necdũ facientem finẽ persentio uerberibus egere cõmodum uir ille mi/hi uidet.Quod enim modo dixi:id homini isti accidit,ut etsi sit admodum ingeniosus: uilis atq; abiectus ef ficiatur:quum mediã ciuitatem forũq; defugiat.In quo poetam inquit uiros excellere.Abdat se uero & uitæ reliquum cum adolescentulis tribus:aut quatuor degat:in angulorum aliquo cõmurmurans.ingeniũ autẽ quicquã magnum dignum haud unquã loquatur.Equidem o Socrates pro mea erga te beniuolentia: atq; humanitate uideri mihi uideor affici in præsentia eodem modo quo Zetus respectu Amphionis: apud Eu/ripidem:cuius modo mentionem feci.Etenim mihi quoq; eiusmodi quædam tecum ut fabuler,in mẽtem uenit:qualia cum fratre ille.neglectui habes o Socrates ea quæ debes curare animiq; naturã tui usq;adeo no/bilem puerili quodam ornamento condecoras.neq; foro senatuiue oratiõis quicquam recte affers.neq; pro babilem.aut consentientem ullã rationem inuenisti:neq; uero pro aliis cõsilium integrum cœpisti.atq; ami/ci Socrates:quod ægre non feras uelim.loquor enim tua causa:summa cum beniuolentia.An tibi nõ turpe uideatur:ita te gerere,ut ego te habere existimo:& cæteros qui ultra iustum pergant philosophari? nam si/quis te nunc:aut alium eiusmodi quemlibet ad carcerem rapiat:iniuriam te quidem intulisse arguens: q cul pa omnino uaces.nosti ne te minime habiturum quonam te pacto tuearis.Sed uertigine uexeris:ac consilii inops oscites quid dicas:quid agas.In iudicio item suggestum conscendẽs si improbus admodum ac nequã aduersarius tuus:sit mori de facili queas:si te ille capitali deferat crimine.Verum quonã pacto Socrates hoc sapientis fit.siqua ars aliquem præstantem ingenio uirum nacta:deteriorem illum effecerit? qui neq; sibiipi auxilio esse possit:periculisq; extremis liberare neq; se:nec alium quenquã.Sed ab inimicis bonorum omniũ facultate spoliari necesse sit.& palam quidem infœlicem degere,liceat enim:q̃q̃ agrestius:uera dicere:siquis i genam te percusserit.pœnas non det.Sed heus uir bone mihi obtempera:atq; a redargutiõibus istis te absti ne,rerumq; elegantiam cole.& eam sane unde recte sentire uideare:aliis missa faciens ista arguta:siue delira/menta:siue nugalia deceat appellare:quibus efficiatur ut domos inanes habites:atq; sequens non eos:qui exi gua ista reprehendunt:sed illos potius a quibus & facultates:& gloria & bona alia permulta possident. Hæc Plato sub persona quidem:sicuti dixi non proba: sed cum sensu tamen:intelligẽtiæq; cõmunis fide: & cum quadam indissimulabili ueritate disseruit.Non de illa scilicet philosophia:quæ uirtutum omnium discipli/na est.quæq; in publicis simul & priuatis officiis excellit:ciuitatesq; & rẽpu.si nihil prohibeat: constanter & fortiter:& perite administrat:sed de ista futili:atq; puerili meditatione argutiaꝝ:nihil ad uitã: neq; tuẽdam: neq; ordinandã promouente.qua id genus hoies consenescunt male feriati:quos philosophos esse & uulgus putat:& is putabat:ex cuius persona hæc dicta sunt.

Verba ex oratione.M.Catonis de mulieꝝ ueterum uictu:& moribus:atq; inibi quod fuerit ius marito in adulterio uxorem deprehensam necare. Caput XXIII.

QVi de uictu atq; cultu po.ro.scripserunt:mulieres Romæ atq; in latio ætatem abstemiam egisse: hoc est uino semper:quod temetum prisca lingua appellabatur:abstinuisse dicunt:institutumq; ut cognatis osculum ferrent:repræhendendi causa:ut odor iudicium faceret si bibissent. Bibere autem solitas ferũt lauream:passum:murrinam:& quæ id genus epotant: potu dulcia. Atq; hæc quidem in iis quibus dixi libris peruulgata sunt.Sed.M.Cato non solum existimatas: sed mulcta tas quoq; a iudice mulieres refert:non minus si uinum in se:q̃ si probrum & adulterium admisissent. Verba M.Catonis adscripsi ex oratione quæ inscribitur de dote.in qua id quoq; inscriptum est.In adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis necare.Vir inquit quum diuortium facit mulieri iudex pro censore est.Impe/rium quod uidetur habet:siquid peruerse:tetreq; factum est a muliere:mulctatur:si uinum bibit.si cum alie no uiro probri quid fecit.condemnatur.De iure autem occidendi ita scriptum est. In adulterio uxorem tuã si prehendisses:sine iudicio impune necares.Illa te(si adulterares)digito nõ auderet cõtingere: neq; ius est.

Die pristini:& die crastini:& die quarti:& die quinti,qui elegantius locuti sunt dixisse:non ut ea uulgo di/cuntur nunc. Caput XXIIII.

DIe quarto:& die quinto:quod græci εἰσ τετάρτην καὶ πεμπτην.Idest quartam.& quintã dicunt: ab eruditis quoq; dici audio:& qui aliter dicit pro rudi atq; indocto hospicitur.Sed.M.Tullii æta te ac supra eam:non opinor:ita dixerunt.die quinte enim & die quinti pro aduerbio copulate di/ctum est.& secunda in ea syllaba correpta:Diuus etiam augustus:memoriarum ueterum exequẽ tissimus:linguæ latinæ non nescius:mundiciarum patris sui in sermonibus sectator:in epistolis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est.Is autem erit perpetuæ ueterum cõsuetudinis demonstrandæ gratia:uerba solẽnia prætoris ponere:quibus more maiorum ferias concipere solet: quæ appellantur com/pitalia,ea uerba hæc sunt.Die noni populo romano quiritibus compitalia erunt,quãdo concepta fuerint ne/

fas.Dienoni prætor dicit:non die nono:neq; prætor solum:sed pleraq; omnis uetustas sic locuta ē.Venit ecce illius uersus pomponiani in mentem:qui ex attellana:quæ Metui ascribitur.Dies hic sextus:quum nihil egi diequarte moriar fame.Suppetit etiam Celianū illud ex libro historiaꝝ secundo.Si uis mihi equitatum dare:& ipse cū cætero exercitu me sequi:diequinti Romæ in capitolium curabo tibi cœna sit cocta.Et historiam autem:& uerbū hoc sumpsit Celius ex origine.M.Catonis:in quo ita scriptum est. Igitur dictatorem Carthaginēsium magister equitum monuit:Mitte mecū Romam equitatum diequinti ī capitolio tibi cœna cocta erit.Extremam huius uocis syllabam:cū per e:tum per i scriptam legi. Nam sane q̄ consuetū ueteribus fuerat litteris iis plerunq; uti idifferenter.sicuti pristini:& pristine:procliue:& procliui: atq; alia itē multa hoc genus uarie dixerūt. Die pristini quoq; eodem modo dicebatur.quod significabat die pristino: idest priore: quod uulgo pridie dicitur: conuerso compositionis ordine:quasi pristino die.Atq; item simili figura die crastini dicebatur:idest crastino die:Sacerdotes quoq; populi Romani tunc:quum dicunt in diem tertium:die perindini dicunt.Sed ut pleriq; die pristini.Ita.M.Cato in oratione contra Purium: die proximi dixit.die quarto autem Cn.Martius homo impense doctus:in mimiambis præ eo dixit:quod nudiusquartus nos dicimus in his uersibus. Nuper die quarto ut recordor: & certe Aquarum urceum unicum domi fregit. Hoc igitur interierit:ut die quarto q̄dem de præterito dicamus:die quarte aut quarti de futuro.

Telorum:& iaculorum:gladiorumq; uocabula.atq; inibi nauium quoq; genera : quæ scripta in ueterum libris reperiuntur. Caput XXV.

Elorū:iaculoꝝ:gladiorūq; uocabula:quæ in historiis ueteribus scripta sunt. Itē nauigioꝝ quoq; genera & nomina libitū forte nobis est sedentibus in rheda conquirere.neq; itidē aliaꝝ ineptiaꝝ uacantē stupentēq; animū occupare. Quæ tum igit̄ suppetierant: hæc sunt. hasta: pilum: phalarica: semiphalarica: soliferrea gesa: lancea: spari: rumigestri:faces : tragulæ: frameæ : mesanculæ : cateiæ : rhumpheæ:scorpius: scibones:scilices:ueruta:enses:siccæ:machæræ:spatæ:lingulæ:pugiones:climaculæ.Dellingua quoniam est minus frequens admonendum existimo : lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum:in speciem linguæ factum.cuius meminit Neuius in tragœdia hesiona.uersum Neuii apposui. Sine mihi gerere morem uidear lingua:ueꝝ lingula. Item rhumphea genus teli est thracæ nationis.positūq; hoc uocabulū in.Q.Ennii ānali.xiiii. Nauiū aūt:quas reminisci tūc potuimus:appellatões hæ sunt: gauli:coruitæ:caudicæ:lōgæ:hippagies:cercuri:celoces:uel ut græci dicūt:celetis:lembus:oxiæ: remieculi : actuariæ:quas græci ιϖόποδσ uocāt:uel ἐπὶ πάρλαϖσ. psumiæ:uel gesoretæ:uel orioles: cattæ: scaphæ:pontones:nuctuciæ:mediæ:phaselli:parones:mioparões:litres:caupulica:mareplacidæcidaꝝ:ratariæ: catascopiū.

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Salustium:q; trasiretationem transgressum dixerit : & transgressos qui trasiretassent. Caput XXVI.

Asinio Pollioni in quadā epistola:quā ad Plancū scripsit : & quibusdā aliis.C. Salustius iniq; dignus nota usus est:q; in primo historiaꝝ:maris transitū:trāsmissumq; nauibus factū transgressum appellauit.eosq; qui fretū transmiserāt:quos trāsiretasse dici solitū est:trāsgressos dixit.uerba ipsa Salustii posuit.Itaq; Sertorius leui præsidio relicto in mauritania:nactus obscurā nocte: æstu secundo:furtim aut celeritate uitare prœliū in transgressu conatus é.ac deinde infra ita scripsit. Trāsgressos omnis recipit mons præceptus a lusitanis.Hoc igit̄ & minus proprie & a nullo graui auctore dictū aiunt. Nā transgressus inqt & ingressus:a trāsgrediendo dicunt̄ idq; ipsum ab ingressu:& a pedū gradu appellatū est. iccirco uerbū trāsgredi cōuenire nō putauit neq; uolātibus:neq; serpētibus:neq; nauigātibus:sed iis solis qui gradiunt̄:& pedibus iter emetiunt̄. ꝓpterea negant apud scriptorē idoneū:ut nauiū trāsgressum reperiri posse: ut pro trāsfretatōe trāsgressum.Sed quæro ego:cur nō sicuti cursus nauiū recte dici solēt:ita trāsgressus etiā nauibus factus dici possit:præsertim cū breuitas tam angusti freti:quod terrā africā hispaniāq; interfluit: elegantissimæ transgressionis uocabulo:quasi paucoꝝ graduū spatium definita sit.Qui auctoritatē autē requirūt: & negant dictū ingredi:transgredi ue in nauigātibus:uolo uti respondeant quantū existimēt interesse:ingredi:atq; ambulare:atq Cato ī libro de re rustica.Fūdus inqt eo ī loco habēdus é:ut & oppidū ꝓpe amplū sit: & mare aut amnis:q̄ naues ambulāt.Appetitas porro huiuscemōi trāslatões:habitasq; eē ꝓ honestamētis oronis:Lucretius quoq; testimoniū in hac eadē uoce dicit.In quarto enim libro clamorē per arterias: & per fauces gradientem dicit.quod ē nimio confidentius:q̄ illud de nauibus Salustianū.Versus Lucretii hi sunt.

Corporeā quoq; enim uocem constare fatendum est: Præter radit enim uox fauces sæpe.facitq;
Et sonitum:quoniam possunt impellere sensus. Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Præterea Salustius in eodem libro:nō eos solum qui nauibus ueherētur:sed & scaphas quoq; nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui : Earum aliæ paululum progressæ:nimio simul & incerto onere: quum pauor corpora agitauerat:deprimebantur.

Historia de popu.ro.deq; populo punico:q; pari ꝓpemodū uigore fuerint æmuli. Caput XXVII.

IN libris ueteribus memoria extat:q; par fuit quondā uigor:& acritudo : amplitudoq; po.ro. atq; pœni:nec īmerito existimatū.Nam cū aliis quidē populis de uniuscuiusq; reip. cū pœnis autē de oīum terraꝝ iperio decertatū est.Eius rei specimē est in illo utriusq; populi uerbo factū.Quū.Q. Fabius iperator Romanus dedit ad Carthaginēses epistolā:ibi scriptū fuit: populū Romanū mississe ad eos hastā & caduceū signa duo belli aut pacis:ex quis utrū uellent eligere. quod elegissent: id unū ut esse missum existimarēt.Carthaginēses responderūt:neutraꝝ sese eligere:sed posse q̄ attulissent:utrū mallēt reliquere:qđ reliqssent:id sibi ꝓ lecto futuraꝝ.M.Varro aūt nō hastā ipsam:neq; ipsum caduceum missa dicit:sed duas tesserulas:in quaꝝ altera caduceum:in altera simulacra hastæ fuerūt incisa.

De ætatũ finibus:pueritiæ:iuuẽtæ:senectæ ex Tuberonis historia sumptũ. Caput XXVIII.

TVbero in historiarum primo scripsit Seruium Tullĩ regẽ populi romãi:quum illas quinq; classes iunioꝝ census faciendi gratia instituerẽt.pueros esse existimasse:qui minores essent annis septendecim. Atq; inde ab anno septimodecimo:quos idoneos iam esse reipu.arbitrarẽt. milites scripsisse.eosq; ad ánum quadragesimũ sextũ iuniores:supraq; eũ annũ seniores appellasse. Eam rem propterea notaui:ut discrimina:quæ fuerũt indicio:moribusq; maiorum pueritiæ:iuuentæ:senectæ ex ista censione Seruii Tullii prudentissimi regis nosceretur.

Quod particula atq; nõ cõplexiua tantũ sit:sed uim habeat plusculã uariãq;. Caput XXIX.

ATq; particula a grãmaticis qdẽ coniunctio eẽ dicit cõnexiua. Et plerũq; sane cõiugit uerba & cõnectit. Sed ĩterdũ alias quasdã ptãtes habet nõ satis notas:nisi ĩ ueteꝝ litteraꝝ tractatõe:atq; cura exercitatis. Nã ,p aduerbio ualet:quũ dicimus aliter ego feci atq; tu.significat.n.aliter q̃ tu. Et gemina si fiat auget.itẽditq; rẽ de q̃ agit:ut aĩaduertimus ĩ.Q.Ennii annalibus nisi memoria ĩ hoc uersu labor. Atq; atq; accedit muros romana iuuentus:Cui significationi contrariũ est:quod itidẽ a ueteribus dictum est. Deq; & præterea pro alio quoq; aduerbio dicitur:idest statim. Quod in his Virgilii uersibus existimatur.obscure: & insequenter particula ista posita. Est autem: Sic omnia fatis.

In peius ruere: ac retro sublapsa referri: Remigiis subigit:si brachia forte remisit:
Non aliter:q̃ qui aduerso uix flumine lembum Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

Auli Gelii noctium Atticarum cõmentarii. Liber Decimus.

TImæus in historiis quas oratõe græca de rebus populi Romani cõposuit:&.M.Varro in antiquitatibus reꝝ humanaꝝ:terrã Italiã de græco uocabulo scripserũt:quoniã boues græca ueteri lĩgua:ιτα λοι:idest uituli uocitati sunt:quoꝝ ĩ italia magna copia fuerit. bucetaq; ĩ ea terra gigni:pasciq; solita sint cõplurima. Cõiectare aũt ob eandẽ causam possumus:q; italia tunc esset armẽtosissima. Mulctãq; quæ appellat suprema:institutã ĩ singulos dies duaꝝ ouiũ triginta boum.pro copia.s.boum:proq; ouiũ penuria. Sed quũ eiusmodi mulcta pecoris:armẽtiq; a magistratibus dicta erat:adigebant boues oueſq;:alias precii parui:alias maioris.eaq; res faciebat inæqualẽ mulctæ pœnitiorẽ. Iccirco postea lege aretina cõstituti sunt ĩ oues singulas æris deni: ĩ boues æris centeni. Minima aũt mulcta ẽ ouis unius. Suprema mulcta ẽ eius numeri:cuius diximus:ultra quẽ mulctã dicere ĩ dies singulos ius nõ ẽ.& ,pterea suprema appellat.i.summa & maxima. Quãdo igit nũc quoq; a magistratibus po ro.more maioꝝ mulcta dicit:uel minima uel suprema obseruari solet ut oues genere uirili appellent.atq; ita.M.Varro uerba hæc legitima:qbus minima mulcta diceret:concepit.M.Terẽtio: quando ci tatus:neq; respondit:neq; excusatus est:ego ei unum ouẽ mulctã dico.ac nisi eo genere diceretur: negauerũt iustam uideri mulctam. Vocabulum autẽ ipsum mulctæ idẽ.M.Varro in undeuicesimo:reꝝ humanarum: non latinum:sed sabinũ esse dicit. Idq; ad suam memoriã mansisse ait in lingua Samnitiũ: qui sunt a sabinis orti. Sed turba grãmaticorũ nouicia ea κατ αντιφρασιν. Idẽst per cõtrariam dictionẽ: ut quædã alia: ita hoc quoq; dici tradiderũt. Quum autẽ usus & mos sermonũ is sit:ut ita & nũc loquamur ut pleriq; ueteꝝ locuti sunt:mulctã dixit.& mulcta dicta ẽ. Non esse ab re putaui notare:q; .M. Cato aliter dixit.nã in q̃rto originũ uerba hæc sunt. Imperator noster:siqs extra ordinẽ depugnatũ iuit ei mulctã facit. Potest aũt uideri consulta elegantia uitasse uerbũ quũ in castris & in exercitu mulcta fieret.non in cõmitio:nec ad populũ diceret.

Quod elegantia apud antiquiores:non de amœniore ingenio:sed de nitidiore cultu:atq; uictu dicebatur: quod in uitio ponebatur. Caput II.

LEgãs homo dicebat cũ laude:sed id fere uerbũ ad ætatẽ. M. Catonis uitii nõ laudis fuit. Est nãq; hoc animduertere:quũ in quibusdã aliis:tũ in libro Catonis: qui inscriptus ẽ carmẽ de moribus. ex quo libro uerba hæc sunt. Auaritiam omnia uitia habere putabant: sumptuosus: cupidus:elegans:uitiosus:irritus qui habebatur:laudabatur. Ex qbus uerbis apparet elegãtem dictum antiqtus:non ab ingenii elegantia:sed q nimis læto: amœnoq; cultu:uictuq; esset. Postea elegans reprehendi qdem desiit:sed laude nulla dignabatur:nisi cuius elegãtia erat moderatissima. Sic. M. Tullius. L. Crasso:&. Q. Scæuolæ:non meram elegantiam:sed multa parsimonia mixtam laudi dedit. Crassus ĩquit erat parcissimus elegantium. Scæuola parcorum elegantissimus. Præterea ex eodem libro Catonis:hæc etiam sparsim: & intercise commeminimus. Vestiri inqt ĩ foro honeste:mos erat.domi quod satis erat.equos carius q̃ coquos emebant. Poeticæ artis honos non erat. Siquis in ea re studebat:aut sese ad conuiuia applicabat: grassator uocabatur. Illa quoq; ex eodem libro præclare ueritatis sententia est. Nam uita inqt humana prope uti ferrum est. Ferrum si exerceas conteritur:si non exerceas: tamen rubigo inficit. Item homines exercendo uidemus conteri. Si nihil exerceas:inertia atq; torpedo plus detrimenti facit q̃ exercitatio.

Qualis quantaq; sit pro particulæ uarietas.deq; exemplis eius uarietatis. Caput III.

QVando ab arbitriis:negociisq; ocium est:& mutãdi corporis gratia:aut spatiamur:aut uectamur: quærere nonnunq̃ apud memetipsum soleo res eiusmodi paruas qdem: minutasq; & hominibus non bene eruditis aspernabiles:sed ad ueterum scripta penitus noscenda: & ad scientiam linguæ latinæ:cum primis necessarias.uelut est:quod forte nuper ĩ prænestino recessu uespertia ambulatione:solus ambulans considerabam. Qualis quantaq; esset particularum quarundam ĩ oratione latina uarietas:quod genus est:p̃positio pro. Aliter enĩ dici uidebã põtifices ,p collegio decreuisse. Aliter quẽpiam testẽ ĩtroductũ ,p testimonio dixisse. Aliter. M. Catonẽ in originũ .iii. Prœliũ factũ depugnatũq; ,p castris scripsisse. Et itẽ in .v. Vrbes ĩsulasq; oĩs ,p pago Illyrico esse. Aliter etiã dici pro æde Castoris:aliter ,p ro

ſtris:aliter ꝑ tribunali:aliter ꝑ concione,atq; aliter tribunū plebis ꝑ ptāte īterceſſiſſe.Sed has omnis dictionis q; aut oīno ſimiles:& pares:aut uſquequaq; diuerſas exiſtimaret:errare arbitrabar. Nā uarietatē iſtā eiuſdem qdem fontis & capitis nō eiuſdē tamē eſſe finis putabā.Qđ ꝑfecto facile itelliget:ſiqs adhibeat ad meditationē ſuā intentionē:& habeat ueteris oīonis uſum atq; notitiā celebriorem.

Quem in modum.Q.Ennius uerſus Euripidis æmulatus ſit. Caput IIII

EVripidis uerſus ſunt ī Hecuba:uerbis:ſnīa:breuitate:iſignes:illuſtreſq;. Hecuba ē ad Vlyſſē dicēs,

ιοδαξιωμα καν κακωσ λεγηȣτοσον — Auctoritas uero:& ſi male dicat:tua
πειθει λογοσ γαρ εκτα δοξουν των ιων: — Perſuadebit.nam ab iexiſtimatis ꝑficiſcēs oīo:
κακτων δοκουντων αυτοσ ουταυτον θενει.i. — Et ab exiſtimatis:eadē haudq; tātundē ualet.

Hos uerſus.Q.Ennius quum eam tragœdiā uerteret:non ſane incōmode æmulatus eſt. Verſus totidem Enniani hi ſunt. Hæc tu & ſi peruerſe dices:facile achiuos flexeris. Nā cū opulenti loquuntur pariter:atq; ignobiles: Eadē dicta eademq; oratio æqua non æque ualet. Bene ſicuti dixi Ennius. Sed tamen ignobiles αντι αδοξουντων.i.pro eo quod inexiſtimatis.& αντι δοκουντων.i.pro exiſtimatis:ſatisfacere ſententia non uidentur.Nam neq; omnes ignobiles αδοξουσι.i. inexiſtimati ſunt: neq; omnes opulenti ευδοξουσι:ideſt exiſtimati ſunt.

De Pyrrhonibus philoſophis quædā:deq; academicis ſtrictim notata.deq; iter eos dria. Caput V.

QVos Pyrrhonios philoſophos uocamus:ii græco cognomento σκεπτικοι.i. cōmētantes appellantur.Id ferme ſignificat:quaſi quæſtores & conſideratores. Nihil enim decernunt: nihil cōſtituūt ſed in quærendo ſemp cōſiderandoq; ſunt:qdnam ſit oīum rerȣ:de quo decerni cōſtituiq; poſſit. Ac ne uidere quoq; plane quicq; neq; audire ſeſe putant:ſed ita pati:afficiq; quaſi uideant uel audiant:eaq; ipſa.quæ affectōes iſtas ī ſeſe efficiāt:qualia & cuiuſmodi ſint:cōtanť:atq; iſiſtūt.Oīumq; rerum fidē:ueritatēq; mixtis:cōfuſiſq; ſignis:ueri atq; falſi ita incōprehēſibilē uideri aiūt: ut quiſquis homo eſt:non p̄ceps:neq; iudicii ſui ꝑdigus his uti uerbis debeat:qbus auctorē philoſophiæ iſtius Pyrrhonē uſum eſſe tradunt:ην μαλλον ουτωσ εχει το δε ηεκειñοσ ηȣδετερωσ.i.haud magis:ſi ſe hoc:q; illo habet modo aut q; neutro.Iudicia.n.rei cuiuſq;:& ſinceras ꝑprietates negant poſſe noſci:& percipi:idq; ipſum docere:atq; oſtēdere multis modis conanť.Super qua re Phauorinus quoq; ſubtiliſſime argutiſſimeq; decē libros cōpoſuit.quos πυρρωνιων τροπων.i.pyrrhonicoȣ modoȣ inſcribit.Vetus āt quæſtio:& a multis ſcriptoribus græcis tractata an qđ & quantū inter pyrrhonios:& academicos philoſophos īterſit? Vtriq;.n.σκεπτικοι εφεκτικοι απορρητικοι.i.cōmētantes:obligātes:ambigētes dicunť:quoniā utriq; nihil affirmant:nihilq; cōprehēdi putant.Sed ex oībus rebus peride uiſa fieri dicūt:quas φαντασιασ.i.imaginatōes uiſa appellāt nō ut rerum ipſaȣ natura ē:ſed affectio animi corporiſue eſt eoȣ:ad quos ea uiſa pueniūt.Itaq; oīs oīno res quæ ſenſus hominū mouent των προσττι.i.eoȣ quæ ad aliqđ eſſe dicūt.Id uerbū ſignificat:Nihil eſſe gcq̄:qđ ex ſeſe cōſtet:nec quod habeat uim ꝑpriā:& naturā:ſed oīa ꝑſum ad aliqđ referri:taliaq; uideri eſſe:q̄lis ſit eoȣ ſpecies:dū uidēť:q̄liaq; apud ſenſus nr̄os:quo pueneȣnt:creanť.non apud ſeſe unde ꝑfecta ſunt. Quū hæc aūt cōſimiliter:tā pyrrhoni dicāt q̄ academici:differre tamē iter ſeſe:& ꝑpter alia quædā:& uel maxime ꝑpterea exiſtimati ſunt:q; academici quidē ipſum illud nihil poſſe cōprehēdi:q̄ſi cōprehēdunt:& nihil poſſe decerni: quaſi decernunt.Pyrrhoni ne id quidē ullo pacto uideri ueȣ dicunt:q; nihil eſſe uerum uideť.

Quod mulieres Romæ per Herculē nō iurauerint:neq; uiri per Caſtorem. Caput. VI.

IN ueteribus ſcriptis:neq; mulieres romāæ ꝑ Herculē deierāt: neq; uiri per Caſtorem. Sed cur ille nō iurauerūt Herculē obſcuȣ non ē.nā herculano ſacrificio abſtinēt. Cur aūt uiri Caſtorē iurātes nō appellauerūt non facile dictu eſt.Nuſq; igiť ſcriptū īuenire eſt apud idoneos qdē ſcriptores:aut me hercules fœminā dicere:aut me caſtor uirum.Edepol autem:quod iuſiurandum per Pollucē eſt:& uiro & fœminæ commune eſt.Sed.M.Varro aſſeuerare antiquiſſimos uiros: neq; per caſtorem: neq; per pollucē deierare ſolitos:ſed id iuſiurandū fuiſſe tantū fœminaȣ ex initiis eluſinis acceptū. Paulatim tamē inſcitia antiquitatis uiros dicere edepol cœpiſſe:factūq; eſſe ita dicēdi morem. Sed me caſtor a uiro dici in nullo uetere ſcripto inueniri.

Verbis antiquiſſimis:relictiſq;:& deſitis minime utendum. Caput VII.

VErbis uti:aut nimis abſoletis exculcatiſq;:aut inſolētibus:nouitatiſq; duræ & illepidæ par eſſe delictum uideť.Sed moleſtius equidem:culpatiuſq; eſſe arbitror:uerba noua īcognita: inaudita dicere q̄ inuulgata & ſordentia.Noua autem uideri dico etiā ea quæ ſunt inuſitata & deſita: tametſi ſint uetuſta.Eſt adeo id uitiū plerūq; ſeræ eruditionis:quā græci οψιμαθιαν.ideſt tardidiſcētiam appellant.ut quod nunquā didiceris:diu ignoraueris:quum id ſcire aliquando cœperis magniſacias.Quo in loco quūq;:& quacunq; in re dicere:ueluti Romæ nobis præſentibus:uetus celebratuſq; homo in cauſis:ſed repentina & quaſi tumultuaria doctrina præditus.quum apud præfectū urbis uerba faceret:& dicere uellet inopi quendam miſeroq; uictu uiuere:& furfureū panem eſitare:uinumq; eructū: & fetidum potare:Hic inquit eques Romanus apludam edit:& floces bibit.Aſpexerunt omnes qui aderāt alius alium: primo triſtiores turbato & requirente uultu:quidnam illud utriuſque uerbi foret. Poſt deinde quaſi neſcio quid thuſce:aut gallice dixiſſet uniuerſi riſerunt.Legerat autem ille apludam ueteres ruſticos frumenti furfurē dixiſſe.Idq; a Plauto ī comœdia:ſi ea Plauti eſt:q̄ aſtraba iſcripta eſt: poſitū eſſe. Itē floces audierat priſca uoce ſignificare uini fæcē e uinaceis exp̄ſſam.ſicuti fraces ex oleis. Idq; apud Ceciliū polymēis legerat:eaq; ſibi duo uerba ad orationū ornamenta ſeruauerat.Alter quoq; a lectionibus:id genus:paucis απειροκαλοσ.i. infinitus & inſolens:& ieruditus quū aduerſarius cauſam differri poſtularet: inqt ſuccurre.Quonāūſq; nos

bouinator hic demoreť:atq; id uoce magna ter quaterue ĩclinauit Bouinator?Cõmurmuratio fieri cœpta ẽ a pleriſq;q aderãt:quaſi mõſtrũ uerbi admirãtibus.At ille iactãs & geſtiẽs.Non enĩ Luciliũ inqt legiſtis:q ter giuerſatoré bouinatoré dicit. Eſt ãt in Lucilii.xi.uerſus hic. Hic ſtrigoſus bouinatorq; ore ĩprobus duro.

Quid ſenſerit dixeritq;.M.Cato de albino:q homo Romanus græca oſone res romanas : uenia ſibi ante eius linguæ ĩperitiæ petita compoſuit. Caput VIII.

Vſte uenuſteq; admodũ reprehẽdiſſe dicit Au.Albinũ.M.Cato.albinus q cũ.L.Lucullo cõſul fuit res romanas oſone græca ſcriptitauit.In eius hiſtoriæ prĩcipio ſcriptũ eſt ad hanc ſnĩam.Neminé ſuccenſere ſibi conuenire ſiqd in his libris parũ cõpoſite:aut minus eleganter ſcriptũ foret. Nam ſum inqt homo romanus natus in latio:græca oratio a nobis alieniſſima eſt. Ideoq; ueniam:gratiamq; malæ exiſtimationis:ſiqd eſſet erratũ:poſtulauit.Eam quũ legiſſet.M.Cato.Ne tu inqt Aule nimiũ nugator es:quũ maluiſti culpã deprecari:q̃ culpa uacare.Nã petere ueniã ſolemus : aut quũ ĩprudẽtes erraui/mus:aut quum cõpulſi peccauimus.Tibi inqt oro te:quis perpulit:ut id cõmitteres:quod prius q̃ faceres:peteres ut ignoſceretur?Scriptũ eſt hoc in libro Cornelii Nepotis de illuſtribus libris.

Hiſtoria de legatis Mileti & Demoſthene rhetore in libris Critolai reperta. Caput IX.

Critolaus ſcripſit legatos mileto publicæ rei cauſa ueniſſe athenas fortaſſe an dixerit auxilii petendi gratia.Tum qui ꝓ ſeſe uerba facerent:quos uiſum erat aduocaſſe. Aduocatos:uti erat mandatũ:uerba ꝓ mileſiis ad populum feciſſe.Demoſthenem mileſiorum poſtulatis acriter reſpõdiſſe: neq; mileſios auxilio dignos:neq; ex republica id eſſe contendiſſe.Rem in poſterum diem ꝓlatã: legatos ad Demoſthené ueniſſe:magnoq; ope oraſſe uti cõtra ne diceret:Eũ pecuniã petiuiſſe : & quãtũ petiuerat:abſtuliſſe.Poſtridie cũ res agi denuo cœpta eẽt:Demoſthenẽ lana multa collũ:ceruiceſq; circũuolutũ ad populũ ꝓdiſſe:& dixiſſe ſe συνανγχην.i.anginã pati.Eo cõtra mileſios loq nõ qre. Tũ e populo unũ exclamaſſe.Nõ συνανγχην.i.anginã:q; demoſthenes pateret:ſed αργυραγχην.i.argentãginã eſſe. Ipſe etiã Demoſthenes:ut idẽ Critolaus refert:nõ id poſtea cãcelauit: qn gloriæ quoq; ſibi aſſignauit. Nã quũ interrogaſſet Ariſtodemũ actorẽ fabularũ q̃tũ mercedis uti ageret accepiſſet:& Ariſtodemus talentum reſpõdiſſet.At ego plus inquit accepi:ut tacerem.

Quod.C.Gracchus in oratione ſua:hiſtoriam infraſcriptam Demadi rhetori: nõ Demoſtheni attribuit, uerbaq; ipſius.C.Gracchi relata. Caput X.

Quod in capite ſupiore a Critolao ſcriptũ eé diximus ſup Demoſthene : id.C.Gracchus in oſone: qua legẽ aufeiã diſſuaſit:in Demadẽ cõtulit uerbis hiſce. Nã uos q̃rites:ſi uelitis ſapiẽtia : atq; uirtute uti:& ſi q̃ritis:neminé noſtrũ ĩuenietis ſine p̃cio huc ꝓdire.Oés nos q uerba facimus:aliqd petimus.Neq; ullius rei cã qſq̃ ad uos ꝓdit:niſi ut aliqd auferat.Ego ipſe : qui apud uos uerba facio uti uectigalia ueſtra augeatis:quo facilius ueſtra cõmoda:& rẽpublicá adminiſtrare poſſitis:nõ gratis ꝓdeo. Verũ peto a uobis:nõ pecuniá:ſed bonã exiſtimationẽ:atq; honorẽ. Qui ꝓdeũt diſſuaſuri:ne hãc legẽ accipiatis:petũt:nõ honorẽ a uobis:uerũ a Nicomede pecuniã.Q̃i ſuadẽt ut accipiatis:ii quoq; petũt nõ a uobis bonam exiſtimationẽ : uerũ a mithrydate rei familiaris ſuæ preciũ : & præmiũ. Qui autẽ ex eodẽ loco atq; ordine tacent : ii uel acerrimi ſunt.Nam ab oĩbus p̃ciũ accipiũt:& omnis fallunt.Vos quũ putatis eos ab his rebus remotos eſſe:ĩpartitis bonã exiſtimationẽ.Legationes autẽ a regibus quũ putãt eos ſua cauſa reticere:ſũptus atq; pecunias maximas præbent uti:ut in terra græcia.Quo in tempore tragœdus gloriæ ſibi ducebat: talentum magnũ:ob unã fabulam datum eſſe : homo eloquẽtiſſimus ciuitatis ſuæ Demades ei reſpondiſſe dicitur.Mirũ tibi uidetur:ſi tu eloquendõ talentũ quæſiſti?Ego ut taceré: decẽ talenta a rege accepi. Ibidem nunc iſti precia maxima ob tacendum accipiunt.

Verba.P.Nigidii:quibus differre dicit:mentiri & mendaciũ dicere. Caput XI.

Verba ſunt hæc ipſa.P.Nigidii hominis in ſtudiis bonarũ artiũ præcellentis. Quẽ.M.Cicero ingenii doctrinarũq; noĩe:ſũme reueritus eſt.Inter mendaciũ dicere:& mẽtiri diſtat.Qui mentiť ipſe nõ fallitur:ſed alterũ fallere conať.Qui mendaciũ dicit:ipſe fallitť.Item hoc addidit:qui mentitur inquit fallit:quantũ in ſe eſt.Itẽ hoc quoq; ſup eadẽ re dicit. Vir bonus inquit præſtare debet : ne mentiať.Prudens ne mendaciũ dicat.Alterũ incidit in hominẽ:alterũ nõ.Varie mehercle:& lepide Nigidius tot ſententias in eandem rẽ:quaſi aliud:atq; aliud diceret diſperauit.

Quod Chryſippus philoſophus omne uerbũ ambiguũ:dubiũq; eſſe dicit.Diodorus contra: nullũ uerbũ ambiguum eſſe putat. Caput XII.

Chryſippus ait:oẽ uerbũ ambiguũ natura eẽ:quõniã ex eodẽ duo uel plura accipi poſſunt. Diodorus aũt cui crono cognomẽtũ fuit:Nullũ inqt uerbũ ẽſt ambiguũ:nec qſq̃ ambiguũ dicit:aut ſentit.Nec aliud dici uideri debet:q̃ quòd ſe dicere ſentit is : qui dicit. At quũ ego inqt aliud ſenſi: tu aliud accepiſti : obſcure magis dictũ : q̃ ambigue uideri põt.Ambigui enim uerbi natura illa eſſe debuit:ut qui diceret:duo uel plura diceret.Nemo autẽ duo uel plura dicit:qui ſe ſentit unum dicere.

Quid.T.Caſtritius de uerbis:deq; ſententia quadam.C.Gracchi exiſtimauerit, Quodq; eſſe eam ſine ullo ſenſus emolumento docuerit. Caput XIII.

Apud.T.Caſtritiũ diſciplinæ rhetoricæ doctorẽ graui atq; firmo iudicio uirũ legebať oſo.C.Gracchi in.P.popiliũ.In eius oſonis principio collocata uerba ſunt accuratius:modulatiuſq; : q̃ ueterũ oratoꝝ cõſuetudo fert.Ea uerba ſicuti dixi cõpoſita hæc ſunt.Quæ uos cupide ꝓ hoſce annos appetiſtis.atq; uoluiſtis:ea ſi temere repudiaritis:abeſſe nõ poteſt : qn aut olim cupide appetiſſe:aut nunc temere repudiaſſe dicamini. Curſus igitur hic : & ſonus rotundæ uolubiliſq; ſententiæ: eximie nos &

unice delectabat. Tanto id magis: q̄ iam tunc. C. Graccho uiro illustri & seuero eiusmodi compositione fuisse cordi uidebamus. Sed enim quum eadem ipsa uerba sæpius petentibus nobis lectitarentur: admoniti a Castritio sumus: ut consideraremus: quæ uis: quodue emolumentū eius sententiæ foret. Neq̄ pateremur ut aures nostræ cadentis aptæ orationis modis eblanditæ: animum quoq̄ nobis uoluptate inani perfunderent. Cūq̄ nos admiratione ista attētiores fecisset. Inspicite inq̄t penitus quid efficiāt uerba hæc: dicatq̄ mihi quæso aliquis uestrum an sit ulla huiusce sententiæ aut grauitas aut gratia? Quæ uos cupide per hosce annos appetistis: atq̄ uoluistis: ea temere si repudiaritis: abesse nō potest: quin aut olim cupide appetisse: aut nūc temere repudiasse dicamini. Cui enim omniū hominū in mentem non uenit: id profecto usu uenire: ut quod cupide appetieris: cupide appetisse: & quod temere repudiaueris: temere repudiasse dicaris? At si opior inq̄t ita scriptum esset. Quæ uos per hosce annos appetistis: atq̄ uoluistis. ea nunc si repudiaritis: abesse nō potest: quin aut olim cupide appetisse: aut nunc temere repudiasse dicamini. Si inquit ita diceret: grauior scilicet solidiorq̄ fieret sententia: & acciperet aliquid iustæ in audiendo expectationis. Nunc autem uerba hæc cupide & temere: in quibus uerbis omne momentum rei est: non in concludenda sententia tantū dicunt: sed supra quoq̄ modum desiderata ponuntur: & quæ nasci: oririq̄ ex ipsa rei conceptione debebant: ante omnino: q̄ res postulat: dicuntur. Nam qui ita dicit: si hoc feceris: cupide feciste diceris: rem dicit sensus alicuius ratione collectam & confectam. Qui uero ita dicit: si cupide feceris: cupide feciste diceris non longe secus dicit: atq̄ si diceret si cupide feceris: cupide feceris. Hæc ego inq̄t admonui: nō ut. C. Graccho uitio darem. Dii enim mentē meliorē mihi. nā si quicq̄ in tā fortis facundiæ uiro uitii uel erroris esse dici potest: id omne & auctoritas eius exhausit: & uetustas consumpsit. Sed uti caueretis ne uos facile pstringeret modulatus aliquis currentis facundiæ sonitus. Atq̄ ut uim ipsam rerum uirtutēq̄ uerborum prius pensitaretis: & siquidem gra uis: atq̄ integra: & sincera sententia diceretur: tū si ita uideretur: gressibus quoq̄ ipsis orationis gestibus plauderetis. Si uero frigidi: & leues: & futiles sensus in uerba apte: numeroseq̄ posita includerentur: non esse id secus crederetis: q̄ cū hoies insigni deformitate: ad facienda ridicula imitant histriones: & gestiunt.

Caput XIIII.

Sobria & pulcherrima Romuli regis responsio circa uini usum.

Simplicissima suauitate & rei: & orationis. L. Piso frugi usus est in primo annali. quum de Romuli regis uita ac uictu scriberet. Ea uerba: quæ scripsit hæc sunt. Eundem Romulū dicunt ad cœnā uocatum ibi non multum bibisse: quia postridie negocium haberet. Ei dicunt. Romule si istuc omnes homines faciant: uinū uilius sit. Is respōdit. immo uero carū: si quantū quisq̄ uolet bibat. nam ego bibi quantum uolui.

De ludibundo: & errabundo: atq̄ id genus uerborum productionibus: & q̄ laberius sic amorabūdā dixit ut dicit ludibūda: & errabūda. Atq̄ inibi q̄ Sisēna p huiusce modi uerbū noua figura usus é. Caput XV.

Laberius in lacu auerno mulierem amātem uerbo inusitatius ficto amorabundam dixit. Id uerbum Cesellius uindex in commentario lectionum antiquarum ex figura scriptum dixit: qua ludibunda: ridibunda: & errabunda dicitur: ludens: & ridens: & errans. Terentius autem Scaurus diui Adriani temporibus: grammaticus uel nobilissimus inter illa: quæ de Cesellii erroribus cōposuit: in hoc quoq̄ uerbo errasse eum scripsit: q̄ idem esse putauerit: ludens & ludibunda: errans: & errabunda: ridens & ridibunda. Nam ludibunda inquit & ridibunda: & errabunda ea dicitur: quæ ludentem: uel ridentem: uel errantem agit: aut simulat. Sed qua ratione Scaurus adductus sit: ut Cesellium in eo reprehenderet: non hercle reperiebamus. Non est enī dubiū quin hæc: genere ipso dūtaxat idem significent: quod ea demonstrent a quibus producuntur. Quid esset autem ludentē agere uel imitari: non intelligere uideri maluimus: q̄ ĩsimulare eum tanq̄ ipsum minus intelligentem. Quin magis Scaurum oportuit commentaria Cesellii criminantem: hoc ab eo præteritum requirere: quod non dixerit: an quid: & quantum differret a ludibundo ludens: & ridibundo ridens: & errabundo errans: cæteraq̄ horum similia? An a participialibus uerbis paulum aliquid distarent? Et quam omnino uim haberet particula hæc extrema eiusmodi uocabulis addita. hoc enim fuit potius requirendum ĩ istiusmodi figuræ tractatu. Sicuti requiri solet ĩ temulento: & luculento: & turbulento: uacua ne & inanis sit istæc productio? Cuiusmodi sunt: quæ παραγωγαὶ: idest deductiones: & deriuationes græci dicunt. An extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significatōis. Quum reprehensionem autem illam Scauri notaremus: ĩ memoriam nobis rediit: q̄ Sisenna ĩ quarto historiarum. Eiusdem figuræ uerbo ita usus est. Populabundus ĩquit agros ad oppidum peruenit. Quod scilicet significat: quum agros popularetur: nō ut Scaurus ĩ consimilibus uerbis ait: cum populantem ageret: uel cum imitaretur. Sed ĩquirentibus nobis: quænam ratio: & origo esset: huiusce modi figuræ: populabundus: & lætabundus: & ludibūndus: & errabūdus: multorumq̄ aliorum id genus uerborum ἐπιῤῥολάδην. Idest ingeniose & apte hercle Apollinaris noster sibi uideri ait: particulam istam postremam: in qua uerba talia exeunt: uim: & copiam: & quasi abundantiam rei: cuius id uerbum esset: demonstrare. Vt læta bundus is dicatur: q abunde lætus sit. & errabundus: qui longo: atq̄ abundanti errore sit. Cæteraq̄ omnia ex ea figura ita dici ostendit: ut productio hæc & extremitas: largam & fluentem uī: & copiam declaret.

Quod græcorum quorundam uerborum difficillima est in latinam linguam mutatio: uelut quod græce dicitur πολυπραγμοσυνή.

Caput XVI.

Diecimus sæpe animum aduocabula rerū non paucissima quæ neq̄ singulis uerbis: ut a græcis: neq̄ si maxime pluribus eas res uerbis dicamus: tam dilucide tamq̄ apte demonstrari latina oratione possunt: q̄ græci ea dicunt priuis uocibus. Nuper etiam quum allatus esset ad nos Plutarchi liber: & eius libri indicē legissemus: q̄ erat περὶ πολυπραγμοσυνης. i. de negatiōe: & curiositate

N pleriſq; monumentis reꝝ ab Alexãdro geſtaꝝ:& pauloante ĩ libro.M. Varronis:q; ĩſcriptus eſt Oreſtes:uel de inſania:Olympiadem Philippi uxorẽ feſtiuiſſime reſcripſiſſe legimus Alexãdro filio.Nam quum ipſe ad matrẽ ita ſcripſiſſet:Rex alexander Iouis Hamonis filius Olympiadi matri ſaluté dicit.Olympias ei reſcripſit ad hãc ſententiã.amabo inqt mi fili qeſcas : neq; deferas me: neq; crimĩere aduerſum Iunonẽ. Malũ mihi prorſum illa magnum dabit:quum me litteris tuis pellicem illi eſſe confiteris.Ea mulieris ſcite atq; prudentis erga ferocem filium comitas ſenſim : & comiter admonuiſſe eum uiſa deponendam eſſe opinionẽ uanam:quam ille ĩgentibus uictoriis:& adulantium blandimentis:& rebus ſupra fidem proſperis imbiberat:genitum eſſe ſeſe de Ioue.

Caput V.

De Ariſtotele:& Theophraſto:& Menedemo philoſophis.deq; eleganti uerecundia Ariſtotelis ſucceſſorem diatribiæ ſuæ eligentis.

Riſtoteles philoſophus annos iam fere natus duos & ſexagĩta:corpore ægro affectoq;:ac ſpe:uitaq; tenui fuit.Tunc oĩs eius ſectatoꝝ cohors ad eũ accedit:orantes:obſecrateſq;: ut ipſe deligeret loci ſui:& magiſterii ſucceſſorẽ: quo poſt ſummũ eius diem perĩde ut ipſo uterent ad ſtudia doctrinaꝝ compleda:excolendaq;:qbus ab eo ĩbuti fuiſſent.Erant tunc ĩ eius ludo boni multi.Sed præcipue duo Theophraſtus & Menedemus:ĩgenio ii atq; doctrinis cæteros p̃ſtabant.Alter ex ĩſula Leſbo fuit: Menedemus aũt rhodo.Ariſtoteles reſpõdit factuꝝ eſſe quod uellẽt:quũ id ſibi foret tẽpeſtiuũ.Poſtea breui tẽpore:quum iidem illi:q de magiſtro deſignando petierãt:præſentes eſſent: Vinum ait quod tum biberet: non eſſe id ex ualitudine ſua: ſed inſalubre eſſe: atq; aſperum:ac propterea quæri debere exoticum: uel rhodiũ aliquod uel leſbium.Id ſibi utrunq; ut curarent;petiuit. Vſurumq; eo dixit qđ ſeſe magis iuuiſſet.Eunt

curant:inueniunt:afferunt. Tum Aristoteles rhodiũ petit:degustat. Firmũ inquit hercle uinũ & iocundum. Petit mox lesbiũ:quo ité degustato:utrũq; inquit oppido bonũ. Sed ἡδιων ο λεσβιοσ.i.suauius lesbium. Id ubi dixit:nemini fuit dubium:quin lepide simul & uerecunde:succesſoré illa uoce sibi nõ uinũ delegisset. Is erat e lesbo Theophrastus homo suauitate insigni linguæ pariter:atq; uitæ. Itaq; non diu post Aristotele uita defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt.

Quid ueteres latini dixerunt:quas græci προσῳδιασ.i.uocum moderamenta appellant. Et item quod uocabulum barbarismi non usurpauerit:neq; romani antiqores neq; attici. Caput VI.

QVas græci προσῳδιασ.i.accẽtus.dicũt eas ueteres docti:tũ notas uocũ tum moderamenta:tũ accentiunculas:tũ uoculatões appellabát. Quod nũc aũt barbare qué loq dicimus: id uitiũ sermõis: non barbarę esse sed rusticũ:& cum eo uitio loquétes rustice loq dictitabát. P. Nigidius í cõmentariis grãmaticis. Rusticus fit sermo inquit:si aspires perperam. Itaq; id uocabulũ quod dicit uulgo barbarismus:q ante diui Augusti ætaté pure atq; ítegre locuti sunt:an dixerũt nõdũ eqdé iueni.

Diuersum de natura leonũ dixisse Homerę in carmine:& Herodotũ in historiis. Caput VII.

EAenas iter omné uitá semel parere.eoq; uno partu nũq; edere plures q̃ unũ. Herodotus í.iii. historia.scriptum reliqt. Verba ex eo libro hæc sunt. ἡδε λεαινα:εον ισχυροτατον και θρασυτατον. απταξεν τοβιω τικτει εν τικτουσα.γαρ συνεκβαλλει τω τεκνωτασ μητρασ το δε αιτιον τουτου. τουτεστιν επεαν οσκυμνοσ εν τη μητρεων αρχηται διακιν ευμενοσ ο δε εχωνονυχασ θηριων πολλον παντων οξυτατουσ. αμυσσει τασ μητρασ. αυξαν ὁμενοσ δη πολλω μαλλον εξικνεται καταγραφων πελασε δη οτοκοσ εσι και το παραπαν λειπεται αυτεων υγιεσ ουδεν.i. Quum aũte animalium acerrimum sit leæna:& audaciſſimum:semel omniuo í uita:& unũ parit. Enitendo enim cũ fœtu pariter matricé ꝓicit. Rei uero huiusce causa é:ꝙ quũ in matrice manẽs motitari incipit catulus:motus ille unguiculis præmunitus fęraę lõge omniũ acutiſſimis matricé discerpit:tũ í maius cõtinuo augescés:multomagis dilaniás prodit:ístante uero iã nixu:prorsum reliquit eoę ítegrũ & sanũ nihil. Homerus autem leões. sic enim fœminas quoq; uirili genere appellat:quod grammatici επικοινον.idest promiscuum uocant: pluris gignere. atq; educare catulos dicit. Versus quibus hoc aperte demonstrat hi sunt.

εισταμει ωσ τισελεων πεπι οισι τεκεσσιν
ωρα τε νηπιαγον τισυναν τησου ται ενυλη
ανδρεσ επακτηρεσ. Idest

Vtq; leo in silua stabat sua pignora circum.
Cui manus occurset catulos nemus inter agenti
Venatrix accincta uię. Ité alio í loco idé significat.

πυκνα μαλασσεν αχων ωσελισ ηυγενειοσ
ωραθυπο σκυμνουσ ελαφηβολοσ αρπασ ηανηρ
υλησ εκπυκινησ. ο δε ταχυται υστεροσ ελθων
πολλα. δε ταγκε επηλθε μεταπεροσ ιχνιερευνων
επο τεν εξευροι. μαλα γαρ δριμυσχολοσ αιρει.i.

Crebra gemens nimium:tanq; leo uiribus ingens
Faucibus:absenti uenator si catulum audax
Abripuit: denso in saltu dolet acre:sequensq;
Deinde nemus uersat:scrutant uestigia:siquo
Versa uiri iueniat:coquit illum bilis amara. Ité alio

πακνα μαλασεν αχων ωσελισ ηυγενειοσ
ωραθυπο σκυμνουσ ελαφηβολοσ αρπασ ηανηρ
υλησ εκπυκινησ. Idest

Crebra gemens nimium:tanq; leo uiribus ingens
Faucibus:absenti uenator si catulum audax
Abripuit: denso in saltu. Ea nos dissensio atq; diuersitas quum agitaret inclytiſſimi poetarum: & historicorum nobiliſſimi: placuit libros Aristotelis philosophi inspici: quos de animalibus exquisitiſſime composuit: in quibus quod super ista re scriptum inueniremus cum ipsius Aristotelis uerbis in his commentariis scriberemus. Verba Aristotelis hæc sunt ex libro de historia animalium sexto. λεων λεοτι μενοχευει οπισθεν και εσιν οπισθου ρητικον. ειρηται προτερον: οχευει δε και τικτει ουπασαν ωραν. καθεκαστον μεν τοι ενιαυτον. τικτει μεν ουν του εαροσ τικτει δωσεπι το πολυδυο τα μεντοι πλειστα ξ. τικτει δενιοτε και εν. ὁ δελεχθεισ μυτοσ περι του εκβαλλειν τασ υσ τερασ τικτοντα ληρωδησ εσιν. συνετη δε εκτουσ παιδουσ ειναι. τουσ λεοντασ. αποροῦντοσ την αι τιαν τουτον μυθον συνθεν τωσ επανιον γαρ τογενοσ το των λεοντον και ουκεν πολλω γινεται τοπω. αλλατησ ευρωπησ απασησ εν τω μεταξυ του αχελωου και του νεσουπωτα μων. τικτει δε και ο λεων πανυ μικρα ουτωσ. ωσ τελι μηνα οντα μολισβαδιζειν οι δεν συρια λεοντεσ τικτουσι πεν τακισ. τοπρωτον πεντε. ει τα αει ενι ελαττονα μετα δε ταυτα ουκετι ουδεν τικτουσιν. αλλα γονοι διατελουσιν. ουκεχει δε ἡ λεαινα χαιτην αλλο αρρην λεων. βαλλει δε ο λεων τουσ κυνοδοντασ καλουμενουσ τετταρασ μονουσ δυο μεν απωθεν. δυο δε κατωθεν. βαλλει δε δεκαμηνοσ ωντην ηλικιαν. i. Leonem auersum coire: utinamq; retro reddere dictum iam est. Coit & parit: non omni tempore singulis tamen annis uere parit: & magna ex parte gemios. Sed quũ plurimos: sex catulos: nõnunq; etiã unũ Quod de leæna fertur: uuluam cũ partu emittere delira fabula est facta ex ea causa: ꝙ raę genus hoc animalis est. nec rõnẽ cur ita esset comperire auctor ille fabulæ poterat. Raę hoc enim est: nec multis nascit locis: sed europæ totius ea parte solũ: quæ iter acheloum amnem & nesum est. Parit leæna quoq; adeo paruos: ut uix post secundũ mensem ĩcipiant ígredi. leones terræ syriæ qnquies uita pariunt: primũ qnq; post uero sub inde pauciores: deinde steriles degunt. Caret leæna iuba. maris hæc ꝓpria est. dentes eos tantũmodo mutat leo: q canini uocantur: quattuor: duos superius: totidéq; iferius. Idq; sexto mense ætatis fit.

QD Afranius poeta prudẽter & lepide sapiam filiá eẽ usus & memoriæ dixit. Caput VIII.

Axime hoc atq; uerissime Afranius poeta de gignẽda cõparandaq; sapiẽtia opinatus est: ꝙ eam filiam esse usus & memoriæ dixit. Eo náq; argumento demonstrat q sapiés esse rerum humanarũ uelit: nõ libris solis neq; disciplinis rhetoricis dialecticisq; opus esse: sed oportere eũ uersari quoq;:

exercericꝫ in rebus cominus noſcendis:periclitādiſcꝫ.Et ea oĩa acta & euenta firmiter meminiſſe & perinde ſapere:ac conſulere ex iis quæ pericula ipſa rerum docuerunt: non quæ libri tantum aut magiſtri per quaſdam inanitates uerborum & imaginum:tanquã mimo:aut inſomnio delectauerunt. Verſus Afranii ſunt in togata:cui ſellæ nomen eſt. Vſus me genuit:mater peperit memoria. Sophiam uocant me graii: uos ſapientiam. Item uerſus eſt in eandem ferme ſententiam Pacuuii:quem Macedo philoſophus uir bonus: familiaris meus ſcribi debere cenſebat pro foribus omnium templorum. Ego odi homines ignaua opera: & philoſopha ſententia.Nihil enim fieri poſſe indignius:neqꝫ intolerantius dicebat: q̃ qꝫ homines ignaui ac deſides operti barba & pallio:mores & emolumenta philoſophiæ: in linguæ uerborumqꝫ artes conuerterent:& uitia facundiſſime accuſarent:intercutibus ipſi uitiis madentes.

Quid Tullius Tyro in cõmentariis ſcripſerit de ſuculis:& hyadibus:q̃ ſunt ſtellaꝝ uocabula. Caput IX.

TVllius Tyro.M.Ciceronis alũnus & libertus:adiutorqꝫ in lr̃is ſtudioꝫ eius fuit. Is libros cõpluris de uſu & rõne linguæ latinæ:itẽ de uariis atqꝫ ꝑmiſcuis quæſtiõibus cõpoſuit. In iis eſſe præcipui uidetur:quos græco titulo πάνδεκτὰς.i. ꝑmiſcua & oĩmoda continentes libros inſcripſit: tanq̃ omne reꝫ:atqꝫ doctrinaꝝ genus cõtinentis.Ibi de iis ſtellis: quæ appellant ſuculæ: hoc ſcriptũ é. Adeo inquit ueteres romani lr̃as græcas neſciuerunt:& rudes græcæ lĩguæ fuerũt: ut ſtellas quæ in capite tauri ſunt: ꝓpterea ſuculas appellarint:qꝫ eas ὑάδας græci uocãt:tanq̃ id uerbũ latinũ græci uerbi interpretamentũ ſit:qa græce ὗες ſues latine dicantur.Sed ὑάδας inquit ὄυκαπὸ τῶν ὑων.i.nõ a ſuibus:ita ut noſtri rupici putauerunt:ſed ab eo quod ẽ ὑω.i.pluo appellarunt.Nam & quum oriuntur:& quum occidunt:tempeſtates:pluuias:largoſqꝫ hymbres cient.Pluere aũt græca lingua ὑειν dicitur.Hæc eadem Tyro in pãdectis.Sed enĩ ueteres noſtri: nõ eouſqꝫ rupices & agreſtes fuerũt:ut ſtellas hyadas iccirco ſuculas noiarẽt qꝫ ὗες latine ſues dicant:ſed ut qđ græci ὑπὲρ nos ſuꝑ dicimus:qđ illi ὑπτιὸν nos ſupĩus:qđ ὑοβρὸν nos ſubulcus:qđ itẽ illi ὑπνὸν:nos primoſymus.deĩde p.y.græce latinæqꝫ.o.lr̃æ cognationẽ ſomnus. Sic quod ab illis ὑάδες a nobis primoſyades:deinde ſuculæ appellatæ.Stellæ aũt iſtæ nõ in capite tauri ſunt, ut Tyro dicit.Nullũ.n.uidet præter eas ſtellas tauri caput.ſed eæ ita circulo:q zodiacus dicit ſitæ locatæqꝫ ſunt: ut earũ poſitu ſpẽs quædã & ſimulacꝫ eſſe uideat tauri capitis ſicuti cæteræ partes.& reliq̃ imago tauri confirmata & quaſi depicta eſt locis.regionibuſqꝫ eaꝝ ſtellaꝝ:quas græci πλειάδας:nos uergilias uocamus.

Quid ſororis ετυμὸν.i.rectã ĩterpretatiõẽ dixerit Labeo Antiſtius.& qđ fratris Nigidius. Caput X.

LAbeo Antiſtius iuris quidẽ ciuilis diſciplinã principali ſtudio exercuit:& conſulẽtibus de iure publice reſpõſitauit.cæteraꝝ quoqꝫ bonaꝝ artiũ non expers fuit.Et in grãmaticã ſeſe:atqꝫ dialecticã. litteraſqꝫ antiqores:altioreſqꝫ penetrauerat.latinarũqꝫ uocũ origines rõneſqꝫ ꝑcallauerat.Eaqꝫ præcipue ſciẽtia ad enodandos pleroſqꝫ iuris laqueos utebat.Sũt adeo libri poſt mortẽ eius editi qui poſteriores ĩſcribunt.Quoꝝ librorꝝ tres cõtinui trigeſimuſoctauus trigeſimuſnonus & quadrageſimus pleni ſunt id genus reꝝ ad enarrãdã & illuſtrãdã linguã latinã cõducẽtiũ.Præterea in libris quos ad prætoris edictũ ſcripſit multa poſuit:partim lepide.atqꝫ argute repta:ſicuti hoc é:quod ĩ. iiii.ad edictũ libro ſcriptũ legimus.Soror inquit appellata é:qꝫ quaſi ſeorſum naſcit:ſeparaturqꝫ ab ea domo in qua nata eſt: & ĩ aliã familiam trãſgredit.Fratris aũt uocabulũ.P.Nigidius homo impenſe doctus:nõ minus arguto:ſubtiliqꝫ ετύμῳ.i.recto interpretamento interpretat:frater inquit eſt dictus:quaſi fere alter.

Quem.M.Varro iuſtum aptumqꝫ eſſe numerum conuiuam exiſtimarit. Ac de menſis ſecundis: & de bellariis. Caput XI.

EPidiſſimus liber ẽ.M.Varronis ex ſatyris menippæis:qui ĩſcribit.Neſcis qđ ueſper ſerus uehat.ĩ quo diſſerit de apto cõuiuaꝝ numero:deqꝫ ipſius cõuiuii habitu cultuqꝫ. Dicit aũt conuiuaꝝ numerũ ĩcipe oportere a gratiaꝝ numero:& ꝑgredi ad muſaꝝ.i. ꝑficiſci a tribus: & conſiſtere in nouẽ:ut quũ pauciſſimi cõuiuæ ſunt nõ pauciores ſint:q̃ tres:quũ plurimi nõ plures q̃ nouem.Nam multos ĩquit eẽ nõ cõuenit:qꝫ turba plerũqꝫ é turbulẽta.Et romæ qdẽ cõſtat:ſed athenis.nuſq̃ aut plures cubãt.Ipſum deĩde cõuiuiũ cõſtat inqt ex rebus q̃tuor.Et tũ deniqꝫ oĩbus ſuis numeris abſolutum é:ſi belli homũculi collecti ſunt:ſi lectus locus:ſi tẽpus lectũ:ſi apparatus nõ neglectus.Nec loquaces ãt inqt cõuiuas: nec mutos legere oportet.Quia eloquẽtia ĩ foro & apud ſubſellia.Silẽtiũ uero nõ in cõuiuio: ſed in cubiculo eſſe debet.Sermones igit̃ id tpis habẽdos cẽſet:nõ ſuꝑ rebus anxiis:aut tortuoſis:ſed iocundos:atqꝫ ĩuitabiles:& cũ quadã illecebra:& uoluptate utiles:ex qbus ĩgeniũ noſtrũ uenuſtius fiat:& amœnius.Qđ ꝑfecto inqt euenĩet:ſi de id genus rebus ad cõmunẽ uitæ uſum ꝓtinẽtibus cõfabulemur:de qbus ĩ foro atqꝫ ĩ negociis agendis loqui nõ ẽ ociũ.Dominũ autẽ inqt conuiuii eſſe oportet nõ tam lautũ:q̃ ſine ſordibus. Et ĩ conuiuio legi nõ oĩa debẽt:ſed ea potiſſimũ quæ ſimul ſint βιωφελη.i.uitæ utilitatibus conducẽtia & delectẽt. Neqꝫ nõ de ſecũdis quoqꝫ menſis cuiuſmodi eſſe eas oporteat præcipit. His.n.uerbis utit̃.Bellaria inqt ea maxime ſunt mellita:quæ mellita non ſunt πεμμάσιν.i.placentis & bellariis enim cũ πέψει.i. cũ panibus ſecundæ menſæ ſocietas infida.Qđ Varro ĩ hoc loco dixit bellaria:nequis forte in iſta uoce hæreat.Significat id uocabulũ omne mẽſæ ſecundæ genus. Nã q̃ πραγημάτα græci:aut πεμμάτια dixere ea ueteres noſtri bellaria appellauerũt.Vina quoqꝫ dulcia ẽ ĩueniri ĩ comœdiis antiqoribus hoc noĩe appellata:dictaqꝫ eẽ ea liberi bellaria.

Tribunos plebis prehenſionẽ habere:uocationẽ nõ habere. Caput XII.

IN quada epiſtola Attei Capitõis ſcriptũ legimus Labeonẽ Antiſtiũ legum atqꝫ moꝝ populi.ro.iuriſqꝫ ciuilis doctũ apprime fuiſſe.Sed agitabat inqt hoĩem libertas q̃dã nimia & uecors uſqꝫ eo: ut diuo auguſto iam principe & rẽp.obtinẽte ratũ tamẽ:pẽſumqꝫ nihil haberet:niſi qꝫ iuſtũ ſanctúqꝫ eſſe in romanis antiqtatibus legiſſet.ac deĩde narrat qđ idẽ Labeo ꝓ uiatorẽ tri.ple.uocatũ reſpon

derit.quũ a muliere inqt quadã tri. ple.aduersum eũ aditi Gellianũ ad eũ missent:ut ueniret & mulieri re/ sponderet:iussit eũ qui missus erat redire:& tribunis dicere ius eos nõ habere neqꝫ se neqꝫ aliũ quẽ ĩ causa uo candi:cũ moribus maioꝝ tri.ple.prehẽsionẽ hr̃ent: uocationẽ nõ haberẽt.Posse igr̃ eos uenire & prehendi se iubere:sed uocandi absentẽ ius nõ habere.Quũ hoc in ea Capitonis epistola legissemus:ad ipsum postea. M. Varronis rerum humanarũ uno & uicesimo libro enarratius scriptum inuenimus. Verbaqꝫ ipsa super ea re Varronis ascripsimus.In magistratu inquit habẽt alii uocationẽ:alii prehẽsionẽ:alii neutrũ.Vocationẽ ut cõ/ sules & cæteri qui habẽt ꝑiũ.Prehẽsionẽ ut tri.ple.& alii q habẽt uiatorẽ.Neqꝫ uocationẽ neqꝫ prehẽsionẽ: ut quæstores:& cæteri:q neqꝫ lictorẽ habẽt:neqꝫ uiatorẽ.Qui uocationẽ habẽt:iidẽ prehendere:tenere: abdu cere possunt.& hæc oĩa:siue adsunt quos uocãt:siue acciri iusserũt.tri.ple.uocationẽ habẽt nullã. neqꝫ minus multi ꝑiti ꝑinde:atqꝫ hr̃ent:ea sunt usi.Nã qdã nõ modo priuatũ:sed etiam cõsulẽ ĩ rostra uocari iusserũt. Ego triũuir uocatus a Portio tri.ple.nõ iui:auctoribus prĩcipibus:& uetus ius tenui.Itẽ tribunus quũ essem: uocari neminẽ iussi:nec uocatũ a collega parere inuitũ.Huius ergo iuris:qd'.M.Varro tradit: Labeonẽ arbi/ tror uana tunc fidũcia:quũ priuatus esset uocatũ a tribunis nõ isse.Quæ malũ aũt ratio fuit uocantibus nolle obseq quos cõfiteare ius hr̃e prehẽdẽdi? Nã q iure prehẽdi:is ẽt in uincula duci põt.sed q̃rentibus nobis quã ob causam tribuni q haberent summã coercẽdi potestatẽ:ius uocãdi nõ habuerĩt:illud occurrit:qꝫ tri. ple.an tiqtus creari uidenť:nõ iuri dicẽdo:nec causis:quereliscꝫ de absentibus noscẽdis:sed ĩtercessiõibus faciendis: quibus præsentes fuissent:ut iniuria:quæ coram fieret:arcereť.Ac propterea ius ad se uocãdi ademptũ:quo/ niam ut uim fieri uetarent assiduitate eorum.& præsentium oculis opus erat.

Quod in libris humanarum.M.Varronis scriptum est:ædiles:& quæstores po.ro.in ius:a priuato ad præ torem uocari posse. Caput XIII.

Vm ex angulis:secretisqꝫ librorꝫ:ac magistrorum ĩ mediũ iam hominũ:& in lucẽ fori prodissem: quæsitũ esse memini ĩ plerisqꝫ romæ statiõibus ius publice docentiũ:aut respondẽtiũ:an quæstor po.ro.ad prætorẽ:in ius uocari posset? Id aũt nõ ex ociosa quæstione agitabať:sed usus forte natæ rei ita erat:ut uocandus esset ĩ ius quæstor.Non pauci igiť existimabãt:ius uocationis in eum:præ tori non esse:quoniã magistratus po.ro.proculdubio esset.Et neqꝫ uocari:neqꝫ si uenire nollet capi: atqꝫ pre/ hendi:salua ipsius magistratus maiestate posset.Sed ego qui tum assiduus ĩ libris.M.Varronis fui : cum hoc quæri:dubitariqꝫ animaduertissem:protuli unum & uicesimũ rerum humanarꝫ:in quo ita scriptũ fuit.Qui potestatem neqꝫ uocationis populi uiritim habent:neqꝫ prehensionis: eos magistratus a priuato in ius quo/ que uocari est potestas.M.Leuinius ædilis curulis a priuato ad prætorem in ius est eductus.Nũc stipati ser/ uis publicis non modo prehendi nõ possunt:sed etiam ultro summouẽt populũ.Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus.Supra auté in eodem libro:Quæstores neqꝫ uocationem habere:neqꝫ prehensionẽ dicit . Vtraqꝫ igiť libri parte recitata in Varrõis oẽs sententiam concesserũt.quæstorqꝫ in ius ad prætorẽ uocatus ẽ.

Verba ex libro Messallæ auguris:quibus docet qui sint minores magistratus:& consulem: prætoremque collegas esse.& quædam alia de auspiciis. Caput XIIII.

Omeriũ qd esset augures po.ro.q libros de auspiciis scripserũt istiusmodi sentẽtia definierunt. Po meriũ ẽ locus ĩtra agrꝫ effatũ ꝑ totius urbis circuitũ pene muros regiõibus certe is determĩatus q facit finẽ urbani auspicii.Antiqssimũ aũt pomeriũ:qd'a Romulo istitutũ ẽ palatini montis radici bus termĩabať.Sed id pomeriũ ꝑ ĩcremẽtis reip.aliquotiẽs platũ est:& multos editosqꝫ colles cir cũplexũ ẽ.Habebat ãt ius ꝓferendi pomerii:q populũ ro.agro de hostibus capto auxerat.Propterea q̃sitũ ẽ:ac nũc ẽt in quæstiõe est:quã ob causam ex septẽ urbis mõtibus:quũ cæteri sex ĩtra pomeriũ sint: auentinus so/ lum:quæ pars nõ longinqua:nec infrequens est extra pomerium sit:Neqꝫ id Seru.Tullius rex.neqꝫ Sylla qui proferendi pomerii titulum quæsiuit:neqꝫ postea diuus Iulius:quũ pomeriũ ꝓferret:ĩtra effatos urbis fines ĩcluserint.Huius messalla aliquod causas uideri scripsit.Sed præter eas oĩs ipse unã ꝑbat:qꝫ in eo monte Re/ mus urbis cõdẽdæ gratia auspicauerit auesqꝫ irritas habuerit:supatusqꝫ in auspicio a Romulo sit. Iccirco in/ quit omnes q pomeriũ ꝓtulerũt:mõtẽ istũ excluserũt:q̃si auibus obscœnis ominosum . Sed de auẽtino mõ te ꝑmittẽdũ nõ putaui:qꝫ iãpridẽ ego ĩ Elidis grãmatici ueteris cõmẽtario offendi ĩ quo scriptũ erat auẽti nũ sicuti ãtea diximus extra pomeriũ exclusũ.Post auctore diuo Claudio receptũ:& ĩtra pomerii fines obser/ uatũ.In edicto cõsulũ:quo edicunt:qui dies comitiis cẽturiatis futurus sit:scribiť.Ex uetere forma ꝑpetua ne qs magr̃atus minor de cælo seruasse uelit. Quæri igiť solet:q sint magr̃atus minores.sup hac re meis uerbis nil opus fuit:quoniã liber.M.Messallæ auguris de auspiciis prĩo:quũ hæc scriberemus:forte affuit : ꝑpterea ex eo libro uerba ipius Messallæ subscripsimus.Patriciorꝫ auspicia ĩ duas sũt ptãtes diuisa.Maxĩa sunt cõsulũ prætorum:censorum.Neqꝫ tamen eorum oĩum inter se eadem aut eiusdẽ ptãtis:ideo q collegæ nõ sunt cen sores consulũ:aut prætorum.prætores consulum sunt.Ideo neqꝫ cõsules aut prætores censoribus : neqꝫ cen/ sores consulibus:aut prætoribus turbant:aut retinent auspicia.At censores inter se rursus prætores cõsulesqꝫ inter se:& uitiant: & obtinent . Prætor & si collega consuli est : neqꝫ prætorem: neqꝫ consulem iure rogare potest.ut quidem nos a superioribus accepimus:aut ante hæc tempora seruatum ẽ . Et ut ĩ cõmentario.xiii. C.Tuditani patet:qa imperium minus prætor:maius habet consul.& a minore impio maius: aut a maiore collega rogare iure nõ põt.Nos is tẽporibus prætores prætore creante ueterum auctoritatem sumus secuti: neqꝫ his comitiis ĩ auspicio fuimus.Censores æque non eodem rogantur auspicio.atqꝫ consules:& prætores Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia.Ideo illi minores:hi maiores magistratus appellãtur. Mi noribus creandis magistratibus.Tributis:comitiis:magistratus:sed iustius curiata datur lege . Maiores cen/ turiatis comitiis fiunt. Ex his omnibus uerbis Messallæ manifestum fit: & qui sint magistratus minores:&

quãobrem minores appellentur. Sed & collegam esse ptoré consuli docet: q eodẽ auspicio creantur. Maiora autem dicunt auspicia habere: quia eorum auspicia magis rata sunt: q̃ aliorum.

Item uerba eiusdẽ Messallæ differentis: aliud esse ad populũ loq: aliud cũ populo agere. & qui magistratus a quibus auocent comitiatum eiusdem capituli. xiiii. portio.

IDem Messalla in eodem libro de minoribus magistratibus ita scribit. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum: & concionem auocare potest. Prætor & comitiatum: & concionẽ usq; quaq; auocare potest: nisi a consule. Minores magistratus nusq̃: nec comitiatum: nec concionem auocare possunt. Ea re: qui eorum primus uocat ad comitiatum: is recte agit. Quia bifariã cũ populo agi non potest. Nec auocari alius alii posset: si concionẽ habere uellet: utí ne cũ populo agant: q̃uis multi magistratus simul concionẽ habere possunt. Ex his uerbis Messallæ manifestum est: aliud esse cũ populo agere: aliud concionem habere. Nam cum populo agere, est rogare qd populum: ad quod suffragiis suis: aut iubeat: aut uetet. Concionem autem habere: est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

Humanitatem non id significare: quod uulgus putat. Sed eo uocabulo qui sinceriter locuti sunt: magis proprie esse usos. Caput XV.

VI uerba latina fecerũt: quiq; iis ꝓbe usi sunt: humanitatẽ non id esse uoluerunt quod uulgus existimat. Quodq; a græcis φιλανθρωπία. i. erga hoies amor dicitur: & si significat dexteritatẽ quandam beniuolentiáq; erga omnis hoies ꝓmixtam Sed humanitatẽ appellarunt id ꝓpemodũ: qd̃ græci παιδείαν uocant: nos eruditionẽ institutionémq; in bonas artes dicimus: quas q sinceriter cupiunt: appetũtq;: ii sunt uel maxíe humanissimi. Huius enĩ sciæ cura: & disciplina ex uniuersis aiantibus uni hoĩ data est. Iccircoq; hũanitas appellata est. Sic igit̃ eo uerbo ueteres eé usos: & cũ primis. M. Varronẽ. M. q; Tulliũ: oẽs ferme libri declarant. Quãobrem satis habui unũ iterim exemplũ ꝓmere. Itaq; uerba posui Varronis e libro rer̃ humanar̃. i. cuius principiũ hoc é. Praxiteles: qui propter artificium egregium: nemini est paulum modo humaniori ignotus. Humaniori inquit non ita ut uulgo dicitur: facili & tractabili: & beniuolo: tametsi rudis litterarum sit (hoc enim cum sentẽtia nequaquã conuenit) sed eruditiori doctioriq;: qui Praxitelem: quid fuerit: ex libris & historia cognouerit.

Quid apud. M. Catonẽ significent uerba hæc: inter os: & offam. Caput XVI.

RAtio est. M. Catonis Censorii: de ædilibus uitio creatis. Ex ea oratione uerba hæc sunt. Nunc ita aiunt in segetibus: & in herbis bona frumẽta esse. Nolite ibi nimiá spem hr̃e. Sæpe audiui inter os atq; offam multa interuenire posse. Verum inter offam atq; herbam ibi uero longum interuallũ est. Euritius Clarus: qui præfectus urbi: & bis cõsul fuit: uir morum: litterarũq; ueterum studiosissimus ad Sulpitium Apollinarem scripsit: hominẽ memoriæ nostræ doctissimũ. quærere sese: & petere: ut sibi rescriberet: quænã esset eor̃ uerbor̃ sententia. Tum Apollinaris nobis præsentibus (nam id téporis ego adolescés Romæ sectabar eũ discẽdi gratia) rescripsit Claro: ut uiro erudito: breuissime. Vetus eé prouerbium inter os & offam: idem significans: quod græcus ille παροιμιῶδες. i. prouerbio tritus uersus. πολλὰ μὲτ αξυπτέλει κυλικὸς καὶ χεῖλεος ακρου. i. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

Platonẽ tribuere Euripidi Sophoclis uersum. Et iueniri uersus uerbis iisdẽ: aut paucis syllabis imutatis: apud diuersos poetas: temporibus uariis natos. Caput XVII.

VErsus est notæ uetustatis senarius. σοφοὶ τυραννοὶ τῶν σοφῶν σύνοδυσια. idest Sapiẽtes tyranni sunt congressu sapientum. Eũ uersum Plato in theeteto Euripidis esse dicit. Quod quidem nos admodum miramur. Nam scriptũ eum legimus in tragœdia Sophoclis: quæ iscripta é: αιας ο λοκρος. idest Aiax locrensis. Prior autem natus fuit Sophocles: q̃ Euripides. Sed etiam ille uersus nõ minus notus γερων γερόντα πάιδαγωγησω σεγω. idest Senem senex ego teipsum erudiero. Et in tragœdia Sophoclis scriptus est: cui titulus est φιλοκτήτης. i. Philocteta: Et í bacchis Euripidis id quoq; aiaduertimus apud Eschyllũ ἐν τῷ πυρφόρῳ προμηθεῖ. i. in ignigero Prometheo. Et apud Euripidem in tragœdia: quæ inscripta est ινω. idest Ino: eundem esse uersum: absq; paucis syllabis, Eschyllis sic. σιγων τε ὀπουδει. και λεγων τα καιρια. Idest Tacensq; ubi opus é: & opportuna loquẽs. Euripides ita. σιγων τε ὀπύδει. και λέγειν ασφαλέσ. i. Silereq; ubi opus é: & tuto loq. Fuit át Eschyllus nõ breui átiquior.

De genere atq; nominibus familiæ Portiæ. Caput XVIII.

QVum in domus Tiberianæ Bibliotheca sederemus ego & Apollinaris Sulpitius: & alii quidá mihi aut illi familiares: prolatus forte liber est ita inscriptus. M. Catonis Nepotis. Tum quæri cœptũ est: quisnam is fuisset. M. Cato Nepos. At ibi adolescens quispiam (quod ex eius sermone cõiectare potui) non abhorrens a litteris. Hic inquit est. M. Cato: nõ cognomento nepos: sed. M. Catonis cẽsorii ex filio nepos: qui pater fuit. M. Catonis prætorii uiri: qui bello ciuili uticæ necé sibi gladio manu sua cõsciuit. de cuius uita liber ẽ. M. Ciceronis: q inscribit̃ laus. M. Catonis: quem í eodẽ libro: idẽ Cicero pronepotẽ fuisse dicit. M. Catonis censorii. Eius igit̃ qué cicero laudauit: pater hic fuit. M. Cato: cuius orationes ferunt̃ inscriptæ. M. Catonis nepotis. Tum Apollinaris (ut mos eius in reprehendẽdo fuit) placide admodum: leniterq;: Laudo inquit te mi fili: q; í tantula ætate etiam: si hunc. M. Catonẽ: de quo nunc quærit̃: quis fuerit ignoras: auditiuncula tamen quãdam de Catonis familia aspersus es. Non unus autem: sed complures. M. illius Catonis censorii nepotes fuerunt geniti: nõ eodem patre. Duos enim. M. ille cato: qui & orator & cẽsor fuit: filios habuit: & matribus diuersos: & ætatibus longe dispares. Nam iam adolescente altero: matre eius amissa: ipse quoq; iam multum senex Salonii clientis sui filiam uirginẽ duxit í matrimoniũ: Ex qua natus est ei. M. Cato Salonianus. hoc enim illi cognomentũ fuit: a Salonio patre matris datum. Ex ma-

iore autem Catonis filio:qui prætor deſignatus:patre uiuo mortuus eſt:& egregios de iuris diſciplina libros reliquit: naſcitur hic: de quo quæritur.M. Cato.M.filius.M.Nepos.Is ſatis uehæmens orator fuit multaſq; orationes ad exemplum aui ſcriptas reliquit. & conſul cum.Q. Martio rege fuit.Inque eo conſulatu in afri/cam profectus in ea prouincia mortem obiit. Sed is non ita ut dixiſti.M.Catonis prætorii uiri: qui ſe uticæ occidit: & qué cicero laudauit:pater fuit.Nec quia hic nepos catõis cenſorii:ille autem pronepos fuit propte/rea neceſſum eſt: patrem hũc ei fuiſſe.Hic enim nepos cuius hæc modo prolata oratio é:filium qdem maio/rem Catonem habuit:ſed nõ eum:qui uticæ periit:ſed q quũ ædilis currulis: & prætor fuiſſet in galliã nar/bonenſem profectus:ibi uita functus eſt.Ex altero autem uiro Cenſorii filio lõge natu minore qué Salonia/num eſſe appellatum dixi:duo nati ſunt.L.Cato:&.M.Cato.Is.M.cato.tri.ple.fuit: & prætură petens mortẽ obiit.exq; eo natus eſt.M.Cato prætorius qui ſe bello ciuili uticæ ĩteremit.de cuius uita:laudibuſq:quũ.M. Tullius ſcriberet:pronepoté eũ Catonis cenſorii dixit fuiſſe.Videtis igit hác partẽ familiæ:q̃ ex minore cato/nis filio ꝓgenita eſt:nõ ſolũ generis ipſius tramitibus:ſed tempoꝝ quoq; ſpatio differre. Nã quia ille Salonia nus:in extrema pris ætate:ſicuti dixi:natus fuit: ꝓgnati quoq; ab eo aliquãto poſteriores fuerunt:q̃ qui a ma iore fratre eius geniti erãt.Hanc quoq; tempoꝝ differentiã facile animaduertetis ex hac ipſa oratione:quũ eã legetis.Hæc Sulpitius Apollinaris nobis audiẽtibus dixit:quæ poſtea ita eſſe:uti dixerat: cognouimus:quũ & laudationes funebres & librum cõmentarium de familia portia legeremus.

Qd'a ſcriptoribus elegãtiſſimis maior ratio habita ſit ſonitus uocũ:atq; uerboꝝ iocũdioris:q̃ a græcis eu/φωνία.i.uocalitas:cõſonãtiaq; diciť:q̃ regulæ diſciplinæ:q̃ a grãmaticis reperta é. Caput XIX.

INterrogatus eſt Probus Valerius:quod ex familiari eius quodã comperi:haſne urbis: an has ur/bes:& hanc turrem:an hanc turrim dici oporteret.Si aut uerſum inquit pangis:aut orationẽ ſolu tam ſtruis:atq; ea uerba tibi dicenda ſunt:non finitiones illas prærancidas: neq; fetudinas gram/maticas ſpectaueris,ſed aurem tuam interroga:quo quid loco conueniat dicere,quod illa ſuaſerit: id profecto erit rectiſſimum.Tum is qui quæſierat quonammodo inquit uis aurem meam inter rogem? Et Probum ait reſpondiſſe:quo ſuam Virgilius percontatus eſt:qui diuerſis in locis:urbes: & urbis dixit: arbitrio: conſilioque uſus auris. Nam in primo Georgicorum:quem ego inquit librum manu ipſi/us collectum legi,urbis per i litteram ſcripſit.Verba a uerſibus eius hæc ſunt.

Tuq; adeo:quem mox:quæ ſint habitura deorum Concilia incertum eſt:urbis ne inuiſere cæſar.

Terrarumq; uelis curam.Verte.n.&muta:ut urbes dicas:iſipidius neſcio quid facies:& pĩguius. Cõtra ĩ ter/tio æneidis.Vrbes dixit:per e litterã.Centum urbes habitant magnas.Hic ité muta:ut urbis dicas:nimis exi/lis uox erit:& exanguis.Tanta qppe iuncturæ differẽtia eſt ĩ conſonantia uocum proximaꝝ. Præterea idem Virgilius turrim dixit non turrẽ:& ſecurim nõ ſecurem.Turrim ĩ præcipiti ſtantẽ.Et Incertam excuſſit cer/uice ſecurim:quæ ſunt (opinor) iocundioris gracilitatis:q̃ ſi ſuo utrunq; loco per e litteram dicas. At ille qui interrogauerat rudis profecto:& aure agreſti homo.Cur inquit aliud alio in loco doctius:rectiuſque eſſe di/cas:non ſane intelligo. Tum probus iam commotior:Nol inquit igitur laborare:utrum iſtorum debeas di cere:urbis:an urbes.Nam quum id genus ſis: quod uideo:ut ſine iactura tui pecces: nihil perdes:utrum di/xeris. His tum uerbis Probus: & hac fini hominem dimiſit:ut mos eius fuit erga indociles prope ĩclemen ter. Nos autem aliud quoque poſtea conſimiliter a Virgilio duplici modo ſcriptum inuenimus. Nam tres: & tris poſuit eodem in loco: ea iudicii ſubtilitate: ut ſi aliter dixeris: mutaueriſque: & aliquid tamen auris habeas: ſentias ſuauitatem ſonitus diuidere. Verſus ex decimo hi ſunt. Tres quoque threicios boreæ de gente ſuprema: Et tris quos idas pater: & patria hiſmara mittit. tres hic: tris illic: utrunque penſiculate: modulateque reperies:ſuo quicque in loco ſonare aptiſſime.Sed in illo quoque itidem Virgilii uerſu. Hæc finis priami fatorum: ſimul ut: & hic finis dicas: durum atque abſonum erit. Reſpuentque aures: quod mutaueris,ſicut illud contra eiuſdem Virgilii inſuauius facias:ſi mutes. Quem das finem rex magne labo/rum? Nam ſi ita dicas:quam das finem: iniocundum neſcio quo pacto:& laxiorem uocis ſonum feceris.En nius item: rectos cupreſſos dixit contra receptum uocabuli genus:hoc uerſu. Capitibus nutantis pinos: re/ctoſq; cupreſſos.Firmior ei credo:& uiridior ſonus eſſe uocis uiſus eſt rectos dicere cupreſſos: q̃ rectas.Con/tra uero idem Ennius in annali duodeuiceſimo:aere fulua dicit:nõ fuluo.Non ob id ſolũ: quod Homerus. αερόφθογγον. i.aerem hoc eſt caliginẽ:& nebulam ꝓfundã dicit.Sed q; hic ſonus (opinor) uocabilior ẽ uiſus: & amœnior.Sicuti etiã.M.Ciceroni mollius teretiuſq; uiſum eſt ĩ qnta in Verrẽ.fretu ſcribere q̃ freto.Perã/guſto inqt fretu diuiſa.Erat enim craſſius:uaſtiuſq; ꝓnguſto freto dicere.Itidẽ in ſecũda ſimili uſus modu/lamine.Manifeſto peccatu inqt:nõ peccato.hoc enĩ ſcriptũ in uno:atq; in altero antiqſſimæ fidei libro tyro/niano repperi.Verba ſunt Ciceronis hæc.Nemo ita uiuebat:ut nullas eius uitæ pars ſummæ turpidinis eſſet expers.nemo ita in manifeſto peccatu tenebať:ut cũ impudens fuiſſet in facto:tũ impudentior uideretur: ſi negaret.Huius aũt uocis cũ elegãtior hoc in loco ſonus:tum rõ certa:& probata eſt.hic enim peccatus: qua/ſi peccatio:recte:latineq; dicitur.Sicut hic inceſtus:non qui admiſit:ſed quod admiſſum eſt.& hic tributus: quod tributum nos dicimus:a pleriſq; ueterum dicta ſunt.hic quoq; allegatus:& hic arbitratus: pro allega/tione:proq; arbitratione dicuntur.Qua ratione ſeruata:arbitratu:&allegatu meo dicimus. Sic igitur in ma niſeſto peccatu dixit:ut in manifeſto incæſtu ueteres dixerunt.Non quin latinum eſſet:peccato dicere:ſed qa in loco iſto poſitum ſubtilius ad aurem:molliuſq; eſt.Lucretius æque auribus inſeruiens:funem fœminino genere appellauit:in hiſce uerſibus. Nunc ut opinor enim mortalia ſæcla:ſuperne Aurea de cælo demiſit funis in arua. Quum dicere uſitatius:manente numero poſſet.Aureus e cælo demiſit funis in arua.Sacer/dotes etiam fœminas.M.Cicero antiſtitas dicit: non ſecundum grammaticam legem antiſtites. Nam quũ

inſolentias uerborum a ueteribus dictorum plerunq; reſpueret:huius tamẽ uerbi in ea parte ſonitu delectatus.Sacerdotes inquit Cereris,atq; illius fani antiſtitæ uſq;adeo ĩ quibuſdam:neq; rationem uerbi:neq; conſuetudinem:ſed ſolam aurem ſecuti ſunt:ſuis uerba modulis penſitantem. Quod qui non ſentiunt: inquit idem ipſe.M.Cicero quum de numeroſa & apta oratione diſſereret: quas auris habeant:aut quid in iis hominis ſimile ſit:neſcio.Illud uero cum primis apud Homerum ueteres grammatici adnotauerũt q; quum dixiſſet quodam in loco: κολοιὸυσ τε ψὴρόσε. Ideſt graculoſq; ſturnoſq;.Alio in loco non ψὴρῶντε.Ideſt ſturnorum:ſed ψαρων dixit. Ἠων δοσ τε ψαρων νεφος ἐρχεται ηεκολιων.Ideſt: Horum ut de ſturnis it nubes graculiſue.Secutus non communem: ſed propriam in quocunq; uocis ſitu iocunditatem.Nam ſi alterum in alterius loco ponas:utrunq; feceris ſonitu inſuaue.

Verba.T.Caſtritii rhetoris ad diſcipulos adoleſcentes de ueſtitu:atq; calciatu nõ decoro. Caput XX.

CAſtritius rhetoricæ diſciplinæ doctor: qui habuit romæ locũ præcipue declamandi: & docẽdi ſumma uir auctoritate:grauitateq;:& a diuo Hadriano ĩ mores atq; litteras ſpectatus: quum me præſente(uſus ſum enim eo magiſtro)diſcipulos quoſdam ſuos ſenatores uidiſſet die feriato tunicis:& lacernis indutos:& gallicis calciatos.Equidem inquit maluiſſem uos togatos eſſe. Pigitũ eſt cinctos ſaltem eſſe & penulatos.Sed ſi hic ueſter huiuſcemodi ueſtitus de multo iam uſu ignoſcibilis eſt ſoleatos tamen uos populi romani ſenatores:per urbis uias ingredi nequaquam decorum eſt.Nõ hercle uobis minus q̃ illi tum fuit:cui hoc.M.Tullius pro turpi crimine obiectauit. Hæc me audiente Caſtritius: & quædam alia ad eam rem conducentia Romane:& ſeuere dixit.Pleriq; autem ex iis qui audierãt: requirebant:cur ſoleatos dixiſſet:qui gallicas:non ſoleas haberent? Sed Caſtritius profecto ſcite: atq; incorrupte locutus eſt.Oĩa enim ferme id genus:quibus plantarum calces tãtum in fine teguñt:cætera ꝑpẽ nuda: & terretibus habenis iuncta ſunt:ſoleas dixerunt.Nonnunquam uoce græca crepidulas.Gallicas autem uerbum eſſe opinor nouum:non diu ante ætatem.M.Ciceronis uſurpari cœptum.Itaq; ab eo ipſo poſitum eſt in ſecunda antonianarum.Cum gallicis ĩquit:& lacerna cucurriſti.Neque in ea ſignificatione id apud quenquam alium ſcriptum lego:grauioris duntaxat auctoritatis ſcriptorem:ſed (ut dixi) crepidas : & crepidulas : prima ſyllaba correpta id genus calciamentum appellauerũt:quod græci κρηπῖδασ:ideſt crepidulas. Eiuſque calciamenti ſutores crepidarios dixerunt.Sempronius Aſellio in libro rerum geſtarum quartodecimo: Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario ſutore.

Comprecationes:quæ ritu Romano fiunt diis:expoſitæ ſunt in libris ſacerdotũ,inter quas Marti neriené tribuunt:& quid neriene:ſeu nerio nomen importet. Caput XXI.

COmprecationes deorum immortalium : quæ ritu Romano diis fiunt:expoſitæ ſunt in libris ſacerdotum populi Romani:& pleriſque antiquis orationibus.In iis ſcriptum eſt Laciam Saturni: Salaciam Neptunni:Horam Quirini:Iurites Quiritum : Maiam Vulcani : Nerien Iunonis: Mollas Martis.Nerienem quoque Martis.Ex quibus id:quod poſtremum poſui: ſic pleroſque dicere audio : ut primam in eo ſyllabam prolucant : quo græci modo dicunt ηηρἰδασ.Ideſt enereidas maris deas. Sed qui probe locuti ſunt : primam correptam dixerunt:tertiam produxerunt.Eſt enim rectus caſus uocabuli:ſicut in libris ueterũ ſcriptũ eſt.Nerio:q̃q̃.M.Varro in ſatyra menippea:quæ ĩſcribit σκιαμαχία.i.umbratilis pugna uel κριὸμαχία.i.arietũ pugna:nõ nerio: ſed neriones uocatiue dicit:ĩ his uerſibus. Theanna: & peranna:pranda:celato:pales: Nerienes : minerua:fortuna:ac ceres.

Ex quo nominandi quoq; caſum eundẽ fieri neceſſum eſt.Sed nerio a ueteribus ſic declinatur quaſi anio Nam perinde ut anienem:ſic nerienem dixerunt:tertia ſyllaba producta. Id autem ſiue nerio : ſiue nerienes eſt:ſabinum uerbum eſt.Eoque ſignificatur uirtus:& fortitudo.Itaque ex claudiis : quos a ſabinis oriundos accepimus:qui erat egregia:atque præſtanti fortitudine:Nero appellatus eſt. Sed id ſabini a græcis accepiſſe uidentur:qui uincula:& firmamenta membrorum νευρα.Ideſt neruos dicunt.Vnde nos quoque latine neruos appellamus. Nerio igitur Martis uis.& potentia:& maieſtas quædam eſſe Martis demõſtratur.Plautus autem in truculento:coniugem eſſe Neriene Martis dicit. Atque id ſub perſona militis in hos uerſu. Mars peregre adueniens ſalutat nerienem uxorem ſuam. Super ea re audiui non incelebrem hominem dicere nimis comice Plautum imperito : & incondito militi falſam nouamque opinionem tribuiſſe : ut Nerienem coniugem eſſe Martis putaret. Sed id perite magis : q̃ comice dictum intelliget:qui leget Cn.Gelii annalem tertium:in quo ſcriptum eſt. Herſiliam : quum apud.T.Tatium uerba faceret:pacemque oraret. ita precatam eſſe. Neria martis te obſecro pacem dare:ut liceat nuptiis propriis : & proſperis uti : quod de tui coniugis conſilio contigit:uti nos itidem integras raperent:unde liberos ſibi:& ſuis poſteris : patriæ pararent. De tui inquit coniugis conſilio:Martem ſcilicet ſignificans : per quod apparet non eſſe id poetice a Plauto dictum : ſed eam quoque traditionem fuiſſe:ut Nerio a quibuſdam uxor eſſe martis diceretur. Ibi autem animaduertendum eſt : q; Gelius neria dicit. per a litteram : non nerio : neque nerienes. Præter Plautum etiam : præterque Gelium. Licinius Imbrex uetus comœdiarum ſcriptor in fabula. quæ Neæra inſcripta eſt. ita ſcripſit. Nolo ego neæram reuocent : ſed nerienem. Quum quidem Marti es in connubium data. Ita autem ſenarii numerus huiuſce uerſus eſt ut tertia in eo nomine ſyllaba:contra quam ſupra dictum eſt: corripienda ſit. Cuius ſonus quanta apud ueteres indifferentia ſit : notius eſt: q̃ ut plura in id uerba ſumenda ſint. Ennius autem in primo annali. in hoc uerſu. Nerienem mauortis : Et hercle : niſi : quod minime ſolet numerum ſeruare.primam ſyllabam tetendit:tertiam corripuit. Ac ne id quidem prætermittendum puto:cuiuſmodi eſt : quod in commentario quõdam Seruii Claudii ſcriptum inueni. Nerio dictum quaſi neirio:hoc eſt ſine ira:& cum placiditate:ut eo nomine mitem tranquillumq; fieri Martem precemur.Ne

enim particula ut apud græcos:ita plerunq; in latina quoq; lingua priuatiua est.

Mar.Catonis consularis & censorii:pulcherrima exprobratio contra philosophantes nomine:& non re.

Caput XXII.

MArcus Cato consularis:& censorius:publicis iam:priuatisq; opulentus rebus uillas suas inexcultas:& rudes:ne tectorio quidem prælitas fuisse dicit:ad annum usq; ætatis suæ septuagesimum: atq; ibi postea his uerbis utitur.Neq; mihi inquit ædificatio:neq; uasum:neq; uestimentum ullum est in manu preciosum:Neq; preciosus seruus:neq; ancilla.Siquid est inquit quo utar:utor. Si non est:ego sum. Cuiq; per me uti:atq; frui licet. Tum deinde addit: uitio uertunt:quia multa egeo. At ego illis:quia nequeunt egere.Hæc mera ueritas Thusculani hominis:egere se multis rebus: & nihil tamen cupere dicentis:plus hercle promouet:ad exhortandam parsimoniam:sustinédamq; inopiam: q̃ græce istorum præstigiæ philosophari sese dicentium.umbrasq; uerborum inanes fingentium. Qui se nihil habere & nihil tamen egere:ac nihil cupere dicunt:quum & habendo:& egendo:& cupiendo ardeant.

Quæsitum tractatumq; quid sint manubiæ:atq; inibi dicta quædam de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus.

Caput XXIII.

IN fastigiis fori traiani simulacra sunt sita circum undiq; inaurata equorum: atq; signorum milytarium.subscriptumq; est ex manubiis.quærebat Phauorinus:quum in area fori ambularet: & amicum suum consulem opperiret:causas pro tribunali cognoscentẽ:noscq; tunc eũ sectaremur: q̃rebat inq̃.Quid nobis uideretur significare,pprie manubias illa iscriptio. Tũ qspiã q cũ eo erat: homo in studiis doctrinæ multi:atq; celebrati nominis.Ex manubiis inquit significat ex præda: manubiæ enim dicunt prædã:quæ manu capta est.Etiã si inquit Phauorinus.opera mihi princeps:& prope omnis in littera:disciplinisq; græcis sumpta est:nõ usq; eo tamẽ infrequés sum uocũ latinarũ:quas succesiuo:atq; tumultuario studio colo:ut hanc interpretationẽ ignoré uulgariã:q; esse dicantur manubiæ præda.Sed quæro an.M.Tullius uerborũ hõ diligẽtissimus in oõne quã dixit de lege agraria calẽdis ianuarii cõtra Rullũ inani:& illepida geminatione iunxerit manubias:& prædã:si duo hæc uerba idem significant:neq; illa re ali qua dissiderit.Atq; ut erat Phauorinus egregia quadam uel diuina memoria:uerba ipsa.M.Tullii statim dixit ea nos ascribimus hic prædam:manubias:sectionem:castra deniq; Cn.Pompeii sedente imperatore decemuiri uendent.Et infra itidem duo hæc simul iuncta posita dixit.ex præda:ex manubiis: ex auro coronario.Ac deinde ad eum conuertit:qui manubias esse prædam dixerat. Et uidetur ne tibi inquit utroq; in loco.M.Cicero duobus uerbis idem:sicuti tu putas:significantibus inepte & frigide esse usus? Ac tali ioco dignus:quali apud Aristophanẽ facetissimũ comicorum Euripides Aeschylum infectatus est:quum ait.

Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἰ σὺν ὁ σοφὸς αἰσχύλος	Bis idem nobis dixit sapiens æschylus.
ἥκω γὰρ εἰς.γὴν φησὶ:καὶ κατέρχομαι	Venio enim ad terram inquit:& accedo postliminio:
Τὸ κατέρχομαι ἥκω δὲ ταυτόν ἐστι.	Ast uenio idem est:quod accedo postliminio:
νῆτον δῶσπερ εἰ τις ἐι σοι γείτονι	Ita per iouem:atq; siquis uicino autumet.
χρῆσόν συ μάκτραν εἰ δὲ βούλει κάρδοπον:Idest	Accõmoda tu mactrã:uel si libet arcã panariã.

Nequaq̃ uero inquit ille talia uidentur:quale est μακτρά καὶ κάρδοπος:ideſt mactra & arca panaria: quæ a poetis uel oratoribus græcis:nostrisq; celebrandæ & ornandæ rei gratia:duobus eadem pluribusue nominibus frequentantur.Quid igitur inquit Phauorinus:ualet hæc repetitio instauratioq; eiusdem rei:sub alio nomine in manubiis & in præda? Num ornat:ut aliquis solet orationem? Num eam modulatiorem aptiorem q; reddit? Num onerandi uel exprobrandi criminis causa: exaggerationem aliquam speciosam facit? Sicut in libro eiusdem.M.Tullii:qui de constituendo accusatore est: una eademq; res pluribus uerbis uehementer: atq; atrociter dicitur Sicilia tota. si una uoce loqueretur: hoc diceret. Quod auri: quod argenti: quod ornamentorum in meis urbibus sedibus:delubris fuit.Nam quum urbes totas semel dixisset: sedes: delubraq; addidit:quæ sunt ipsa quoq; in urbibus.Item in eodem libro simili modo.Siciliam inquit ,puinciam.C.Verres per triennium depopulatus esse:siculorum ciuitates uastasse:domos exinanisse:fana spoliasse dicitur.Et quid uidetur:quum siciliam prouinciam dixerit:atq; etiam insuper ciuitates addiderit domos etiam & fana:quæ infra posuit:comprehendisset uerba hæc item multa:atq; uaria depopulatus esse: uastasse:exinanisse:spoliasse.Nonne unam & eandem uim in sese habẽt? Sane.sed quia cum dignitate orationis: & cum graui uerborum copia dicuntur:q̃q̃ fere sint:& ex una sententia cooriantur:plura tamen esse existimãtur:quoniam & aures & animum sæpius feriunt:hoc ornatus genus in crimine uno uocibus multis atq; sæuis extruendo:ille iam tunc.M.Cato antiquissimum in orationibus suis celebrauit.Sicuti in illa quæ inscripta est de decem hominibus:quum Thermum accusauit:q; decem liberos homines eodem tempore interfecisset:hisce uerbis eandem rem omnibus significantibus usus est. Quæ quoniam sunt eloquentiæ latinæ tunc primum exoriẽtis lumina uerba quidem sublustria:libitum est ea mihi ὀπτομνημόνευειν:ideſt commemorare.Tuum nefarium facinus:peiore facinore operire postulas:succidias humanas facis:decem funera facis:decem capita libera interficis:decem hominibus uitam eripis indicta causa:iniudicatis:indẽnatis.Itẽ M.Cato in orationis principio:quam dixit in senatu pro rhodiensibus:quum uellet res nimis prosperas dicere:tribus uocabulis idem sentientibus dixit.Verba eius hæc sunt. Scio solere pleriq; hominibus in rebus secũdis:atq; prolixis:atq; prosperis animum excellere:atq; superbiam:atq; ferociam augescere. Itidem Cato exoriginum septimo in oratione:quam contra Ser.Galbam dixit: compluribus uocabulis super eadem re usus est.Multa me dehortata sunt huc prodire:anni:ætas:uox:uires: senectus. uerum eniuero quũ tantã rẽpublicã agier arbitrarer.Sed ante oĩs apud Homerum eiusdem rei atq; sententiæ luculenta exaggeratio est.

ἐκτόρα Δεκβέλεω νῦττα γε ζεῦς ἐκτὲ κόνιᾶσ ἔκτὰν Δροκτασίᾶσ.ἐκ καὶ μάτοσ ἐκτὲ κυδοιμοῦ. Hectora de iaculis de puluere iuppiter:& de Cæde uirum abduxit:de sangu ine:deq; tumultu. Itē alio in uersu. ισ μιναιτε μαχαιτε.φονι Ταν Δροκτασιαιτε: idest prœlia:conflictus:cædes:hominūq; necatus. Nā quum oía ista utrobiq; multa:& cōtinua noía nihil plus demōstrēt:q̄ prœlium. Huius tamē rei uaria facies delectabiliter:ac decore multis:uariisq; uerbis depicta est. Neq; nō illa quoq; apud eūdē poetā una in duobus uerbis sentētia cum egregia rōne repetita est. Idæus enī quum inter Aiacē & Hectorē decertātes armis intercederet:his ad eos uerbis usus est. μηκέτι παιδὲ φίλω πολεμιζετε μηδε μαχεσθον. Idest Neu dulces pueri pugnate:aut cernite ferro. In quo uersu nō oportet alterū uideri uerbū idē quod supius significās: supplendi numeri cā:extrīsecus additū:& cōsarcinatū. est.n. hoc īane admodū & futile. Sed quū in iuuenibus gloriæ studio flagrātibus:puicaciā:ferociāq; & cupidinē pugnæ:leniter tamē & placide obiurgaret:atrocitatē rei & culpam p̄seuerādi bis idē dicēdo alio:atq; alio uerbo auxit:īculcauitq;.duplexq; eadē cōpellatio admonitioné facit īstātioré. Ne illa qdē eiusdē significatiōis repetitio ignaua & frigida uideri debet. μήθηρὲσ Δαρατη λεμαχωθανατόντε πόροντε ἠρτυόν: idest Telemachoq; porci letū:fatūq; p̄fecto Cōdibant:q; bis idē dixerit: θανατον και πόρον: idest letū & fatū. Indignitas enī moliēdæ tā acerbe tāq; iniustæ necis:mirāda mortis iteratione defleta est. Cæterū qs tā obtuso īgenio é:qn ītelligat πολεμιζετε και μαχεσθον. i. bellate & pugnate: uerba idē duo significātia nō frustra posita eē: ut illa quoq;. βασκιθι δυλε ὀνειρε και βασκιθι ιρι ταχεικ, Vade.I.sōniū agēs:uade & p̄ge iri citata: neq; εκ παραλληλον. i. ex geminatiōe ut qdā putāt:sed hortamētū esse acre iussæ: iperatæq; cæleritatis. Verba quoq; illa. M. Cic. in. L. Pisoné trigemīa:etiā si duræ auris hoībus nō placēt:nō uenustatē mō noíe q̄siuere:sed figurā simulationēq; oris pluribus simul uocibus uerberauerūt. uultus denīq; īquit totus:q̄ sermo qdā tacitus mētis est hic in fraudē hoíes īpulit. hic eos q̄bus erat ignotus decepit:fefellit:īduxit. Quid igit̄ simile est inqt apud eūdē in p̄da & manubiis? Nihil p̄fecto istiusmodi. Nā neq; ornatius fit additis manubiis:neq; exaggeratius:modulatiusq;. Sed aliud oíno p̄da est: ut in libris rerū: uerborūq; ueterū scriptum est:aliud manubiæ. Nā p̄da dicit̄ corpora ipsa rerū quæ capta sunt. Manubiæ uero appellatæ sunt pecunia a q̄store ex uēditiōe p̄dæ redacta. utrūq; ergo dixit. M. Tullius cumulādæ inuidiæ gratia decēuiros ablaturos:p̄secuturosq; & prædā:quæ nōdū eēt uenūdata:& pecuniā quæ ex uēditiōe prædæ percepta esset. Itaq; hæc inscriptio:quā uidetis. Ex manubiis:nō res corporaq; ipsa prædæ demōstrat. Nihil enī captū est hoc a Traiano ex hostibus:sed facta esse hæc:cōparataq; ex manubiis. i. ex pecunia prædatia declarat. Manubiæ enī sunt:sicuti iam dixi:nō præda: sed pecunia per quæstorē populi romani ex præda uendita cōtracta. Quod p quæstorē autē dixi:ītelligi nūc oportet p̄fectū ærario significari. Nā cura ærarii a quæstoribus ad p̄fectos translata est. Est tamē nōnusq; iuenire ita scripsisse quosdā nō ignobiles scriptores:ut aut temere:aut curiose prædā pro manubiis:& manubias pro præda posuerint:ut tropica quadā figura mutationē uocabuli facerēt. Quod facere cōcessum est scite id peritēq; faciētibus. Sed enī:qui proprie atq; signate locuti sunt:sicuti hoc in loco. M. Tullius manubias pecuniam dixerunt.

Verba. P. Nigidii quibus dicit:in noíe Valeri in casu uocandi:primā syllabam acuendā esse. Et item alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturā pertinentia. Caput XXIIII.

Iam pricipio inqt Pindarus ueritati magis obſecutus.id dixit.q; res erat:quodq; iſtic uſu ueniebat.quodq; oculis uidebaē īterdiu fumare ætnā: noctu flámigare.Virgilius autem dum ī ſtrepitu:ſonituq; uerboq; congrendo laborat:utrúq; tempus nulla diſcretōe facta confundit. Atq; ille græcus qdem fontes imitatus ignis eructari:& fluere omnes fumi:& flámaq; per fulua:& tortuoſa uolumina ī plagas maris ferre, quaſi quoſdā igneos angues luculente dixit.Et hic noſter atrā nubem turbine piceo:& fauilla fumāte:ροον καπνῶυ αιεω/να.Idest fluxū fumi calidū īterpretari uolēs craſſe & īmodice cōgeſſit.globos quoq; flámaq;.quod ille κρουνόυσ.i.fluenta dixerat:duriter:& ακυρωσ.Idest improprie tráſtulit.Itē qđ ait ſydera lambit. Vacāter hoc ét inqt acumulauit:& ianiter.Neq; nō id quoq; īenarrabile eſſe ait:& ꝓpemodū īſenſibile:quod nubē atram fumare dixit turbine piceo:& fauilla candēte.Non.n.fumare inqt ſolent:neq; atra eſſe: quæ ſunt candētia : niſi ſi candenti dixit ꝓuulgate:& īproprie:pro feruenti fauilla:non pro ignea & relucēti. Nam candēs.ſ.eſt a candore dictum:non a calore.Quod ſaxa aūtem ſcopulos eructari:& erigi eoſdēq; ipſos ſtatim liquefieri: & gemere atq; glomerari ſub auras dixit.hoc īquit nec a Pindaro ſcriptum: nec unq; fando auditum & omnium quæ monſtra dicuntur:monſtruoſiſſimum eſſe.

Quod Plutarchus in libris ſympoſiacis opinionē Platonis:de habitu atq; natura ſtomachi:fiſtulæq; eius quæ Τραχεια:ideſt dura dicitur aduerſum Eraſiſtratum medicum tutatus é:auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis. Caput XI.

ET Plutarchus & alii qdam docti uiri reprehenſum eſſe ab Eraſiſtrato nobili medico Platonē ſcripſere:q; potū dixit defluere ad pulmonē.Eoq; ſatis humectato: dimanare ꝓ eū:qa ſit rimoſior: & cōfluere inde in ueſicam.Erroriſq; iſtius fuiſſe Alceū ducē qui in poematibus ſuis ſcriberet. τον τετωνευμων αοινον: Τογαρ περιχελλεται,i.pulmonē uino ipſum aūt Eraſiſtratū dicere duas eſſe quaſi caniculas q̄ſdam uel fiſtulas.Eaſq; ab oris faucibus ꝓficiſci deorſum.Per earūq; alterā deduci:delabiq; in ſtomachum eſculēta oīa & poculēta.Ex eoq; ferri in uētriculū : qui ἡ κατωκοιλία.i.iferior uēter.i.aluus appellaē.Atq; ibi ſubigi:digeriq;:ac deide aridiora ex iis recremēta in aluū cōuenire : quod græce κολον dicīē.humidiora peruehens in ueſicā.Per alterā aūt fiſtulā quæ græce noiaē Τραχεια αρτηρια.i. aſpa arteria:ſpiritū a ſummo ore in pulmonē:atq; īde rurſum in os & ī naris cōmeare.Perq; eā uiam uocis quoq; fieri meatū.Ac ne potus cibuſq; aridior:quē oporteret in ſtomachū ire: ꝓcederet ex ore: labereturq; ī eādem fiſtulā:ꝓ quā ſpūs reciprocaē.Eaq; offenſione ītercluderēē aīæ uia:īpoſitā eſſe arte quadā:& ope naturæ Inde apud duo iſta foramina:quæ dicīē επιγλωττιδ.i.appoſita lingula:q̄ſi clauſtra quædā mobilia: cōniuētia uiciſſim & reſurgentia.Eāq; επιγλοττηδα iter edendū:bibendūq; opire:atq; ꝓtegere: Την τραχειαν αρτηριαν.i.aſperā arteriam:ne qd ex eſca potuue īcideret in illud q̄ſi æſtuantis aīæ iter.Ac ꝓpterea nihil humoris īfluere in pulmonē.ore ipſo arteriæ cōmunito.Hæc ait Eraſiſtratus medicus aduerſus Platonē. Sed Plutarchus in libro ſympoſiacoq; auctorē Platonis ſententiæ Hippocratē dicit fuiſſe.Idēq; eſſe opinatos & Philiſtiona locrū & Dioxippū hippocraticū ueteres medicos & nobiles.Atq; illā de qua Eraſiſtratus dixerit:επι

γλάττια non iccirco ī eo libro conſtitutā: ne qd ex potu īflueret ī arteriam. Nam pulmoni quoq; fouēdo rigandoq; neceſſarios humores uideri. Sed appoſitā quaſi moderatricē quandā: arbitrāq; ꝓhibendi admiſcē diue: quod ex ſalutis uſu foret: uti edulia qdē omnia defenderet ab arteria: depelleretque in ſtomachum. Potum aūt partiretur inter ſtomachū & pulmonem. Et qđ ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet: non rapidum id neq; uniuerſum: ſed quadam obice ſuſtentatum: ac repreſſum ſenſim paulatimq; trāſmitteret: atq; omnē reliquū in alteram ſtomachi fiſtulam deriuaret.

De materiis īfamibus q̄s græci ἀλόξους appellāt: a Phauorino exercēdi gr̄a diſputatis. Caput XII.

INfames materias: ſiue qs mauult dicere īopinabiles: q̄s græci ἀλόξους καὶ ἀτόπους ὑποτεσείς appellāt: & ueteres adorti ſunt: nō ſophiſte ſolū: ſed phī quoq; & nr̄ phauorinus oppido q̄libens in eas materias dicebat uel īgenio expgificando ratus idoneas: uel exercendis argutiis: uel edomādis uſu difficultatibus: ſicuti quū Theſitæ laudes quæſiuit. & quū febrim q̄rtis diebus recurrētē laudauit. Lepida ſane multa & nō facilia īuentu in utrāq; cām dixit. eaq; ſcripta ī libris reliqt. Sed ī febris laudibus teſtē ēt Platoné ꝓduxit: quē ſcripſiſſe ait. Qui q̄rtanā paſſus cōualuerit: uireſq; ītegras recuperauerit: fidelius cōſtantiuſq; poſtea ualituꝝ. atq; inibi ī eiſdē laudibus nō hercle hac ſentētiola īuenuſte luſit. Verſus inqt eſt lōgo hoīum æuo ꝓbatus ἄλλοτε μητρὶ ἤεσελεν ἡμέρη. ἄλλοτε μητρί. i. ipſa dies q̄ndoq; parēs: q̄doq; nouerca ē. Eo uerſu ſignificat: nō oī die bene eſſe poſſe: ſed iſto bene: atq; alio male. Qđ quū ita ſit inqt: ut in rebus humanis bene aut male uice alterna ſit: hæc biduo medio īteruallata febri: quāto eſt fortunatior: in qua eſt μιὰ μητρύια δυο μητέρες. i. una nouerca duæ matres.

Quī ꝓticula quot q̄leſq; uarietates ſignificatōis héat: & q̄ ſæpe ī uetex ſcriptis obſcura ſit. Caput XIII.

QVin particula: quā grāmatici coniunctioné appellant: uariis modis ſententiiſq; cōnectere oīonem uidetur. Aliter enim dici putat: quum quaſi īcrepātes: uel īterrogantes: uel exhortantes dicimus qn uenis? qn legis? qn fugis? Aliter quum ita confirmamus. Nō dubiū eſt qn. M. Tullius oīum ſit eloquētiſſimus. Aliter át quū ſic cōponimus: q; quaſi priori uidetur contrariū. Non iccirco cauſas Iſocrates nō defendit: qn id utile eſſe & honeſtū exiſtimarit. A quo illa ſignificatio nō abhorret: q̄ eſt ī tertia origine. M. Catonis. Haud eos inquit eo poſtremum ſcribo: quin populi: & boni & ſtrenui ſient. In ſecunda quoq; origie. M. Cato nō longe ſecus hac particula uſus eſt. Neq; ſatis īquit habuit: quod eū in occulto uitiauerat: qn eius famam proſtitueret. Præterea animaduertimus Quadrigariū ī. VIII. annaliū particula iſta uſum eſſe obſcuriſſime. Ipſius uerba poſuimus. Romā uenit. uix ſuperat: qn triumphus decernat. Itē ī ſexto annali. eiuſdē uerba hæc ſunt. Pene factum eſt: qn caſtra relinquerent atq; cederent hoſti. Non me autē præterit dicere aliquē poſſe de ſummo pectore nihil eſſe ī his uerbis negocii. Nam qn utrobiq; poſitū pro ut planiſſimum q; eſſe: ſi ita dicas. Romā uenit: uix ſuperat ut triūphus decernatur: Item alio ī loco: pene factū ē ut caſtra relinquerent: atq; cederēt hoſti. Sed utant̄ ſane q tam expediti ſunt ꝓfugiis cōmutationū in uerbis: quæ non ītelligunt̄: utant̄ tamē ubi id facerepoterunt uerecūdius. Hanc uero particulā de qua dicimus: niſi qs didicerit compoſitā copulatāq; eſſe: neq; uim tantū coniungēdi habere: ſed certa quadā ſignificatiōe factā: nunq; ꝓfecto ratōes ac uarietates iſtius cōprehenſurus eſt. Quod qa longioris diſſertatōis eſt. poterit cui ociū eſt: reperire hoc in. P. Nigidii cōmentariis: quos grammaticos inſcripſit.

Sententiæ ex Publii mimis ſelectæ lepidiores. Caput XIIII.

PVblius mimos ſcriptitauit. dignuſq; habitus ē: q ſuꝑ Laberio iudicaret̄. C. autē Cæſarē ita Laberii maledicentia: & arrogantia offendebat: ut acceptiores & probatiores ſibi eſſe Publii: q̄ Laberii mimos prædicaret. Huius Publii ſententiæ ferunt̄ pleræq; lepidæ: & ad cōmunē ſermonū uſum cōmodatiſſimæ. Ex qbus ſunt iſtæ ſingulis uerſibus ciſcūſcriptæ: q̄s libitū hercle ē adſcribere.

Malum conſilium eſt quod mutari non poteſt.
Beneficium dando accepit: qui digno dedit.
Feras: non culpes: quod uitari non poteſt
Cui plus licet q̄ par eſt: plus uult q̄ licet
Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia
Improbe Neptunnū accuſat: q ite; naufragium facit.
Ita amicū habeas: poſſe ut fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam inuitās nouam.
Nunq; periculum ſine periculo uincitur.
Nimium altercando ueritas altercatur
Pars beneficii eſt: quod petitur: ſi belle neges.

Quod Carneades academichus elleboro ſtomachū purgauit: ſcripturus aduerſus Zenonis ſtoici decreta. Deq; natura medellaq; ellebori candidi & nigri. Caput XV.

CArneades academicus ſcripturus aduerſum ſtoici Zenonis libros: ſupiora corporis elleboro candido purgauit: ne qd ex corrupta ī ſtomacho humoribus ad domicilia uſq; animi redūdaret: & iſtantiam uigoremq; mentis labefaceret: Tanta cura tantoq; apparatu uir īgenio præſtanti ad refellenda quæ ſcripſerat Zeno aggreſſus. Id quū ī hiſtoria græca legiſſem qđ de elleboro candido ſcriptum erat: qd eſſet quæſiui. Tum cōperi duas ſpēs ellebori eſſe diſcerniculo coloris iſignes: candidi & nigri. Eos aūt colores: non ī ſemine ellebori: neq; ī uirgultis: ſed ī radice dignoſci. Candido ſtomachū & uentrem ſuperiorem: uomitōibus purgari. Nigro aluum: quæ īferior uocat̄: dilui. Vtriuſq; eſſe hāc uim: ut humores noxios ī quibus cauſæ morboꝝ ſunt extrahant. Eſſe aūt periculum ne inter cauſas morborum omni corporis uia patefacta: ea quoq; ipſa in qbus cauſa uiuendi eſt: exinaniantur. Amiſſoq; omni naturalis alimoniæ fundamēto: homo exauſtus intereat. Sed elleborum ſumi poſſe tutiſſime ī inſula anticyra. Plinius ſecundus ī libris naturalis hiſtoriæ ſcripſit. Propterea Liuiū Druſum: q tribunus plebis fuit: quū morbum q comitialis dicitur: patereť. anticyrā nauigaſſe: & ī ea inſula elleboꝝ bibiſſe ait. atq; ita morbo liberatū. Præte-

rea id ſcriptum legimus Gallos ī uenatibus tingere elleboro ſagittas:q; iis ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiāt. Sed propter ellebori cōtagiū: uulnera ex ſagittis facta circūcidere latius dicunt.

Anates ponticas uim habere uenenis detegendis potentem. Atq; inibi de Mithridatis regis ī id genus medicamenti ſolertia. Caput XVI.

ANates pōticas dicit edēdis uulgo uenenis uictare. Scriptū etiam a Leneo Cn. Pompeii liberto Mithridatē illū pōti regē medicinæ rei: & remedioꝝ id genus ſolertē fuiſſe. Solitūq; eaꝝ ſanguinem miſcere medicamētis: quæ digerendis uenenis ualent. Eumq; ſanguinem uel potentiſſimū eſſe ī ea cōfectione. Ipſum aūt regē aſſiduo raliū medelaꝝ uſu: a clandeſtinis epularū iſidiis cauiſſe. Quī & ſcientē quoq; ultro: & oſtentādi gratia uenenū rapidū & uelox ſæpenumero hauſiſſe: atq; id tamē ſine noxa fuiſſe. Quāobrē poſtea cū prœlio populi romani uictus metu ſui in ultima regni refugiſſet: & mori decreuiſſet: & uenena uiolētiſſima feſtinādæ necis gratia fruſtra expertus eſſet: ſuo ſe ipſe gladio trāſegit. Huius regis antiodotus celebratiſſima eſt: quæ mithridatios uocatur.

Mithridatē ponti regem duaꝝ & uigīti gentiū linguis locutū. Q. q; Enniū tria corda habere ſeſe dixiſſe. q; tris linguas pcalluiſſet: græcā: oſcam: latinā. Caput XVII.

ENnius tria corda habere ſeſe dicebat: q; loq; græce & oſce & latine ſciret. Mithridates āt ponti atq; bithyniæ rex īclitus: qui a Cn. Pōpeio bello ſuperatus eſt. duaꝝ & uiginti gētiū: quas ſub ditiōe habuit: linguas pcalluit. Earūq; omniū gentiū uiris haud unq̄ per īterpretē locutus eſt. Sed ut quēq; ab eo appellari uſus fuit: pinde līgua & oīone ipſius nō minus ſcite q̄ ſi gētilis eius eēt: locutus ē.

Quod. M. Varro. C. Saluſtiū hiſtoriæ ſcriptorē deprehenſum ab Anio Milone in adulterio ſcribit: & loris cæſum: pecuniaq; data dimiſſum. Caput XVIII.

MArro in litteris atq; uita: fide homo multa & grauis: in libro quē inſcripſit Pius: aut de pace. C. Saluſtium ſcriptorē ſeriæ illius: & ſeueræ orationis. In cuius hiſtoria notiones cenſorias fieri: atque exerceri uidemus: in adulterio deprehēſum ab Anio Milone loris bene cæſum dicit. & quum deciſſet pecuniam dimiſſum.

Quid Epictetus philoſophus dicere ſolitus ſit hominibus nequā: & impuris diſciplinas philoſophiæ ſtudioſe tractantibus. Et quæ duo uerba obſeruāda præceperit: omniū reꝝ lōge ſalubria. Caput XIX.

HAuorinū ego audiui dicere Epictetum philoſophū dixiſſe: pleroſq; iſtos qui philoſophari uidentur: philoſophos eſſe huiuſcemodi οἰεῦ τοὺπρατ τειν μεχρι ̓Ιο υλεγειν. Id ſignificat: factis proculi: uerbis tenus: lā illud eſt uehemētius quod Arianus ſolitū eum dictare in libris: quos de diſſertationibus eius cōpoſuit: ſcriptū reliquit. Nā quū inquit aīaduerteret hominē pudore amiſſo: immortuna īduſtria: corruptis moribus: audacē: confidentē: linguam: cæteraq; oīa. præterq̄ animum procurātē: iſtiuſmodi īquit hoīem quū uideret: ſtudia quoq; & diſciplias philoſophiæ cōtractare: & phyſica adire: & meditari dialectica: multaq; id genus theoremata ſuſpicari ſciſcitariq; inclamabat deū atq; hoīum fidem. ac plerūq; īter clamandū his eum uerbis increpabat. ἀνθρωπε τὸυ βαλλειστ σκεψαι ει κεκαθαρται το ἀγγειὸν ἀνγαρεισ τὴν οἰησιν αὐτα βαλλησ ἀπωλετὸ ἡνσατὴ ὸυρον. ἡ ὸξοσ γενοιτοαν ἡ ιττουτων χεῖ ρον. Idēſt Homo ubi nam mittis: conſidera nūquid purgatum uas ſit: Nam ſi ad inanem opinionem ea īuergas: prorſum īterierunt: Sin computreſcāt: ī urinam aut acetum uertent: aut ſiqd iis ipſis ē deterius. Nil profecto his uerbis grauius: nil uerius q̄bus declarabat maximus philoſophorum litteras atq; doctrinas philoſophiæ: quum ī hoīem falſum atq; degenerem: tanq̄ ī uas ſpurcū: atq; pollutum īfluxiſſent. mutari: corrūpi: & quod ipſe κυνικωτερὸν. Idēſt magīs cynicū dixit: urinā fieri: aut ſiqd eſt urina ſpurcius. Præterea idem ille Epictetus: quod ex eodē Phauorīo audiuimus: ſolitus dicere ē: duo eſſe uitia multo oīum grauiſſima ac deterrima: intolerantiam & incontinentiam: quum aut iniurias: quæ ſunt ferendæ non toleramus: neq; ferimus: aut a quibus rebus uoluptatibuſq; nos tenere debemus: non tenemus. Itaq; īquit ſiqs hæc duo uerba cordi habeat: eaq; ſibi imperando atq; obſeruando curet: is erit pleraq; impeccabilis: uitamq; uiuet tranqllliſſimam. Verba duo hæc dicebat. ἀνεχὸῦ καὶ ἀπεχὸυ patere & abſtine.

Ex ſympoſio Platonis ſumpta uerba: numeris coagmentiſq; uerborum ſcite modulateq;: & apte exercē di gratia: in latinam orationem uerſa. Caput XX.

SYmpoſium Platonis apud philoſophū Tauꝝ legebatur. Verba illa Pauſaniæ īter conuiuas amotē uice ſua laudātis. uerba ita rurſum amauimus: ut meminiſſe etiā ſtuduerimus. Sunt adeo quæ meminimus uerba hæc. πασα γαρ πραξισ ὡδε ἐχει. αὐτὴ ἐφἐαυτησ πραττομενη ουτε καλὴ. ουτε αισχρα ὸιὸν νὺν ἡμεισ ποιουμεν. ἡδεινειν ἡλαλεῖν ἡ διαλεγεσθαι. ὸυκεσι τουτων. αυτο καλὸν. ὸυδἐν αλλεν τὴ πραξει. ωσαν πραχθη. τὸι ὸυτὸν αἰσεβη. καλωσ μεν γαρ πρὰττομενὸν και ὸρθωσ καλὸν γιγνεται. μη ὸρθωσ δε αἰσχρον: ὸυτωκαι τὸ ἐραν. και ὸ ἔρασ: ουπαεσι κάλὸσ: ὸυδε ἀξιοσ ἐγκωμιαζεσθαι. ἀλλὸ κάλὸσ πρὸτρεπὸν ἔραν. Idēſt. Omnis enim actio ſic ſeſe habet. Nā ipa quātum in ſemetipſam agitur: neq; honeſta: neq; turpis eſt: quēadmodum ſunt quæ nunc nos ipſi facimus: aut bibere: aut loq; aut diſputare. Non enim eſt horum honeſtum per ſeipſum quicq̄: ſed in actione: ut qdem eſt actum eiuſmodi euenit. Nam honeſte geſtum & recte: honeſtum fit: cōtra uero turpe. Eodem pacto & amare ipſum: & amor: non oīs qdem honeſtus eſt: neq; cōmendatione omni dignus. uerum is q amare honeſte nos adhortatur. Hæc uerba ubi lecta ſunt: atq; ibi Taurus mihi: Heus īquit tu rhetoriſte. Siceni me in principio recens ī diatribam acceptum appellitabat: exiſtimans eloquentiæ unius exercendæ gratia athenas uenīſſe. Vides ne īquit ἐνευμηκα. i. cōmentum crebrum & coruſcum: & cōnexum breuibuſq; & rotundis numeris: cū quadam æquabili circūactione deuinctum? Habes ne nobis dicere ī libris rhetorum ueſtroꝝ tam

apte:tamq; modulate composita oronem? Sed hos iquit tamen numeros censeo uideas ὀλδυ παρ ἔργον: ideſt ſuperuacanee extra itineris ꝓpoſitum:quaſi ex diuerticulo. Ad ipſa enī Platonis Penetralia: ipſarumq; rerum pondera:& dignitates pergendum eſt:non ad uocula; eius amœnitatē:nec ad uerbo; uenuſtates diuerſitandum. Hæc admonitio Tauri de oronis Platonicæ modulis:nō modo nō repreſſit:ſed iſtruxit etiam nos ad elegantiam græcæ oronis uerbis latinis affectandā. Atq; uti quædā animalū parua & uilia ad imitandum ſunt.quas res cūq; audierint:uiderintue:petulantia:pinde nos ea quæ ī Platonis oro ne demirabamur: non æmulari qdem:ſed lineas umbraſq; facere auſi fuimus:uelut ipſum q; ex iiſdem uerbis illis eius effinximus. Omne iquit omnino factū ſic ſeſe habet:nec turpe eſt quantū ī eo eſt:neq; honeſtū:uelut eſt quas nunc facimus ipſi res:bibere:cantare diſſerere. Nihil nanq; horū ipſum ex ſeſe honeſtū eſt:quale quum fieret modo.factū eſt:tale extitit. Si recte honeſteq; factum eſt tū honeſtū fit:ſin pa; recte:turpe fit.ſic amare:ſic amor non honeſtus omnis neq; omnis laude dignus:ſed qui facit nos ut honeſte amemus.

Quibus temporibus poſt Romam conditam.græci romanicq; illuſtres uiri floruerunt:ante ſecundū bellum carthaginenſium. Caput XXI.

VT cōſpectum quendam ætatum antiquiſſimarum:item uirorum illuſtrium.qui in iis ætatibus nati fuiſſent:haberemus ne ī ſermonibus forte inconſpectum aliquid ſuper ætate atq; uita clarorum hominum temere diceremus:ſicut ſophiſta ille αωσαιδευτοσ:ideſt ineruditus: qui publice nuper diſſerēs:Carneadem plurima a rege Alexādro Philippi filio pecunia donatum: & Panætiū ſtoicum cum ſuperiore Africano uixiſſe dixit:ut ab iſtiuſmodi inq; temporum:ætatumq; erroribus caueremus:exercebamus ex libris:q chronici appellant:qbus tēporibus floruiſſent græci.ſimul atq; Romani uiri:q uel īgenio:uel īpio nobiles:iſigneſq; poſt cōditā romā fuiſſēt ante ſcām bellū carthaginēſiū:easq; nūc excerptões nras uariis diuerſiſq; ī locis factas:curſim digeſſimus. Neq;.n.id nobis negociū fuit ut acri atq; ſubtili cura excellētiū ī utraq; gēte hoium συγχρονισμουσ.i.cōtēporatões cōponeremus: ſed ut noctes iſtæ quadā tenus his quoq; hiſtoriæ floſculis leuiter iniectis aſpergerentur. Satis auté uiſum eſt ī hoc cōmentario de temporibus paucoꝝ hominum dicere:ex quoꝝ ætatibus de pluribus quoq; quos nominaremus: haud difficilis coniectura fieri poſſet. Incipiemus enim a Solone Claro:quoniā de Homero & heſiodo: inter omnes fere ſcriptores cōſtitit ætatē eos egiſſe:uel iiſdē fere temporibus:uel Homerū aliquanto antiqorem. utrunq; tamen ante Romā conditā uixiſſe. Siluiis albæ regnātibus:annis poſt bellum troianum:ut Caſſius ī primo annalium de Homero atq; Heſiodo ſcriptum reliqt.plus.c.atq;.lx.annis: Ante romā autem conditā: ut Cornelius nepos ī primo chronicoꝝ de Homero dixit:annis.c.&.lx. Solonē ergo accepimus unum ex illo nobili numero ſapientiū:leges ſcripſiſſe athenienſium Tarqnio Priſco Romæ regnāte:anno regni eius triceſimotertio. Seruio autem Tullio regnāte:Pyſiſtratus athenis tyrannus fuit:Solone autē ī exilium uoluntarium profecto:quoniā id ei prædicenti non creditū eſt. Poſtea Pythagoras ſamius ī Italiā uenit:Tarqnii filio regnum obtinēte:cui cognomentū ſuperbus fuit. Iiſdē & tēporibus occiſus eſt athenis ab Harmodio: & Ariſtogitone Hipparcus Pyſiſtrati filius Hippæ tyranni frater. Archilochū autem nepos Cornelius tradit Tullio Hoſtilio Romæ regnāte:iam tunc fuiſſe poematis clari; & nobilem:Ducēteſimo deīde &.lx.āno poſt romam conditā:aut non longe amplius:uictos eſſe ab athenienſibus perſas:memoriæ traditū eſt. Pugnā illam inclytā marothoniā Miltiade duce:qui poſt eā uictoriā dānatus a populo athenienſi ī uinculis publicis mortem obiit. Tū Aeſchilis Athenis tragœdiari; poeta celebris fuit. Romæ aūt ferme iſtis tēporibus tribunos & ædiles tum primū per ſeditionē ſibi plebes creauit: Ac non diu poſt Cn. Martius Cornelius exagitatus:uexatuſq; a tribu.pleb.ad uolſcos:q tum hoſtes erant:a republ.diſciuit:bellūq; populo romano fecit. Poſt deinde paucis annis:Xerxes res ab atheniēſibus & pleraq; græcia Themiſtocle duce nauali prœlio: quod ad ſalamīa factū eſt:uictus fugatuſq; eſt. Atq; īde anno fere quarto:Menenio Agrippa Marco Horatio Puluillo conſulibus bello ueiente apud fluuiū cremerā:ab iis ſex & trecēti patricii fabii: cū familiis ſuis:uniuerſi ab hoſtibus circūuenti periere. Iuxta ea tēpora Empedocles agrigētinus in philoſophiæ naturalis ſtudio floruit. Romæ autē per eas tēpeſtates decē uiros legibus ſcribendis creatos conſtitit. Tabulaſq; ab iis primo decē cōſcriptas. mox alias duas additas. Bellū deinde in terra græcia maximū pelopomeſiacū quod Thucydides memoriæ mandauit cœptū eſt:circa annū fere poſt conditā Romā.ccc.xxix. Qua tempeſtate.A. Poſthumius Torquatus dictator Romæ fuit. Qui filium ſuum:q; contra ſuum dictū in hoſtem pugnauerat:ſecuri necauit: Hoſtes tum populi romani fuerant fidenates. Itaq; qui inter hæc tempora nobiles celebreſq; erāt. Sophocles: ac deinde Euripides tragici poetæ:& Hippocrates medicus:& Democritus philoſophus:quibus Socrates atheniēſis natu quidē poſterior fuit:ſed quibuſdā temporibus iiſdem uixerunt. Iam deīde tribunis militaribus conſulari imperio rempublicam Romæ regentibus ad annum fere conditæ urbis.cccxlvii. Triginta illi tyranni præpoſiti ſunt a lacedæmoniis athenienſibus:& ī Sicilia Dionyſius ſuperior tyrānidem tenuit. Paucisq; annis poſt Socrates athenis capitis dānatus eſt.& in carcere ueneno necatus. Ea fere tēpeſtate Romæ.M. Furius Camillus dictator fuit.& ueios cœpit. Ac poſt non longo tempore bellum ſenonicum fuit. Tum galli Romā præter capitoliū ceperunt. Neq; multo poſtea Eudoxus aſtrologus ī terra græcia nobilitatus é. Lacedæmoniiq; ab athenienſibus apud corinthum ſuperati duce Phormione. Et.M. Manlius Romæ: q gallos in obſidione capitolii obrepentis per ardua depulerat:conuictus eſt conſiliū de regno occupando iniſſe:damnatuſq; capitis e ſaxo tarpeio:ut.M. Varro ait:præceps datus eſt:ut Cor.auté nepos ſcriptū reliqt: uerberādo necatus eſt. Eoq; ipſo anno:q erat poſt recuperatam urbē ſeptimus Ariſtotelem philoſophum natū eſſe memoriæ mandatū eſt. Aliquot deīde annis poſt bellum ſenonicum thebāi lacedæmonios duce Epaminonda apud leuctra ſuperauerunt. Ac breui poſt tēpore ī urbe Roma lege Licinii. Stolonis cōſules creari: etiam ex

plebe cœpti: quũ antea ius nõ esset nisi ex patriciis gentibus fieri consulẽ. Circa annũ deide urbis cõditæ qua/
drigẽtesimum Philippus Amyntæ filius Alexandri pater: regnum macedoniæ adeptus é. Inq; eo tẽpore Ale
xander natus est: Paucisq; inde annis post Plato philosophus ad Dionysium siciliæ tyrannum posteriorem
profectus est. Post deide aliquãto tpe Philippus apud cheroneam prœlio magno athenienses uicit. Tum De/
mosthenes orator ex eo prœlio salutẽ fuga quæsiuit. Cũq; id ei q̃ fugerat ꝓbrose obiiceret: uersu illo notissi
mo illusit οὐκ ἦρ ἰηqt ὄφευγων και παλιν μαχεσεται. i. uir fugiens & denuo pugnabit: Postea Philippus ex
insidiis occidit: & Alexander regnũ adeptus: ad subigẽdos Persas i asiam: atq; in orientẽ transgressus est. Alter
auté alexander: cui cognomentum Molosso fuit: i italiã uenit: bellum populo romano facturus. Iam enim fa
ma utriusq; fœlicitatis romanæ: apud exteras gẽtes enitescere icœptabat. Sed priusq̃ bellũ faceret: uita decess/
sit. Eũ Molossum quũ in Italiã transiret: dixisse accepimus. Se qdẽ ad romanos ire: quasi i andronitẽ. macedo
né isse ad persas: quasi i gynæconiten. Postea macedo Alexander pleraq; parte oriẽtali subacta: quũ annos re
gnauisset. xv. obiit mortis diẽ. Neq; ita longe post Aristoteles philosophus. & post aliquãto Demosthenes. ui
ta functi sunt. Isdẽq; ferme tempestatibus populus romanus graui & diutino samnitiũ bello cõflictatus est.
Cõsulesq; T. Veturius & Spurius Posthumius: i locis iniqs apud caudiũ a samnitibus circũuallati: ac sub iu/
gũ missi: turpi fœdere facto discesserũt: Ob eã cãm populi iussu samnitibus ꝑ feciales dediti recepti non sunt:
Post annũ deide urbis cõditæ. cccc. fere &. lxx. bellum cũ rege Pyrrho sumptũ est. Ea tẽpestate epicurus athe/
niẽsis: & Zeno citiẽsis philosophi celebres erãt: Eodemq; tẽpore. C. Fabricius Luscinus: &. Q. Aemilius Pap/
pus cẽsores Romæ fuerũt. &. P. Corneliũ Ruffinũ q bis consul & dictator fuerat senatu mouerũt. Causamq;
isti notæ subscripserũt q̃ eũ comperissent argẽti facti cœnæ gratia decẽ pondo habere. Anno deide post Ro/
mã conditã. cccc. ferme &. lxxxx. cõsulibus Appio Claudio: cui cognomentum Candex fuit: Appii illius cæci
fratre: & Marco Fulũio flacco: bellũ aduersus pœnos primũ cœptũ est: Neq; diu post Callimachus Poeta cy/
renẽsis Alexãdriæ: apud Ptolemæũ regem celebratus est. Annis deide postea paulo pluribus: q̃. xx. cũ pœnis
pace facta: consulibus Claudio Centone Appii cæci filio: &. M. Sẽpronio Tutidano: primus omniũ. L. Liuius
poẽta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortẽ annis plus fere. c. &. lx. post Menãdri:
annis circiter qnquagintaduobus. Claudiũ & tutidanũ consules sequũtur. Q. Valerius: &. C. Manilius: qbus
natũ esse. Q. Ennium poetã. M. Varro i primo de poetis libro scripsit. eumq; quũ septimũ & sexagesimũ an/
num ageret: duodecimum annalem scripsisse. Idq; ipsum Enniũ i eodem libro dicere. Anno deide post Ro/
mã conditã qngentesimo undeuicesimo Spurius caruilius Ruga: primus Romæ de amicoꝝ sentẽtia: diuor
tium cũ uxore fecit q̃ sterilis esset. Iurassetq; apud censores: uxorẽ se liberꝝ quærẽdorꝝ causa habere. Eodẽq;
anno. C. Neuius poeta fabulas apud populũ dedit. Quẽ. M. Varro i libro de poetis primo stipendia fecisse ait
bello punico primo. Idq; ipsum Neuium dicere i eo carmine: quod de eodẽ bello scripsit. Portiũ autem Lici/
nium Seruius poeticam Romæ cœpisse dicit: i his uersibus. Punico bello secundo musa pẽnato gradu: Intu/
lit sese bellicosam i Romuli gentem ferã. Ac deinde annis fere post. xv. bellum aduersum pœnos sumptũ est.
Atq; non nimium longe. M. Cato orator i ciuitate. & Plaũtus poeta i scæna floruerunt. Iisdẽ tẽporibus Dio/
genes stoicus: & carneades academicus: & Critolaus peripateticus ab atheniẽsibus ad senatum populi roma/
ni negocii publici gratia legati sunt. Neq; magno iteruallo postea. Q. Ennius: & iuxta Cecilius & Terentius:
ac subinde Pacuuius: & Pacuuio iam sene Accius: clariorq; tunc in poematis eorum obtrectandis: Lucilius
fuit. Sed progressi longius sumus: quum finem proposuerimus annotatiunculis istis bellum pœnorum
secundum.

Auli Gelii noctium Atticarum cõmentarii. Liber Decimusseptimus.

Amiliares Phauorini duo erant qdam nõ icelebres in urbe roma philosophi. Eoꝝ fuit unus
peripateticæ disciplinæ sectator, alter stoicæ. Iis quondã ego acriter atq; cõtente: ꝓ suis utriq;
decretis ꝓpugnantibus: quũ essemus una ostiæ omnes cũ Phauorino: iterfui. Ambulabamus
aũt in littore: quũ iam aduesperasceret æstate anni noui. Atq; ibi stoicus cẽsebat: & uitam bea
tã in hoium uirtute animi sola: & miseriã summã malicia sola posse effici: etiã si cætera bona
oia quæ corporalia & externa appellarent: uirtuti deessent: maliciæ adessent. Ille contra peri/
pateticus: miseram qdem uitã uitiis animi: & malicia fieri cõcedebat. Sed ad cõplendos ois uitæ beatæ nume
ros: uirtutem solã nequaq̃ satis esse existimabat: quoniã & corporis itegritas sanitasq; & honestus modus for
mæ: & pecunia familiaris: & bona æstimatio: cæteraq; oia corporis & fortunæ bona necessaria uiderent. ꝑfi/
ciendæ beatæ uitæ. Reclamabat hoc in loco stoicus: & tanq̃ ille duas res diuersas poneret mirabatur. Quod
quum essent malicia & uirtus duo contraria: uita misera & beata quoq; æquæ contraria non seruaret i utrisq;
uim & naturã contrarii. Et ad miseriã qdem uitæ conficiendam satis ualere maliciam solã putaret. ad præ
standã uero uitã beatã non satis solã esse uirtutẽ diceret. Atq; id maxime dissedere: neq; conuenire dicebat: q̃
qui ꝓfiteretur uitã nullo pacto beatã effici posse: si uirtus sola abesset: idẽ contra negaret beatã fieri uitã: quũ
sola uirtus adesset & quẽ daret hẽretq; absenti uirtuti honorẽ: eũdẽ petẽti atq; præsenti adimeret. Tũ peripa/
teticus perq̃ hercle festiue, rogo te inqt bona uenia respondeas: an existimes eẽ uini amphorã. quũ abest ab ea
unus cõgius. Hæc ubi accepit stoicus minime iquit una amphora dici põt: ex qua abest congius. Hoc ubi ac/
cepit peripateticus: unus igitur cõgius amphorã facere dici debebit quoniã quũ deest illi unus nõ sit uini am
phora: & quũ accessit: fit amphora. Qd' si id dicere absurdũ est: uno congio solo fieri amphorã. Itidẽ absurdũ
est una sola uirtute uitã fieri beatã dicere: quoniã quũ uirtus abest. beata eẽ uita nunq̃ potest. Tũ Phauorinus
aspiciẽs pipateticũ. Est qdem inqt argutiola hæc qua de congio uini usus es exposita in libris. Sed (ut scis) ca/
ptio magis lepida q̃ ꝓbũ aut simile argumentũ uideri debet. Congius enim quũ deest efficit qdem ne sit iu/

ſtæ menſuræ amphora. Sed quum accèdit & additur: nõ ille unus facit amphorã: ſed ſupplet. Virtus aũt (ut iſti dicunt) non acceſſio: neq; ſupplementũ: ſed ſola ipſa uitæ beatæ inſtar eſt. & ꝓpterea uitam beatã ipſa ſola una quũ adeſt: facit. Hæc atq; alia quædam minuta magis & nodoſa: tanq̃ apud arbitrũ Phauorinũ: in ſuã uterq; ſententiam conferebant. Sed quũ iam prima fax noctis: & denſiores eſſe tenebræ cœpiſſent: proſecuti Phauorinum in domum in quam diuertebat: diſceſſimus.

Cuiuſmodi quæſtionũ certatõibus ſaturnalia ludicra athenis agitari ſoliti ſumus atq; inibi inſperſa quædam ſophiſmata: & ænigmata oblectatoria.

Caput II.

SAturnalia athenis agitabamus: hylare prorſum ac modeſte: non ut dicitur: remittentes aĩum. Nã remittere ĩquit Muſonius: aĩum quaſi amittere eſt: ſed demulcentes eũ paulũ atq; laxantes iocundis. atq; honeſtis ſermonũ illectationibus. Conueniebamus aũt ad eandem cœnã cõpluſculi q Romani in græciam ueneramus. qq; eaſdem auditiones: eoſdéq; doctores colebamus. Tũ qui & cœnulam ordine ſuo curabat: præmiũ ſoluẽdæ quæſtionis ponebat: librũ ueteris ſcriptoris: uel græcum: uel latinũ. & coronã e lauro plexam. Totidéq; res quærebat: quot hoies iſtic eramus. Cũq; eas omnis ex poſuerat: rẽ locũq; dicẽdi ſors dabat. Quæſtiõe igit̃ ſoluta. corona & præmio donabat̃: nõ ſoluta aũt traſmittebat̃ ad eũ q ſortio ſucceſſerat. Idq; in orbẽ uice pari ſeruabat̃. Si nemo diſſoluebat quæſtiõis eius nodũ: præmiũ ipſum & corona deo cuius id feſtũ erat: dicabatur. Quærebant̃ aũt res huiuſcemodi. aut ſnĩa poetæ ueteris lepide obſcura: non anxie: aut hiſtoriæ antiquioris req̃ſitio: aut decreti cuiuſpiam ex philoſophia perperam ĩuulgati purgatio: aut captionis ſophiſticæ ſolutio: aut ĩopinati rarioriſq; uerbi ĩdagatio: aut tẽpus itẽ in uerbo ꝑſpicuo obſcuriſſimũ. Itaq; nup q̃ſita eẽ memini numero ſeptẽ. quoꝝ prima fuit enarratio hoꝝ ueſuũ q ſunt in ſatyris. Q. Ennii: uno multifariã uerbo cõcinniter ĩplicati. quoꝝ exẽplũ hoc ẽ. Nã qui lepide poſtulat alterũ fruſtrari. Quẽ fruſtratur: fruſtra eũ dicit: fruſtra eẽ. Nã q ſeſe fruſtrari: quẽ fruſtra ſentit.

Qui fruſtrat̃: is fruſtra ẽ. ſi nõ ille ẽ fruſtra. Secunda quæſtio fuit: quonã modo audiri atq; accipi deberet: quod Plato ĩ ciuitate: quam ĩ libris ſuis cõdidit: Τησ πολιτειασ. Ideſt reipublicæ fingebat. κοινασ τασ γυναικασ. Ideſt cõmunes uxores eſſe cenſuit: & præmia uiris fortibus ſummiſq; bellatoribus poſuit ſauiatões pueroꝝ & puellaꝝ. Tertio ĩ loco hoc q̃ſitũ eſt: In qbus uerbis captionũ iſtaꝝ fraus eſſet. & quo pacto diſtingui reſoluiq; poſſent. Q d̃ nõ ꝑdidiſti habes: cornua non ꝑdidiſti: habes igit̃ cornua. Itẽ altera captio. Q d̃ ego ſum: id tu nõ es. hõ igit̃ tu nõ es. Quæſitũ id quoq; ibi eſt: q̃ eſſet huius quoq; ſophiſmatis reſolutio. Quum mẽtior & mẽtiri me dico mẽtior: an ueꝝ dico? Poſtea q̃ſtio iſtæc fuit. Quã ob cauſam patricii megalẽſibus motitare ſoliti ſint: plebs cerealibus? Secundũ ea quæſitũ hoc eſt. Verbũ uerant qd̃ ſignificat: uera dicunt: qs nã ueteꝝ poetaꝝ dixerit? Sexta q̃ſtio fuit: aſphodelũ cuiuſmõi herba ſit. qd̃ Heſiodus ĩ iſto uerſu poſuerit.

ΝΗΠΙΟΙΟ ΥΔΙΣΑΣΙΝ ΟΣΣΟΝ ΠΛΕΟΝ ΗΜΙΣΥ ΠΑΝΤΟΣ. Ignorant ſtolidi q̃ toto ſit medium plus

ΑΥΔΟΣΟΝ ΕΝ ΜΑΛΑΧΗΤΕ ΚΑΙ ΑΣΦΟΔΕΛΩ ΛΕΥΟΝΕΙΑΡ. ĩ. Ac quãta utilitas in malua: atq; aſphodelo ſit.

Et qd itẽ Heſiodus dicere ſentiat: quũ dimidiũ plus eẽ toto dicit. Poſtrema q̃ſtionũ oĩum hæc fuit: Scripſerĩ uenerim: legerĩ: cuius tp̃is uerba ſint præteriti an futuri: an utriuſq;. Hæc ubi ordĩe quo dixi ꝓpoſita: atq; ſingulis ſorte ductis diſputata: explanataq; ſunt: libris coroniſq; oẽs donati ſumus: niſi ob unã quæſtionẽ q̃ fuit de uerbo uerant. Nemo. n. tum cõmeminerat dictũ eſſe a. Q. Ennio id uerbũ ĩ. xiii. annaliũ ĩ iſto uerſu. Saturnuates uerant ætate ĩ agunda. Corona igitur huius quæſtionis deo feriaꝝ iſtaꝝ Saturno data eſt.

Quid æſchines rhetor ĩ oratõe: qua Timarchũ de ĩpudicitia accuſauit: lacedæmonios ſtatuiſſe dixerit ſuper ſnĩa ꝓbatiſſima: quã ĩprobatiſſimus homo dixiſſet.

Caput III.

AEſchines uel acerrimus prudẽtiſſimuſq; oratoꝝ: qui apud cõciones athenienſiũ floruerunt: ĩ oratione illa ſera criminoſaq; & uiruleta. qua Timarchũ de ĩpudicitia grauiter iſigniterq; accuſauit: nobile & illuſtre cõſiliũ lacedæmoniis dediſſe dicit: uirũ ĩdidẽ: ciuitatis eiuſdẽ principem: uirtute atq; ætate magna præditũ: Populus inq̃t lacedæmonius de ſumma repu. ſua qdnã eſſet utile & honeſtũ deliberabat. Tum exurgit ſnĩæ dicẽdæ gĩa: homo qſpiã turpitudine priſtinæ uitæ defamatiſſimus. Sed lĩgua tunc atq; facundia nimiũ quanto præſtabilis. conſiliũ quod dabat: quodq; oportere fieri ſuadebat: acceptũ ab uniuerſis: & cõplacitũ eſt. Futurũq; erat ex eius ſnĩa populi decretũ. Ibi unus ex illo principum ordine: quos lacedæmonii ætatis dignitatiſq; maieſtate tanquã arbitros & magiſtros diſciplinæ publicæ uerebant̃: cõmoto iratoq; aĩo exilit. Et quænã inq̃t lacedæmonii ratio. aut quæ tandẽ ſpes erit urbem hanc: & hãc rẽpublicã ſaluã ĩexpugnabilẽq; eſſe diutius poſſe: ſi huiuſcemodi anteactæ uitæ hoĩbus conſiliariis utemur? Quod ſi proba iſtæc & honeſta ſnĩa eſt: quæſo uos: nõ ſinamus eãdẽ dehoneſtari turpiſſimi auctoris cõtagione. At ubi hoc dixit: elegit uirum fortitudine atq; iuſticia præter alios præſtantẽ: ſed ĩopi lĩgua & ĩfacundũ: luſſitq; eum cõſenſu petituq; oĩum eandem illã ſnĩam diſerti uiri: cuiuſmodi poſſet uerbis dicere: ut nulla prioris mentõe habita: ſcitũ atq; decretũ populi ex eius unius noĩe fieret: qd̃ ĩpm denuo dixerat. Atq; ita ut ſuaſerat prudẽtiſſimus ſenex factũ ẽ. Sic bona ſnĩa mãſit. Turpis auctor mutatus eſt.

Q d̃ Sulpitius Apollinaris prædicantem quendã a ſeſe uno Saluſtii hiſtoria ĩtelligi illuſit quæſtiõe propoſita. qd uerba iſta apud Saluſtiũ ſignificarẽt: Per ĩcertum ſtolidior: an uanior.

Caput IIII.

QVum iam adoleſcẽtuli Romæ prætextã: & puerilẽ togã mutaſſemus: magr̃oſq; tũc nobiſmetĩpis exploratores quæreremus: ĩ ſandaliario forte apud librarios fuimus. Quũ ibi in multoꝝ hoĩum cœtu Apollinaris Sulpitius uir ĩ memoria noſtra ꝑter alios doctus iactatorẽ quẽpiã & uenditatorem ſaluſtianæ lectõis irriſit. illuſitq; genere illo facetiſſimæ diſſimulatõis: qua Socrates ad ſophiſtas utebat̃. Nam quum ille ſe unũ & unicũ lectorẽ eſſe: enarratorẽq; Saluſtii diceret: neq; primã tantum cutẽ: ac ſnĩaꝝ ſpeciem: ſed ſanguinem quoq; ĩpum. ac medullam uerboꝝ eius eruere: atq; ĩtroſpice-

te penitus prædicaret. T
exoptatus mihi nunc u
ex me: qdnam uerba ei
fuiſſe ait: ſtolidior ne ei
gentis collega eius: cui
emptoribus bonoꝝ re
potuiſſe aſſeuerabat: q
ref tanq̃ diuerſa: ac di
nes utriuſq; uocis & o
tur: & hoiem ipſum q
tere & elicere ſoleo: nc
uanior q ignorat eiuſ
abire cœpit. Nos deid
differentia: uel ſi ea ita
bus orabat. Atq; ille ſ
ri didicimus: uanos ꝑ
mi dixiſſent: mẽdaces
uocari nõ tam ſtulto
Ideſt ĩprobos atq; ĩp
nis: quos ego req̃ſit
rem notaui. Et itulif
Qd̃. Q. Ennius ĩ ſep

Vm Ant
liares eiu
neſtiſq; a
ctũ hoie
auditũ
mores legentẽ iuer
nũcianteẽ audiuim
tis uerſibus additi
uobis ĩquit de ho
magna quadrupe
ſet alicuius æris: q
licetumq; eſſe nem
drudrupes equus a
eques: Vellem uos
eius uerſum ſecutu
roſq; dedere Imp
quo loco egtẽ ſigs
hoiem equo inſide
bulo equitis inclĩ
uir apprime lĩguæ
tare uidemus. Et
ĩquit ego his non f
Ennius ſcriptam re
nu emendatum ſtu
ĩ eo uerſu ĩueni. Hæ
etiam in peruulgati

Quod Helius M
eſſe copiæ dicebat: r
exiſtimauit differen

Elius Me
ſed maio
pluria: lĩb
tis cuiuſd
loq; ſe rec
Matrõa ẽ quæ ſemel
Vtrũ aũt hoc de mat
quo legerit: ariolis ꝑ
cabulo iſcripta ẽ. Sed
lis ueterum ſcripton
uocum antiquarum

re penitus prædicaret. Tū Apollinaris amplecti uenerariq; se doctrias illius dicens. Per inqt magister optime exoptatus mihi nunc uenis: cum sanguine & medulla Salustii uerborum. Hesterno enim die quærebatur ex me: qdnam uerba eius hæc ī quarto historiaꝝ libro de Cn. Lētulo scripta significent: de quo per īcertum fuisse ait: stolidior ne esset an uanior. Eaq; ipsa uerba uti sunt a Salustio scripta dixit. At Cn. Lētulus patritiæ gentis collega eius: cui cognomentū Clodiāo fuit: per īcertū stolidior: an uanior legem de pecunia: quā Sylla emptoribus bonoꝝ remiserat: exigenda ꝓmulgauit. Quæsitum ergo ex se Apollinaris: neq; id se dissoluere potuisse asseuerabat: qd esset uanior: qd stolidior: quoniā Salustius sic ea separasse atq; opposuisse ĩter se uide ret tanq̄ diuersa: ac dissimilia: nec eiusdem utraq; uitii forent. Ac ꝓpterea petebat: uti se doceret: significatio nes utriusq; uocis & origies: Tū ille rictu oris labiorūq; ductu contēni a se ostendens & rem de qua quærere tur: & hoiem ipsum q quæreret. Priscoꝝ inqt & remotoꝝ ego uerboꝝ medullas & sanguinē (sicuti dixi) pspi cere & elicere soleo: nō istorum quæ ꝓculcata uulgo & ꝓtrita sunt. Ipso illo qppe. Cn. Lentulo stolidior ē & uanior q ignorat eiusdē stultitiæ esse uanitatem & stoliditatē. Sed ubi hoc dixit: media ipa sermonū reliqt: & abire cœpit. Nos deide eū tenebamus: urgebamusq; & comprimis Appollinaris ut de uocabuloꝝ istorū uel differentia: uel si ea ita uideretur: similitudīe plenius aptiusq; dissereret. & ut ne sibi iuideret discere uolenti bus orabat. Atq; ille se iam plene illudi ratus: negociū sibi esse causat: & digredit. Nos aūt postea ex Apollīa ri didicimus: uanos ꝓprie dici: nō ut uulgus diceret. desipiētis. aut hebetes: aut ĩeptos: sed ut ueterum doctissī mi dixissent: mēdaces: & īsidos: & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris astutissime componētes. Stolidos autē uocari nō tam stultos & excordes: q̄ tetros & molestos & illepidos: quos græci μοχθηροὺς καὶ φορτικούς. Idest īprobos atq; īportunos dicerent. Et unāquāq; harum uocū origines scriptas esse dicebat ī libris nigidia nis: quos ego reqsitos ꝙ & repertos cum primaꝝ significationum exem plis: ut cōmētariis haꝝ noctium īfer rem notaui. Et ituliſſe iam me aliquo ī loco cōmentationibus istis existimo.

Q. Q. Ennius ī septīo ānali. q̄drupes eqs: & nō q̄drupes equus: ut legūt multi: scriptū reliqt. Caput V.

VUm Antonio Iuliano rhetore uiro hercle bono: & facūdiæ florentis cōplures adolescentuli fami liares eius: puteoli æstiuaꝝ iudum & iocum ī litteris amœnioribus & ī uoluptatibus pudicis ho nestisq; agitabamus. Atq; ibi tunc Iuliano nunciat. ἀναγνῶσιν. Idest prælectorē quendā non īdo ctū hoiem uoce admodū scita & canora Ennii annales legere ad populū in theatro. Eamus īquit auditū nescio qué istū ennianistā. Hoc. n. se ille noíe appellari uolebat. Quē quū iā ĩter īgentes cla mores legentē iueniſſemus. legebat autem librū ex annalibus Ennii. vii. Hos eum primū uersus perperā pro nūciantē audiuimus. Deniq; ui magna quadrupes equus atq; elephanti Proiiciūt sese. Neq; postea mul tis uersibus additis: celebrantibus eū laudantibusq; omnibus discessit. Tum Iulianus egrediens e theatro: qd uobis īquit de hoc ἀναγνῶσιν: Idest lectore & quadrupede equo uidetur? Sic enim profecto legit. Deniq; ui magna quadrupes equus atq; elephanti. Proiiciunt sese. Ecquid putatis si magistrum prælectoremq; habuis set alicuius æris: quadrupes eques dicturum fuisse: ac non quadrupes eques? quod ab Ennio ita scriptum re lictumq; esse nemo unus litterarum ueterum diligens dubitauit. Cumque aliquot eorum qui aderant: qua drudrupes equus apud suum quisq; grammaticum legisse se dicerent: mirarētur quidnam esset quadrupes eques: Vellem uos inquit optimi iuuenes tam accurate. Q. Ennium legisse: q̄. P. Virgilius legerat: qui hunc eius uersum secutus in georgicis suis: equitem pro equo posuit ī his uersibus. Frena peletronii: laphite gy roscq; dedere Impositi dorso: atq; eqtē docuere sub armis Insultare solo: & gressus glomerare superbos. In quo loco eqtē siqs modo non iscite ieipteq; argutior sit: nil pōt accipi aliud nisi equū. Pleraq;. n. ueteꝝ ætas: & hoiem equo insidentem: & equū q insideretur: eqtem dixerunt. Propterea equitare etiam qd uerbum e uoca bulo equitis inclinatum est: & homo equo utens: & equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo uir apprime līguæ latinæ sciēs equum equitare dicit his uersibus. Quem hīc currere equum nos atq; eq tare uidemus. Et His eqtat currit q;. oculis eqtare uidemus. Et illud. Ergo oculis eqtat. Sed enī contētus īquit ego his non fui. Et ut non turbidæ fidei: nec ambiguæ: sed ut puræ liquētisq; esset: equus ne an eques Ennius scriptū reliqsset: librum summæ atq; reuerendæ uetustatis: quem fere cōstabat Lampadionis ma nu emendatum studio ꝑcioq; multo: unius uersus īspiciendi gratia conduxi & eques non equus scriptum ī eo uersu iueni. Hæc tum nobis Iulianus: & multa alia erudite simul: & affabiliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in peruulgatis commentariis scripta offendimus.

Quod Helius Melissus in libro: cui titulum fecit de loquendi proprietate: quem quum ederet: cornum esse copiæ dicebat: rem scripsit neq; dictu neq; auditu dignam quum differre matronā: & matremfamilias existimauit differentia longe uanissima. Caput VI.

HElius Melissus ī nostra memoria fuit Romæ summi q̄dem loci ĩter grammaticos & temporis sed maiore in litteris erat iactantia. & σοφιζεία. i. elatione: q̄ opera. Is præter alia quæ scripsit com pluria: librū composuit ut tum uidebat: cum est editus: doctrinæ īclytæ. Ei libro titulus est īgen tis cuiusdam illecebræ ad legendū. Scriptus qppe est de loquendi ꝓprietate. Quis adeo existimet loq se recte atq; ꝓprie posse: nisi illas Melissi ꝓprietates perdidicerit? ex eo libro hæc uerba sunt. Matrōa ē quæ semel peperit: quæ sepius materfamilias: sicuti sus: quæ semel pepit: porcetra: q̄ sepius: scrofa. Vtrū aūt hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitauerit ipse & coniectauerit: an scriptū ab ali quo legerit: ariolis ꝓfecto est opus. Nam de porcetra habet sane auctorē Pōponiū in attellana q̄ hoc eodē uo cabulo īscripta ē. Sed matronā nō eē appellatā: nisi quæ semel pepit: neq; matrēfamilias: nisi quæ sepius: nul lis ueterum scriptorū auctoribus confirmari potest: Enimuero illud compendio ꝓbabilius est: quod idonei uocum antiquarum enarratores tradiderunt. Matronā dictā esse proprie quæ ī matrimoniū cum uiro con

ueniſſet:q̄ in eo matrimonio maneret etiam ſi liberi nondum nati forent:dictāq̄ eſſe ita a matris nomīe nō adepto iam:ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo unde ipſum quoq̄ matrimonium dicitur. Matrem aūt familias appellatam eſſe eam ſolam : quæ ī mariti manu mancipioq̄:aut in eius ī cuius maritus manu mancipioq̄ eēt:quoniā non in matrimoniū tantū:ſed ī familiā quoq̄ mariti:& ī ſui hæredis locū ueniſſet.

Quem in modum Phauorinus tractauerit intempeſtiuum quēdam de uerborum ambiguitatibus querentem. atq̄ ibi quot ſignificationes capiat concio.

Caput VII.

DOmitio homini docto celebriq̄ ī urbe roma grammatico: cui cognomentum īſano factum eſt: quoniam erat natura ītractabilior & moroſior. Ei Domitio Phauorinus noſter quū forte apud phanū Carmentis obuiam ueniſſet:atq̄ ego cū Phauorino eſſem. Quæſo īquit te magiſter dicas mihi:num erraui:q̄ quum uellem ἀθροίζεσθαι latine dicere:conciones dixi? dubito q̄ppe & requiro:an ueterum eorum qui electius locuti ſunt pro uerbis & oratione dixerit q̄s concionem? Tum Domitius uoce atq̄ uultu atrociore. Nulla inq̄t prorſus bonæ ſalutis ſpes reliqua eſt: quum uos quoq̄ philoſophorū illuſtriſſimi:nihil iam aliud q̄ uerba:auctoritateſq̄ uerborum cordi hēatis. Mittam autem librum tibi:in quo id repias:quod quæris. Ego enī grāmaticus uitæ iam atq̄ morū diſciplinas quæro. Vos philoſophi mera eſtis : ut. M. Cato ait:mortuaria gloſiaria. Nam qui collegiſti & lectitaſti res terras: & inanes & friuolas:tanquam mulierum uoces præficarum. Atq̄ utinam inquit muti omnes homines eſſemus minus improbitas inſtrumenti haberet. Cumq̄ digreſſi eſſemus: non tempeſtiue inquit Phauorinus hunc hominem acceſſimus. Videtur enim mihi:ἐνθουσιᾶν θαι:ideſt furere & inſanire. Scitote tamen intemperiem iſtam:quæ μελαγχολία: ideſt atra bilis dicitur: non paruis nec abiectis ingeniis accidere. ἀλλὰ εἰκὸς σχεδὸν τὶ τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκόν: ideſt ſed affectionem fere hanc heroicam eſſe:& ueritates plerūq̄ fortiter dicere:ſed reſpectum non habere. μήτε καιροῦ μήτε μέτρου: ideſt neq̄ temporis neq̄ modi. Vel ipſum hoc quale hoc exiſtimatis:quod nunc de philoſophis dixit. Nonne & ſi Antiſthenes: aut Diogenes dixiſſet: dignum memoria uiſum eſſet? Miſit autem paulopoſt Phauorino librū: quē ꝓmiſerat. Verū opinor Flacci erat:ī quo ſcripta ad hoc genus quæſtionis pertinētia hæc fuerunt. Senatū dici & pro loco:& hoībus. Ciuitatē & pro loco:& pro oppido:& pro iure quoq̄ oīum:& pro hoīum multitudīe. Tribus quoq̄ & decurias dici & pro loco:& pro iure:& pro hoībus. Concionē āt tria ſignificare locū ſuggeſtūq̄ unde uerba fierēt : ité ſignificare cœtū populi aſſiſtentis. Item oīonē ipſam quæ ad populū diceret. Sicut. M. Tullius ī oratōe quæ īſcripta eſt:contra cōcionē. Q. Metelli. Eſſendi inq̄t ī concione cōcurſus ē populi factus. Sicuti idē. M. Tullius ī oratore ait. Cōciones ſæpe exclamare uidi:quū apte uerba cecidiſſent. Etenī expectāt aures:ut ex uerbis colligeāt ſnia. Exépla ī eo libro ſcripta nō erant:ſed nos poſtea Phauorīo deſiderāti harum oīum: ſignificationū monumēta:& apud Ciceronē ſicut ſupra ſcripſi:& apud elegātiſſimos ueteꝝ reperta exhibuimus. Id autem potiſſimū expectabat:concionē eſſe dictā pro uerbis & oratōe. docuit titulus tulliani libri:qui a. M. Cicerone īſcriptus ē:Cōtra cōcionē. Q. Metelli:quo nihil ꝓfecto ſignificat aliud q̄ ipſa quæ a Metello dicta eſt oīo.

Ὁμοιοτέλευτα:καὶ ὁμοιόπτωτα. i. ſimiliter finientia & ſimiliter cadentia. Atq̄ alia id genus: quæ ornamenta oīonis putant īepta eſſe & puerilia Lucilii quoq̄ uerſibus declarari.

Caput VIII.

Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσόκαταληκτα:καὶ παρίσα καὶ ὁμοιόπτωτα. Ideſt ſimiliter finiētia: & æqualiter deſinentia:& comparia & ſimiliter cadentia. Cæteraq̄ huiuſmodi ſcitamenta: quæ iſti περιεργοκάλοι: Ideſt inhoneſti & ſordidi:qui ſe iſocraticos uideri uolunt:ī collocandis uerbis immodice faciunt & rancide:q̄ ſint inſipida & īertia:& puerilia facetiſſime hercle ſignificat ī quinto ſatyraꝝ Lucilius. Nā ubi eſt cū amico cōqueſtus:qđ ad ſe ægrotū nō uiſeret:hæc ibidem addit feſtiuiter.

Quo me habeam pacto:tametſi non quæris:docebo.
Quando in eo numero manſi quo:ī maxima non eſt
Pars hominum:ut periiſſe uelis:quem nolueris:cū
Debueris:hoc nolueris:& debueris:te

Si minus delectat:q̄ ἀτεχνῶν iſocraticum hoc eſt.
οχληρῶς ἔσ que ſimul totū καὶ συμπεπλεκῶς θαι:
Non operam perdo. Si tu huc.

Quid ſignificet apud. M. Catonem uerbum īſecenda. q̄ꝑ inſecenda potius legēdum ſit:q̄ q̄ pleriq̄ exiſtimant:inſequenda.

Caput IX.

ITſequor & itē ſecta:& ſecutio conſuetudīe loquēdi differūt:ſed q penitus īſpexerit:origo & ratio utriuſq̄ una eſt. Doctores quoq̄ & interpretes uocū græcaꝝ ἀνάπραυμοι ἐννέπετε μοῦσαι. Ideſt Dic mihi muſa uiꝝ. καὶ Ἔτ ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι. Ideſt Pādite nūc muſæ mihi:dictū putāt: quod late ne īſequi dicīt. Nāq̄ ī altero. n. geminū:ī altero ſ. eſſe trāſlatū dicūt. Sed etiā ipſum illud ἔπη. Ideſt carmina:quod ſignificat uerba aut uerſus:nō aliūde eſſe dictum tradūt q̄ ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ εἴπειν. Ideſt ab eo quod eſt ſeq & dicere. Eadē ergo rōne antiq noſtri narrātōes ſermoneſq̄ inſectiones appellitauerunt.

Errare iſtos q ī exploranda febri pulſus uenaꝝ pertentari putāt:nō arteriaꝝ.

Caput X.

IN herodis Cl. V. uillam:q̄ eſt in agro attico:loco q appellaī cephyſiæ:aqs & lucis & nemoribus frequentē:æſtu āni medio cōceſſerā. Ibi aluo mihi cita:& accedēte febri rapida decubuerā:eo Caluiſius Taurus phūs:& alii qdā ſectatores eius:quū athenis uiſendi mei gīa uēiſſent:medicus q tū ī iis locis reptus aſſidebat mihi:narrare Tauro cœpat:qd īcōmodi paterer. & qbus modulis:qbuſq̄ ī teruallis accederet febris:decederetq̄. Tū ī eo ſermōe quū iā me ſinceriore corpuſculo factū diceret:Potes iqt Taure tu quoq̄ idipm cōprehendere ἐαυτὸν ἅψηται τοῦ θλεβοτόμου. i. ſi attrectaris uenā eius. Qđ nr̄is uerbis ꝓfecto ita dr̄. Si attigeris uenā illius. Hāc loquēdi īperitiā:q̄ uenā ꝓ arteria dixiſſet : quū ī eo docti hoīes q cū Tauro erāt:tanq̄ mīme utili medico offendiſſent:atq̄ id murmure & uultu oſtēderēt. Tū ibi Taurus ut mos eius fuit:ſatis leuiter:certi inq̄t ſumus uir bōe:nō ignorare te qđ uena appellet:& qđ arteria. Quod uenæ qđē

suapte ui imobiles sint & sanguinis tãtũ demittẽdi gĩa explorent. Arteriæ aũt motu atq; pulsu suo habitũ & modũ febrium demõstrent. Sed ut uideo peruulgate magis q̃ iscite locutus es. Non enim te solum: sed alios quoq; itidem errantis audiui: uenam pro arteria dicere. Fac igitur ut experiamur elegantiorem esse te in medendo q̃ in dicẽdo: & cum diis beneuolentibus opa tua sistas hunc nobis sanum: atq; ualidũ q̃citissime. Hoc ego postea quũ i medico repræhẽsum eẽ meminissem: existimaui: nõ medico soli: sed oibus quoq; hoibus liberis: liberaliterq; istitutis: turpe eẽ: ne ea qdẽ cognouisse ad noticiã corporis nostri pertinẽtia: q̃ nõ altius occultiusq; remota sunt: & quæ natura nobis tuẽdæ ualitudiuis cã: & i ꝓmptu eẽ: & i ꝓpatulo uoluerit. Ac ꝓpterea quãtũ habui tẽporis subsiciui: medicinæ quoq; disciplinæ libros attigi, quos arbitrabar eẽ idoneos ad docendũ. Et ex iis cũ alia pleraq; ab isto humanitatis usu non aliena. tũ de uenis quoq; & arteriis didicisse uideor ad hũc ferme modũ. Vena est conceptaculum sanguinis: quod ἀγγεῖον. i. uas & conceptaculum medici uocant: mixti confusiq; cum spiritu naturali: in quo sanguinis plus est: minus spũs. Arteria est cõceptaculũ spũs naturalis: mixti cõfusiq; cũ sanguĩe, i quo plus spũs ẽ: mius sanguinis. σφῦγμὸσ. i. pulsus ãt ẽ itẽsio motus: & remissio i corde: & i arteria naturalis: nõ arbitrarii. A medicis aũt ueteribus: oĩone græca ita definitus ẽ: σφυγμὸσ ἐστι διασολὴ καὶ συστολὴ ἀδιαρετὸσ ἀρτηριασ καὶ καρδιασ. i. pulsus ẽ disꝑatio. & cõtractio idiuisibilis arteriæ & cordis. Vel σφυγμὸσ ἐστι παγγμοσ. ἢ ἔσισ. φλεβὸσ. ἢ ἀρτηριασ. i. pulsus est subsultio & palpitatio: uel ebulitio uenæ & arteriæ. Verba ex carminibus Furii Antiatis iscite Cesselli uidice reprehẽsa. uersusq; ipsi in q̃bus ea uerba sunt: subscripti. Caput XI.

NOn hercle idẽ sentio cũ Cesellio uindice grãmatico: ut mea opinio est. haudquaq̃ inerudito. Verũ hoc tamen petulãter iscitecq; Furiũ ueterẽ poetã dedecorasse linguã latinã scripsit huiuscemodi uocũ fictionibus. quæ mihi qdem neq; abhorrere a poetica facultate uisæ sunt: neq; dictu ꝓfatuq; ipso tetræ aut isuaues eẽ. Sicuti sunt q̃dã alia ab illustribus poetis ficta dure & rãcide. q̃ reprehẽdit ãt Cesellius furiana hæc sũt. Quod terrã in lutũ uersam lutescere dixerit. Et tenebras in noctis modũ factas nocteſcere. Et pristinas recipe uires uirescere: & q; uẽtus mare cæruleũ crispicãs: nitescere facit: purpurat dixerit. Et opulẽtũ fieri opulescere. Versus autem ex poematis furianis: in quibus hæc uerba sunt subdidi.

Sanguine diluitur tellus: caua terra lutescit:
Omnia nocteſcũt tenebris caliginis atræ.
Incresunt animi, uirescit uulnere uirtus:
Sicut fulica leuis uolitat super æquora classis.
Spiritus eurorum uirides cum purpurat undas:
Quo magis in patriis possunt opulescere campis.

Moré istũ ueteribus nostris fuisse uerba patiendi mutare ac uertere in agendi modũ. Caput XII

ID quoq; hitũ est in oĩone faciẽda elegãtiæ genus: ut pro uerbis habẽtibus patiẽdi figuram: agẽtia ponerẽt: ac deinde hæc iter sese mutua iuerterẽt. Terẽ. in comœdia: Palliũ inqt Flacci: ut splẽdeat. Nõne hoc ipendio uenustius gratiusq; est q̃ si diceret: ne maculet. Plautus etiam nõ dissimiliter. Quid est hoc? rugat palliũ. Amictus nõ sum cõmode. Itidẽ Plautus puluerẽt dicit nõ q; puluere ipleat: sed q; ipsum puluerẽ plenũ sit. Exi tu Daue, age sparge. Mundũ esse hoc uestibulũ uolo Venus uentura est nostra: nolo hoc puluerẽt. In Asinaria quoq; contẽples dicit pro cõtẽpleris. Meũ caput cõtẽples: siqdẽ e re cõsultes tua. Cn. Vellius in annalibus. Postq̃ tempestas sedauit: Atherbal taurũ imolauit. M. Cato in originibus: Eodẽ noĩe cõplures ex agro accessitauere: eo res eorũ auxit. Varro in libris quos ad Marcellum de lingua latina fecit: in priore uerbo graues ꝓsodiæ: quæ fuerunt manent: reliquæ mutãt inqt elegãtissime pro mutant. Põt etiã id quoq; ab eodẽ Varrone: in. viii. diuinarũ similiter dictũ uideri. Inter duas filias regũ qd mutet iter Antigonã & Tulliã: est enĩ aduertere. Verba aũt patiẽdi pro agẽtibus in oĩbus ferme ueterũ scriptis repiunt. Ex q̃bus sunt pauca ista quæ nũc meminimus. Muneror te ꝓ munero: & significor pro significo: & sacrificor pro sacrifico: & assentior pro assentio: & fœneror pro fœnero: & pigneror pro pignero: & alia istius modi pleraq; perinde: ut in legẽdo fuerint obuia notabuntur.

Quali talione Diogenes phũs usus sit: ptẽtatus a dialectico quodã sophismatico ipudẽti. Caput XIII.

SAturnalibus athenis alea quadã festiua: & honesta lusitabamus huiuscemodi: ubi cõueneramus compluscũli eiusdem studii homines: ad leuandũ tempus: captiones: quæ sophismata appellant: mente agitãbamus: Easq; quasi talos: aut tesserulas in medium uice sua q̃q; iaciebamus. Captionis solutæ: aut parum itellectæ præmium pœnaue erat: nummus unus sestertius. Hoc ære collecto: quasi manuario cœnula parabatur omnibus qui eum lusum luseramus: Erant autem captiones ad hoc fere exemplum: tametsi latina oratione non satis scite: ac pene etiam illepide exponuntur. Quod nix est: hoc grando non est: nix autem alba est: grando igitur alba non est. Item aliud non dissimile. Quod homo est hoc non est equus. hòmo autem animal est: equus ergo animal non est. Dicere ergo debebat qui ad sophisma diluendum: ac refellendum ritu aleatorio uocatus erat: in qua parte quoq; in uerbo captio foret. Quid dari concediq; non oporteret: nisi dixerat: nummo singulo mulctabatur. Ea mulcta cœnam iuuabat. Libet autem dicere q̃ facere Diogenes sophisma id genus: quod supra dixi: a quodam dialectico ex Platonis diatriba per cõtumeliam propositum remuneratus sit. Nam quum ita rogasset dialecticus. Quod ego sum tu nõ es: & Diogenes annuisset: atq; ille addidisset. Hõ autẽ ego sum: quũ id quoq; assensus esset: & contra dialecticus ita cõclusisset: hõ igitur tu non es. Hoc quidẽ inqt Diogenes falsum est: & si uerũ id fieri uis: a me incipe.

Quid sit numerus hemiolios: quid epitritos: & q; uocabula ista non facile nostri ausi sunt uertere in linguam latinam. Caput XIIII.

FIguræ quædã numeroꝝ: quas græci certis noĩbus appellãt uocabula in lĩgua latina nõ habẽt. Sed qui de numeris latine scripserunt: græca ipsa dixerũt. Fingere autẽ nostra (quoniã id absurde futurũ erat) noluerũt. Quale enĩ fieri nomẽ posset hemiolio nũero: aut epitrito? Est aũt hemiolios: q

numerū aliquē totum in se habet:dimidiūq; habet eius:ut tres ad duo:qndecim ad decem:triginta ad uigin ti.Epitritos autem est qui habet totum aliquem numerū:& eiusdem partem tertiā:ut quattuor ad tres:du odecim ad nouē:quadraginta ad triginta.Hæc autē notare atq; meminisse non ab re uisum est: quoniā uo cabula ista numerorum nisi intelliguntur:rationes quædam subtilissimæ in libris philosophorum scriptæ percipi non queunt.

Quod.M.Varro in herrois uersibus obseruauerit rē nimis anxiæ & curiosæ obseruatiōis. Caput XV.

IN longis uersibus qui hexametri uocātur:item in senariis animaduerterūt metrici duos primos pedes:item extremos duos habere singulas posse integras partes orationis:medios haud unq̄ pos se.Sed constare eos semper ex uerbis aut diuisis:aut mixtis:atq; confusis.M.etiam Varro in libris disciplinarum scripsit obseruasse se in uersu hexametro:q; omni modo quītus semipes uerbū fi niret:& q; priores quinq; semipedes æque magnam uim haberent in efficiendo uersum: atq; alii posteriores septem.Idq; ipsum ratione quadam geometrica fieri differit.

Aulī Gelii noctium atticarū cōmentarii. Liber Decimusoctauus.

NAuigabamus a cassiopia ad brundusium mare ionium uiolentum:& uastum : & iactabun dum.Nox deinde quæ diē prīmū secuta est : in ea fere tota uentus a latere sæuiēs nauē undis cōpleuerat.Tum postea quū plorātibus oībus nostris atq; in sentina satis agētibus.dies qui dem tandē illuxit.Sed nihil de periculo:de sæuitiaue remissum.Quin turbines etiā crebrio res:& cælū atrū:& fumigātes globi:& figuræ quædā nubiū metuēdæ:quas typhonas uoca bant:impēdere iminereq;:ac depressuræ nauē uidebant.In eadē fuit philosophus in disципli na stoica celebratus:quem ego athenis cognouerā : nō parua uirū auctoritate satisq; attente discipulos iuue nes cōtinētē . Eū tunc ī tātis piculis:inq; illo tumultu cæli marisq; requirebā oculis:scire cupiēs quonā statu animi:& an ītrepidus īterritusq; eēt.Atq; ibi hominē cōspicimus īpauidū & extrilidū : ploratus qdē nullos: sicut cæteri oēs:nec illas ejusmodi uoces scientē:sed coloris & uultus turbatione:nō multū a cæteris differen tē. At ubi cælū enituit & deferbuit mare:& ardor ille piculi deflagrauit:accedit ad stoicū græcus quispiā di ues ex asia:magno(ut uidebamus)cultu:paratuq; rerū & familiæ atq; ipse erat multis corporis animiq; deli tiis diffluēs:is quasi illudēs.Quid hoc est inqt o philosophe:q; quū in piculis essemus:timuisti tu & palluisti. ego neq; timui nec pallui? Et philosophus aliquātulū contatus:an respōdere ei cōueniret.Siqd ego inqt ī tan ta uiolētia tēpestatū uideor paulū pauefactus:nō tu:istius rei rōne audiēda dignus es.Sed tibi sane Aristippus ille discipulus pro me respōderit:qui quū in simili tpe a simillimo tui hoie īterrogatus:quare philosophus timeret:quū ille cōtra nihil metueret: Nō eandē esse causam sibi atq; illi respondit.Quoniā is quidē esset nō magnope sollicitus pro aīa neqssimi nebulonis.Ipsum autē p Aristippi aīa timeret : His tunc uerbis stoicus diuitē illū asiaticū a sese amolitus est.Sed postea quū brūdusium aduētaremus mollitiq; essent uēti maris p contatus eū sum:quænā illa rō eēt pauoris sui? quā dicere ei supsedisset:a quo fuerat non satis digne cōpella tus.Atq; ille mihi placide & cōiter.Quoniā inqt audiēdi cupidus es : audi qd sup isto breui qdē: sed necessa rio & naturali pauore:maiores nostri cōditores sectæ stoicæ senserint:uel potius inqt lege.Nā & facilius cre dideris si legas : & memineris magis.Atq; ibi corā e sarcinula sua librū ptulit Epicteti philosophi qntū Διατ λεξεῶν.i.disputationū q̄s ab Ariano digestas : cōgruere scriptis ϛηνωνοσ.i.Zenonis & Chrysippi nō dubiū ē. In eo libro.s.græca oīone scriptū ad hāc sentētiā legimus.Vires animi:q̄s φαντάσιασ.i.imagies phī appellāt qbus mēs hois prima statim spē accidētis ad animū rei pellit:nō uolūtatis sunt neq; arbitrii:sed.ui quadā ise runt sese hoibus.Noscitandæ pbationes autem:quas σιγκαταθέσεισ:idest assensiones uocāt:qbus eadē uisa noscūtur:ac diiudicantur:uoluntariæ sunt:fiuntq; hominum arbitratu.Propterea quum sonus aliquis for midabilis:aut e cælo:aut ex ruina:aut repentinus nesciuſ periculi nuncius: uel quid aliud eiusmodi factum est:sapientis quoq; animum paulisper moueri:& contrahi:& pallescere:necessum est non opinione alicuius mali percepta; sed quibusdam motibus rapidis & inconsultis officium mentis atq; rationis peruertentibus. Mox tamē ille sapiēs ibidē ϛασ ϛοι ϛασ φαντάσιασ. idest eiusmodi imagies uisa isthæc animi sui terrifica non approbat:hoc est:ουσυγκατατιθε ται ὀὐδε προσ επι δοξάζει:idest non assentit:neq; coopiatur: sed ab iicit respuitq;.nec ei metuendum esse in iis quicq̄ uidetur.Atq; hoc īter īsipientis:sapientisq; animum differe dicunt.Quod insipiens qualia sibi esse primo animi sui pulsu uisa sunt:sæua & asperā:talia uere esse putat: & eadem īcœpta tanq̄ si iure metuenda sint:sua quoq; assensione approbat και προσ επι δοξάζει idest coopi natur.Hoc enim uerbo stoici quum super ista re differunt utuntur. Sapiens autem quū breuiter ac strictim colore atq; uultu motus est:ουσυγκατατιθεται:idest non approbat:sed statum:uigorēq; sententiæ suæ reti net:quam de huiusce modi uisis semper habuit:ut de minime metuendis: sed fronte falsa & formidie inani territantibus.Hæc Epictetum philosophum ex decretis stoicorum sensisse atq; dixisse in eo quo dixi libro legimus.Annotandaq; eē iccirco existimauimus:ut rebus forte id genus qbus dixi abortis: paueſcere sensim & quasi albescere:non insipientis esse hominis neq; ignari putemus.Et in eo tamē breui motu naturali ma gis infirmitati cedamus:q̄ q; esse ea qualia uisa sunt censeamus.

Ex qnq; corporis sensibus duos esse cum beluis maxime cōmunes:q;q; turpis & īproba est uoluptas:quæ ex auditu:uisu:odoratuq; procedit,quæ uero ex gustu tactuq; est: rerū omnium fœdissima est:quū hæ duæ bestiarum etiam sint:reliquæ hominum tantum. Caput II.

QVinq; sunt hominum sensus:quos αισθησεισ.i.sensus appellant:per quos uoluptas anio: aut cor pori quæri uidetur,gustus:tactus:odoratus : uisus:auditus.Ex his omnibus quæ immodice uo luptas capitur ; ea turpis atq; improba existimatur .Sed enim quæ nimia ex gustu atq; tactu est,

Ea uoluptas sicuti sapientes uiri censerunt:omnium rerum fœdissima est.Eosq; maxime q duabus istis bel/uinis uoluptatibus sese dediderunt:grauissimi uitii uocabulis græci appellant.ακόλασους.i. libidinosos & intemperantes.uel ακρατεις.i.incontinentes.Nos eos uel icontinentes dicimus:uel intemperantes. ακολά/σους enim.i.incastigatos si interpretari coactus uelis:nimis id uerbum insolens erit. Istæ autem uoluptates duæ gustus atq; tactus.i.libidines in cibos:atq; in uenerem prodigæ:solæ sunt hominibus communes cum bestiis.Et iccirco in pecudum ferorumq; animalium numero habetur quisquis est his ferinis uoluptatibus præuinctus.Cæteræ ex tribus aliis sensibus proficiscentes:hominum esse tantum propriæ uidentur. Verba super hac re Aristotelis philosophi scripsi:ut uel auctoritas clari atq; inclyti uiri tam infamibus nos uoluptatibus deterreret.Διατι δι κατα την της αφης ἡ γευσεως ἡδονην. ἡ γιγνομενην. ου ανυπερβαλλως εισιν: ακρατεις λεγονται.οτε γαρ περι τα αφροδισια ακολαστοι οι τε περι τας της τροφης απολαυσεις. Των δε κατα την τροφην.απενιων μεν: εντη δλωττη το ἡδυ:απενιων δε εντω λαρυγγι.διο και φιλοξε/νος γεραν λαρυγγα ευχετο εχειν οι δε κατα την οψιν: και την ακοην.ουκετι: ἡδια το τας απο του των γινομενας ἡδονας.κοινας ειναι ἡμιν.και τοις αλλοις ζωοις ατιμοτατα εισι και μαλις αν μονας εδονει λιχοι ως τετον ὑποτου τον ἡττωμενον ψεγομεν.και ακρατη και ακολα/στον λεγομεν.διατο ὑπο των χειρισων ἡ λονων ἡττασθαι.ουσων δε των αισθησεων πεντε. ταλλα δωα απο δυο μονων των προειρημενων ἡδεται:κατα δε τας αλλας.ηδεως ουχ ἡδεται.ἡκατα συμβεγη/κος τουτο πασχει.ορων μεν γαρ τοδρων.ἡ οσφαινομενον χαιρει.οτι απολαυει και οταν πληρωθη.ου/δετα τοιαυτα ἡλεα αυτω ως περ ου δε ἡμιν ἡτου ταριχους ολυμπου αν ἡνεψωμεν του φαγειν: ο/ταν δε ενδεεις ωμεν ἡδεια.ἡ δε του ροδου αει ἡδεια.i.Cur icōtinētes eos appellare solemus : q uoluptate cōtrectādi:aut gustandi exuperant.Nā q imodice re utunt uenerea: & q luxu delectantur ciboꝝ icontinētes uocamus.Ciborum tamen nō eadem ratio est:sed partim linguā:partim gulā: sua mouent suauitate. Vnde Philoxenus gruis collū a diis imortalibus sibi dari optabat.At uero qui in uidendo audiēdoue modū exce/dunt:nō eodem uocabulo significamus.An quoniā uoluptates sensibus hisce accōmodatas:cōmunes cū cæ teris animātibus habemus.Ergo ut cōmunes spernimus & notamus:solasq; omniū aut maxime ꝓbro da/mus.Itaq; hominē iis deditū reprehēdimus: & incōtinētem intēperantēq; appellamus:q uictus a teterrimo uoluptatū genere ducit.Sed quū sentiēdi genera qnq; sint : cætera aīalia duobus tantū:quæ modo dixi uolu ptatē sibi acqrūt.cæteris uel nihil omnino delectant:uel per accidēs ita afficiunt.Quod enī uidet:aut olfacit: tātisper gaudet:quoad gustus tactusue fruiscat.Cūq; genus idipsum cōcupiscēdi expleuit:illorū quoq; suaui tas desiit:ut nobis salsaméti odor:quū indigemus:suauis est:ubi satiati repletiq; sumus:amplius suauis non est.Rosæ autē odor semp suauis est.Quis igit habens aliqd humani pudoris uoluptatibus istis duabus coe undi atq; comedēdi:quæ sunt homini cū sue atq; asino cōmunes gaudeat? Socrates quidē dicebat : multos hoies ꝓpterea uelle uiuere:ut ederēt:& biberēt:sese bibere atq; esse: ut uiueret. Hippocrates autē diuina uir scientia:de coitu uenereo ita existimabat: partē esse quandā morbi teterrimi : quē nostri comitialem dixere Nanq; ipsius uerba hæc traduntur. Την συνουσιαν ειναι μικραν επιληψιαν:idest coitum morbum esse co/mitialem leuiorem.

Quod turpius est frigide laudari:q̄ acerbius uituperari. Caput III.

TVrpius esse dicebat Phauorinus philosophus exigue atq; frigide laudari:q̄ insectanter & grauiter uituperari.Quoniam inquit qui male dicit uituperat:quanto id acerbius facit:tam maxima mo/le pro iniquo & inimico ducit:& plerūq; propterea fidem non capit. Sed qui ifœcunde atq; ieiu/ne laudat destitui a causa uidetur:& amicus quidem creditur eius : quem laudare uult : sed nihil posse reperire:quod iure laudet.

Quāobrē uenter repētino timore effluat:quare etiā ignis urinā laceſſat. Caput IIII.

ARistotelis libri sunt:qui problemata physica inscribuntur.lepidissimi & elegantiarum omne ge/nus referti.In his quærit:Quā ob causam eueniat:ut quibus inuasit repētinus rei magnæ timor: plerūq; aluo statim cita fiant? Item quærit:Cur accidat:ut eum qui propter ignem diutius stetit: libido urinā laceſſat.Ac de aluo quidem iter timendum prona atq; præcipiti causam esse dicit:q timor oībus sit algificus:quem ille appellat ψυκρο ποιητικην:idest frigore laborantem : quæ uis frigoris sanguinem cū calore omnē:de summa corporis cute cogat penitus : & depellat : faciatq; simul uti is qui timent sanguine ex ore decedente palleſcant. Is autem inquit sanguis & calor in intima coactus mo/uet plerūq; aluū & incitat.De urina crebra:ex igni proximo facta:uerba hæc posuit. Το δε πορρω αιθαλατο ποτητικον.ως περ ηλιος την χιονα.idest.Ignis autē cōcretū resoluit & gelu constrictū:ut niuē sol.

Ex Aristotelis libris sūptū:q̄ niuis aqua potui pessima sit:& q̄ ex niue chrystallus cōcreat. Caput V.

IN Tyburte rus concesseramus:hominis amici diuitis:æstate anni flagrantissima:ego & quidam alii æquales & familiares mei:eloquentiæ & philosophiæ sectatores.erat nobiscū uir bonus ex pe ripatetica disciplina bene doctus:& Arist.unice studiosissimus. Is nos aquam multam ex diluta niue bibentis coercebat:seuerius increpabat:adhibebatq; nobis auctoritates nobiliū medicorum & cum primis Aristotelis philosophi rei omnis humane peritissimi : qui aquam niualem frugi/bus sane & arboribus fœcundam diceret:sed hominibus potu nimio insalubrem esse tabēq; & morbos sen/sim:atq; diem longā uisceribus iseminare.Hæc quidē ille ad nos prudēter & beniuole:& assidue dictitabat. Sed quū bibēdæ niuis pausa fieret nulla:promit e bibliotheca Tyburti:quæ tūc in herculis templo satis cō/mode instructa libris erat: Aristotelis librum:eūq; ad nos affert. Et huius saltem uiri sapientissimi iquit uer/bis credite:ac desinite ualitudinē uestram ꝓfligare.In eo libro scriptū fuit : deterrimā esse potui aquā e niue.

Itemq; ſolidius latiuſq; concretam eẽ eam:quam χρυσαλλοῦν græci appellant. Cauſaq; ibi adſcripta eſt hũiuſcemodi:quoniam quũ aqua frigore aeris duratur & coit:neceſſum eſt fieri uaporationem & quádá quaſi aurá tenuiſſimá exprimi ex ea:& emanare. Id auté inquit in ea leuiſſimũ eſt quod euaporatur. Manet autẽ qđ ẽ grauius:& ſordidius:& ſalubrius:atq; id pulſu aeris uerberatũ:in modũ coloréq; ſpumæ cádidæ orit. Sed aliquátũ qđ ẽ ſalubrius difflari:atq; euaporari ex niue:ĩdiciũ illud ẽ:q; minor fit illa q̃ ante fuerat.q̃ quũ creſceret. Verba ipſa Ariſtotelis ex eo libro pauca ſumpſi: & adſcripſi. Διατι τα απο χιονος και χρυσαλλον υδατα.φαυλα εξιν οτι παντος αδουτος πηγνυμενον. Τολε στοτα τον διαπνει ται. και κουφοτατον εξατ μιξει:σημειον δε οτι ελαττον γινεται. η προτερον οταν ταχη παγεν. απελη λυεστος ουν τουυγι ειναι ατους.αναγκητο κατολει πομενον χειρον ειναι:Ideſt cur aquæ & niue glacieue liq̃tæ ſint uitioſæ. An quia cum aqua quæuis gelo concreſci tempus tenuiſſima difflatur: & leuiſſima euaporatur. Indicium illud eſt:q; deliquata ſit minor q̃ ante fuerit:q̃ concreſceret. Cum itaq; quod ſalubrius eſt: deguerit: deterius ſit quod relinquitur neceſſe eſt. Hoc ibi legimus:placuit honorem doctiſſimo uiro haberi Ariſtoteli.atq; ita poſtea ego bellũ & odiũ niui indixi. Alii inducias cum ea uarie factitabant.

Quod pudor ſanguinem ab extra diffundit:timor uero contrahit. Caput VI.

IN problematis Ariſtotelis philoſophi ita ſcriptum eſt. Διατι οι μεν αισχυνομενοι ερυθριωσιν. οι δε φοβουμενοι ωφριωσιν παραπλησιον των παθων οντων οτι των μεν αισχυνομενον διαχει ται το αι μαεκτης καρδιας απαντα τα μερη του σωματος. ωσ τε επιπολαζειν. τους δε φοβηθεισι συντρεχει εισ την καρδιαν ωστε κλειπτειν εκτων αλλων μερων:ideſt quá ob cauſam erubeſcũt quos puduit: pallent qui metuunt? quũ iſtæ affectiones ſimiles iter ſe ſint. An quoniam pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur:ita ut ſuperficiem occupet? Metu uero perculſis contrahitur ad cor: ita ut cæteris partibus defiat? Hoc ego athenis cum Tauro noſtro legiſſem: pcuntatuſq; eſſem: quid de ratione iſta reddita ſentiret. Dixit quidem inquit probe & uere quid accideret:diffuſo ſanguine aut contracto. Sed cur ita fieret non dixit. Adhuc enim quæri poteſt:quá ob cauſam pudor ſanguinem diffundat:timor contrahat quũ ſit pudor ſpecies timoris: atq; ita definiatur. Pudor eſt timor iuſtæ reprehenſionis. Ita enim philoſophi definiunt. αισχυνη ισι φοβοσ δικαιου ψογου:ideſt pudor iuſtæ uituperationis eſt timor.

Quid ſit obeſum.nõnullaq; alia priſca uocabula. Caput VII.

IN agro uaticano Iulius paulus poeta uir bonus:& rerũ litterarũq; ueterum impenſe doctus:prædiolũ tenue poſſidebat. Eo ſæpe nos ad ſe uocabat:& oluſculis pomiſq; ſatis comiter copioſeq; in uitabat. Atq; ita molli quodá tẽpeſtatis autũnæ die:ego & Iulius celſinus:quũ ad eũ cœnaſſemus: & apud méſam eius audiſſemus legi Neuii Alceſtin:rediremuſq; in urbẽ ſole iam fere occiduo ſi guras habituſq; uerborũ noue:aut inſigniter dictorũ in Neuiano illo carmine ruminabamur: & ut quæq; uox ĩdidẽ animaduerti digna ſubuenerat:quas nos quoq; poſſemus uti memoriæ mandabamus. Erant autẽ uerba: quæ nunc ſuppetebant huiuſcemodi. Corpore inquit pectoreq; undiq; obeſo: ac mente exſenſa: tardi gemulo ſenio oppreſſum. Obeſum hic notauimus ꝓprie magis q̃ uſitate dictũ: pro exili atq; gracilento:ακυρως η κατα αντιφρασιν: ideſt improprie: uel p̃ oblocutione obeſum ꝓpinqui atq; uberi dicitur. Itẽ notauimus qđ oblitterá gẽtẽ ꝓ oblitterata dixit. Itẽ q; hoſtis q̃ fœdera frágerẽt: fœdifragos nõ fœderifragos dicit. Item q; rubẽté aurorá:pudoricoloré appellauit:& mẽnonẽ nocticoloré. Item q; forte dubitáter:& ab eo quod eſt ſileo:ſiléta loca dixit & puluerulẽta:& peſtiléta:& carẽdũ tui eſt: ꝓ te:q;q; magno ipete ꝓ ipetu. Itẽ q; forteſcere poſuit pro forté fieri:q;q; dolẽtiã pro dolore:& auens pro libens. Itẽ curis ĩtolleranti bus pro ĩtollerádis:q;q; máciolis inquit tene illis pro manibus:& qeſcã ſi liceo:& fiere inqt impendio infir.i. impenſe fieri incipit.q;q; accipitret poſuit:pro iaceret. His nos inter uiã uerborum neuianorũ annotatiuncu lis oblectabamus. Cætera enĩ quæ uidebantur nimium poetica exploſæ orationis uſu alieniora prætermiſi mus:ueluti q; ſic de Neſtore ait:triſæcli ſenex & dulcioriloquus. Itẽq; tumidis magniſq; fluctibus ĩquit mul tigrumis.& flumina gelu concreta tegmine eſſe onychino dixit:& quæ multiplici ludens compoſuit. Quale illud eſt:q; uituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellauit.

Quæſtio an arena:cælũ:triticũ pluralia inueniantur:atq; inibi de quadrigis:inimicitiis: nonnullis prætera uocabulis:an ſingulari numero cõperiantur. Caput VIII.

ADoleſcentulus Romæ priuſq̃ Athenas concederẽ:quando erat a magiſtris auditionibuſq; obeũ dis ociũ:ad Frontoné Corneliũ uiſendi gratia ꝓgebá. Sermonibuſq; eius puriſſimis bonarumq; doctrinarum plenis fruebar. Nec unq̃ factũ eſt.quotiens eũ uidimus:loquẽtemq; audiuimus.qñ rediremus fere cultiores doctioreſq;. Veluti fuit illa quodã die ſermocinatio illius leui qdem de re:ſed a latinæ tamẽ linguæ ſtudio non abhorrens. Ná quũ qſpiam familiaris eius:bene eruditus homo:& tũ poeta illuſtris:liberatũ ſe eẽ aquæ ĩtercutis morbo diceret:q; arenis calẽtibus eſſet uſus. Tũ alludens Fronto:morbo qdem ĩquit cares:ſi uerbi uitio non cares. Cn. Cæſar ille ꝓpetuus dictator. Cn. Pompeii ſocer:a quo familia & appellatio Cæſarũ deinceps propagata eſt: uir ingenii præcellentis: ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi:ĩ libris quos ad. M. Ciceronẽ de analogia cõſcripſit:arenas uitioſe dici exiſtimabat q; arena nũq̃ multitudinis nũero appellãda ſit:ſicuti neq; cælũ neq; triticũ. Cõtra autẽ quadrigas ẽt ſi currus unus equoꝝ q̃ttuor iũctoꝝ agmẽ unũ ſit:pluratiuo ſemp numero dicẽdas putat:ſicut arma & mœnia:& comitia:& inimicitias:ni qd cõtra ea dicis poetaꝝ pulcherrime:quo & te purges:& nõ eẽ id uitiũ demonſtres. De cælo inqt ille & tritico nõ ificias eo:qn ſingulo ſemp nũero dicẽda ſint:neq; de armis:& de mœniis & comitiis qn figura multitudinis ꝓpetua cẽſeant. Videbimus aũt poſt de inimicitiis & q̃drigis:ac fortaſſe an de

q̄drigis ueterū auctoritati cōcessero. Inimicitiā tamē sicut īscitiā & īpotētiā: & iniuriā q̄ rō ē: quāobrē. C. Cæsar uel dictā eē a ueteribus: uel dicēdam a nohis non putat. Quando Pautus linguæ latinæ decus: deliciam quoq; ἑνίκως. i. singulariter dixit pro delitiis: Mea inquit uoluptas: mea delicia. Inimicitiā autē. Q. Ennius ī illo memoratissimo libro dixit. Eo īquit īgenio natus sum amicitiam atq; inimicitiā ī fronte promptā gero Sed enī arenas parum latine dici qs (oro te) aut alius scripsit: aut dixit. Ac ꝓpterea peto: ut si. C. Cæsaris liber pro manibus est: promi iubeas: ut q̄ confidenter hoc dicat: estimari a te possit. Tū prolato libro de analogia primo: uerba hæc ex eo pauca memoriæ mandaui. Nam quū supra dixisset neq; cælū triticūue: neq; arenam multitudinis significationē pati. Nū tu īquit harum rerū natura accidere arbitraris: q; unā terrā: & pluris terras: & urbē & urbes: & īperiū & īperia dicamus? Neq; q̄drigas in unam nominis figurā redigere: neq; arenā in multitudinis appellationem conuertere possimus. His deīde uerbis lectis Fronto ad illū poetam. Videtur ne tibi inq̄t. C. Cæsarem de statu uerbi cōtra te satis aperte satisq; constanter pronunciasse? Tunc permotus auctoritate libri poeta. Si a Cæsare inquit ius prouocandi foret. ego nunc ab hoc Cæsaris libro prouocassem Sed quoniam ipse rationem sententiæ suæ reddere supersedit: nos te nūc rogamus: ut dicas quā esse causam uitii putes: & in quadriga dicenda: & ī arena. Tum Fronto ita respondit Quadrigæ semper: & si multiiugæ non sunt: multitudinis tamen tenentur numero: quoniam quattuor simul equi iuncti: quadrigæ quasi quadriagæ uocantur. Neq; debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem. Eandem quoq; de arena rationem habendam: sed ī specie dispari. Nam quum arena singulari numero dicta multitudinem tamen & copiam significet minimarum: ex quibus constat: partium: indocte & inscite arenæ dici uidentur: tanquam id uocabulum indigeat numeri amplitudine: quum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed hæc ego inquit dixi: nō ut huius sententiæ legisq; fundus subscriptorq; fierem: sed ut ne Cæsaris uiri docti opinionem: ἀπαραμύθητον: ideſt absq; consolatione destituerem. Nam quum cælum semper ἑνίκως: ideſt singulariter dicatur: mare & terra non semper: & puluis: & uentus: & fumus non semper: cur inducias & cerimonias scriptores ueteres nōnunquam singulari numero appellauerint: ferias & nundinas & inferias & exequias nunq̄? Cur mel & uinum atq; id genus cætera: multitudinis ñumerum capiunt: lac non capiat? Quæri inq̄ ista omnia & enucleari: & excudi ab hominibus negociosis: in ciuitate tam occupata nō queunt: quin iis quoq; ipsis quæ iam dixi: demoratos uos eē uideo: alicui (opinor) negocio destinatos. Ite ergo nunc. & quando forte erit ocium: quærite an quadrigam & arenas dixerit e cohorte illa dūtaxat antiquiore: uel oratorū aliquis uel poetarum: ideſt classicus assiduusq; aliquis scriptor non proletarius. Hæc quidem Fronto requirere nos iussit uocabula non ea re (opinor) q; scripta esse in ullis ueterum libris existimaret: sed ut nobis studium lectitādi in quærendis rarioribus uerbis exerceret. Quod unum ergo rarissimum uidebatur: inuenimus quadrigam numero singulari dictam: in libro satyrarum M. Varronis: qui īscriptus est: exdemetricus. Arenas autem πληθυντικως: ideſt pluratiue dictas minore studio quærimus: quia præter. C. Cæsarē: quod equidē meminerim: nemo hoc doctorū hominū dedit.

Antonii Iuliani in conuiuio ad quosdā græcos lepidissima responsio. Caput IX.

ADolescens e terra asia de equestri loco: lætæ indōlis: moribusq; & fortuna bene ornatus: & ad musicam facili ingenio ac libenti cœnam dabat amicis ac magistris in rusculo celebrandæ lucis annuæ: quā sibi principem uitæ habuerit. Venerat tum nobiscum ad eādem cœnam Antonius Iulianus rhetor docendis publice iuuenibus magister hispano ore: florentisq; homo facundiæ: & rerum litterarūq; ueterum peritus. Is ubi eduliis finis & poculis: mox sermonibusq; tempus fuit: desiderauit exhiberi: quos habere eum adolescentem sciebat scitissimos utriusq; sexus: qui canerent uoce: & qui psallerent. Ac posteaq̄ introducti pueri puellæq; sunt: iocundūq; immodum ἀνακρεοντεία: ideſt anacreontea: hoc est anacreontis uersus pleraq; & sapphica: & poetarum quoq; recentiū ἀλεγεία: ideſt elegos: hoc est lugubria carmina: quædam ἐρωτικα: ideſt amatoria: dulcia: & uenusta cecinerunt. Oblectati autē sumus præter multa alia uersiculis lepidissimis Anacreontis senis: quos equidem scripsi: ut interea labor hic uigiliarum: & inquies suauitate paulisper uocum atq; modulorum acquiesceret.

Τὸν ἀργύρεον λορεύσας ἡφαίστε μοι ποίησον.	Argentum tornans fabrica uulcane mihi.
πανοπλίας μὲν οὐχὶ τι γὰρ μαχαίσι καμοί.	Non hominē armatū. quid enim cū bellis mihi?
ποτήριον δε κοῖλον ὅσον δύνη βαθυνον.	Sed cauum poculum cude: quantum uales maxime.
καὶ μὶ ποιεῖ καταυτὸ μήτε ἄστρα: μὴ τἀμάξας.	Inq; eo neq; astra: nec plaustra facias.
Τί πλειάδων μέλλει μοι: τί βοστρυας καταυτό.	Nam quid cum pleiadibus: quid cum boote mihi?
ποίησον ἀμπέλους μοι: κάι βότρυας καταυτό.	Vites fabrica quæso intus: & racemos pariter
καὶ χρυσέους πατοῦντας ὁμοῦ κάκωσ λυαίω.	Aureosq; pulchre calcantis comites lyæi.
ἔρωτα καὶ βαθινον. Ideſt	Amoremq; profundum simul.

Tum græci plusculi qui in eo conuiuio erant: homines amœni: & nostras quoq; litteras haud incuriosæ docti: Iulianū rhetorē lacessere: īsectariq; adorti sunt: tanq̄ prorsus barbarū & agrestē: q ortus terra hispania foret. Clamatorq; tantū: & facūdia rabida: iurgiosaq; esset. Eiusq; linguæ exercitationes doceret: quæ nullas uoluptates: nullāq; mulcedinē ueneris atq; musæ haberet. Sæpeq; eū percuntabantur: quid de Anacronte cæterisq; id genus poetis sentiret. Et ecqs nostrum poetarū tam fluentes carminū delicias feciſſet? Nisi Catulus inquit forte pauca: & Caluus itidē pauca. Nā neuius īplicata: & Hortēsius iuenusta: & Cinna illepida: & Mēmius dura: ac deinceps omnes rudia fecerūt atq; absona. Tum ille pro lingua patria: tanq̄ pro aris: & focis animo irritato īdignabundus. Cedere eqdem inq̄t uobis debui: ut in tali ἀσωτία: ideſt luxu prodigalitate: atq; nequitia artiū nos uinceretis. Et sicut in uoluptatibus cultus atq; uictus ita in cātilenarū quoq; multis antei-

retis. Sed ne nos: ideſt nomen latinum: tanq̃ profecto uaſtos quoſdã & iſubdidos ανακφροδισιασ: ideſt iue nuſtatis cõdẽneris: permittite mihi quæſo opire pallio caput: quod quadã parũ pudica oſone Socratẽ feciſſe aiunt. Et audite ac diſcite noſtros quoq; antiquores ante eos quos noſtis: poetas amaſios: ac uenerios fuiſſe. Tum reſupinus capite cõuelato uoce admodũ q̃ ſuaui uerſus cecinit Valerii Aeditui ueteris poetæ, item Porcii Licinii: &. Q. Catuli: quibus mundius uenuſtius: limatius: preſſius græcũ latinũue nihil qcq̃ reperiri puto. Verſus Aeditui.

Dicere cũ conor curã tibi pamphila cordis:
Quid mihi abs te quærã: membra labris abeunt.
Per pectus miſerũ manat mihi ſubito ſudor:
Si tacitus ſubidus: duplo ideo pereo.

Atq; item alios uerſus eiuſdem addidi: non hercle minus dulcis q̃ priores.

Quid faculã præfers phileros: qua nihil opus nobis?
Ibimus: hic lucet pectore flamma ſatis.
Iſtam nõ potis eſt uis ſæua extinguere uenti:
Aut hymber cælo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem ueneris: niſi uenus ipſa:
Nulla eſt quæ poſſit uis alia opprimere.

Item dixit uerſus Porcii Lininii hoſce.

Cuſtodes ouium uidere propaginis agnum:
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo eſt.
Si digito attigero, incendã ſiluam ſimul omnem.
Omne pecus flamma eſt: omnia quæ uideo

Q. Catulli uerſus illi fuerunt.

Aufugit mi animus: credo (ut ſolet) ad theotimum:
Deuenit. ſic eſt: perfugium illud habet.
Quid ſi non interdixiſſem ne illud fugitiuum:
Mitteret ad ſe intro? ſed magis eiiceret.
Ibimus quæſitum uerbum: ne ipſui teneamur:
Formido. quid ago: da uenus conſilium.

Verba hæc præter propter: in uſu uulgi prodita etiam Ennii fuiſſe. Caput X.

MEmini me quondam & Celſinum Iulianum Numidam ad Frontonem Cornelium: pedes tunc grauiter ægrum ire uiſere Atq; ibi qui introducti ſumus: offendimus eum cubantem in ſymphodio græcienſi: circum undiq; ſedentibus multis: doctrina aut genere: aut fortuna nobilibus uiris. Aſſiſtebãt fabri ædiũ complures balneis nouis moliendis adhibiti. oſtendebantq; depictas in membranulis uarias ſpecies balnearum. Ex quibus quũ elegiſſet unã formã: ſpeciẽq; ueris: interrogauit: quãtus eſſet pecuniæ cõſpectus ad id totũ opus abſoluendũ. Cũq; architectus dixiſſet, neceſſaria uideri eſſe ſeſtertia ferme. ccc. unus ex amicis Frõtonis: & præter propter inqt alia quinquaginta. Tum Fronto dilatis ſermonibus: quos habere de balnearum ſumptu inſtituerat: aſpiciẽs ad eum amicum: qui dixerat quinquaginta eſſe alia præter propter. Atq; ille amicus non meun inquit hoc uerbum eſt: ſed multorum hominum: quos loquentis id audias. Quid autem id uerbum ſignificet: nõ ex me ſed ex grãmatico quærendum eſt. ac ſimul digito demõſtrat grãmaticum haud icelebri nomine romæ docẽtem: ſedentem. Tum grãmaticus uſitati peruulgatiq; uerbi obſcuritate motus. Quærimus iquit: quod honore quæſtionis minime dignum eſt. Nã neſcio quid hoc prænimis plebeiũ eſt: & ĩ opificum ſermonibus q̃notius. At enim Fronto iam uoce: atq; uultu itentiore. Ita ne inquit magiſter dehoneſtum tibi: deculpatumq; hoc uerbum uideẽ: quo &. M. Cato: &. M. Varro & pleraq; ætas ſuperior: ut neceſſario & latino uſi ſunt? Atq; ibi Iulius Celſinus admonuit in tragœdia quoq;. Q. Ennii: quæ Iphigenia inſcripta eſt: id ipſum de quo quærebatur: ſcriptum eſſe: & a grãmaticis contaminari magis ſolitum: q̃ enarrari. Quocirca ſtatim pferri Iphigeniam. Q. Ennii iubet. In eius tragœdiæ choro inſcriptos eſſe hos uerſus legimus.

Ocio qui neſcit uti: plus negocii habet:
Quam quum eſt negocium in negocio.
Nam cui quid agat: inſtitutum eſt: nullo negocio:
Id agit: ſtudet ibi: mentem atq; animũ delectat ſuũ.
Ocioſo in otio animus neſcit: quid uelit:
Hoc idẽ ẽ enĩ neq; domi nũc nos: nec militiæ ſumus.
Imus huc: hinc illuc. quũ illuc uentũ ẽ: ire illic iubet:
Incerte errat animus: præter propter uitam uiuitur.

Hoc ubi lectum eſt: tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: Audiſti ne iquit magiſter optime Ennium tuum dixiſſe præter propter? & cum ſententia quidem tali quali ſeueriſſimæ philoſophorum eſſe obiurgationes ſolent. Petimus igitur dicas (quoniam de Enniano iam uerbo quæritur) quid ſit notus eiuſce uerſus ſenſus. Incerte errat animus: præter propter uitam uiuitur. Et grammaticus ſudans multum ac rubens multum: quum id plerisq; prolixius riderẽt exurgit. Et abiens: Tibi inquit Fronto poſtea uni dicam: ne inſcitiores audiant ac diſcant Atq; ita omnes relicta ibi quæſtione uerbi conſurreximus.

Ponit uerſus Platõis amatorios: quos admodũ iuuenis luſit: dũ tragœdiis cõtendit. Caput XI.

CElebrantur duo iſti græci uerſiculi: multorumq; doctorum hominum memoria dignantur: q; ſint lepidiſſimi & uenuſtiſſimæ breuitatis. Neq; adeo pauci ſunt ueteres ſcriptores: qui eos Platonis eſſe philoſophi affirmant: quibus ille adoleſcens luſerit: cũ tragœdiis quoq; eodem tempore faciẽdis præluderet.

Τὴν ψυχὴν ἀγαθωνὶα φιλῶν επιχειλεσὶν εσχον.
ἡλθε γαρ ἡ πλησιον: ὡσ διαβησομενη.

Ideſt
Sauia dans agathoni animam ipſe in labra tenebam.
Aegra etenim properãs: tanq̃ abitura fuit.
Amicus meus: ουκ ἀμουσόσ. ideſt nõ inelegans adoleſcens: in plures uerſiculos licẽtius liberiuſq; uertit: qui quoniam mihi quidem uiſi ſunt non eſſe memoratu indigni: ſubdidi.

Dum ſemhiulco ſauio meum puellum ſauior.
Dulcemq; florem ſpiritus duco ex aperto tramite:
Anima ægra & ſaucia cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium: & labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus: ut tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ fuiſſet in cœtu oculi:
Amoris igni percita tranſiſſet: & me linqueret.
Et mira prorſum res maneret: ut ad me fierem
Mortuus: ad puerum intus uiuerem.

Diſſertatio Herodis attici ſuper ui & natura doloris. Suæq; opinionis affirmatio per exemplum indocti ruſtici: qui cum rubis fructiferas arbores præcidit. Caput XII.

HErodem atticum consularem uirum Athenis differentem audiui græca oratione: in qua fere omnis memoriæ nostræ uniuersos grauitate atq; copia: & elegantia uocum longe præstitit. Disseruit autem contra ἀπαθειαν. ideſt tranquillitatem stoicorum lacessitus a quodam stoico: tãquam minus sapienter: & parum uiriliter dolorem ferret: ex morte pueri: quem amauerat. In ea dissertiõe quantulum memini: huiuscemodi sensus est: q; nullus usquã homo qui secundum naturam sentiret: & saperet: affectionibus istis animi: quas παθη. ideſt passiones appellabãt ægritudinis: cupiditatis: timoris: iræ: uoluptatis carere: & uacare totis posset: & omnino non dolere. Atq; si posset etiam obniti ut totis careret: non ex re id esse melius: quoniam langueret animus: & torperet affectionum quarundam adminiculis ut necessario plurimum imperio priuatus: Dicebat enim sensus istos motusq; animi: qui quum immoderatiores sunt: uitia fiunt: innexos implicatosq; esse uigoribus quibusdam mentium & alacritatibus. Ac propterea si omnino omnis eos imperitius conuellamus periculum esse: ne eis adhærentes bonas quoq; & utiles animi indoles amittamus. Moderandos esse igitur & scite considerateq; purgãdos censebat: ut ea tantum quæ aliena sunt: contraq; naturam uiderentur: & cum pernicie agnata sunt: detrahantur. Ne pfecto id accidat: quod cuipiam Thracio insipienti & rudi in agro: quem emerat: pcurando uenisse usu fabula est. Homo Thracius inquit ex ultima barbaria ruris colendi insolẽs: quum in terras cultiores humanioris uitæ cupidine commigrasset: fundũ mercatus est olea atq; uitæ consitũ: qui ꝺa nihil admodũ sup uite aut arbore colenda sciret: uidet forte uicinũ rubos late atq; alte abortos excidentẽ. Fraxinos ad summũ ppe uerticẽ deputantem. Suboles uitiũ e radicibus caudicum super terram fusas reuellentẽ. Stolones in pomis: aut in oleis proceros: atq; decerptos amputantem. Accedit q; prope: & cur tantam ligni atq; frondium cædem faceret percontatus est. Et uicinus ita respõdit: ut ager inqt mũdus puruſq; fiat: eiusq; arbor atq; uitis fœcũdior. Discedit ille a uicino gratias agens: & lætus tanq̃ adeptus rei rusticæ disciplinã. Tũ falcẽ ibi ac securim capit: atq; ibi hõ miser iperitus: uites suas sibi ois & oleas detrũcat. Comasq; arbores lætissimas: uberrimosq; uitium palmites decidit: & fructeta atq; uirgulta simul oĩa pomis frugibusq; gignẽdis fœlicia: cũ sentibus: & rubis: purificãdi agri gratia cõuellit: mala mercede doctus: audaciã: fiduciãq; peccãdi imitatione falsa eruditus. Sic inquit isti apathiæ sectatores: qui uideri se esse tráquillos: & intrepidos: & ĩmobiles uolũt: dum nihil cupiũt: nihil dolent: nihil irascuntur: nihil gaudent: oĩbus uehementioribus animi officiis amputatis in corpore ignauæ: & quasi eneruatæ uitæ consenescunt.

Quos pumiliones dicimus: græce νάνους appellari. Caput XIII.

STabãt forte una in uestibulo palatii fabulãtes Frõto Cornelius: & festus posthu. & Apolli. Sulpitius. Atq; ego ibi assistẽs cũ qbusdã aliis sermones eoꝝ: quos de litterarũ disciplinis habebãt: curiosius captabã. Tũ Frõto Apollinari. Fac me inqt magister ut sim certus an recte supersederim nanos dicere: parua nimis statura hoĩes: maluerimq; eos pumiliones appellare: quoniã hoc scriptũ eẽ in libris ueterũ meminerã. Nanos aũt sordidũ eẽ uerbũ & barbarũ credebã. Est inqt hoc Apollinaris in cõsuetudine iperiti uulgi frequẽs: sed barbarũ nõ est: cẽseturq; linguæ græcæ origine. Νάνους enĩ græci uocauerũt breui atq; humili corpe hoĩes: paulũ supra terrã extãtes. Idq; ita dixerũt adhibita quadam rõne etymologiæ cũ sententia uocabuli cõpetẽte. Et si memoria inqt mihi nõ labat scriptũ hoc é in comœdia Aristophanis cui nomẽ est ἀκλαυτιστ. i. minime plorás. Fuisset autẽ uerbũ hoc a te ciuitate dõnatũ: aut in latinam coloniã deductũ: si tu eo uti dignatus fores. Esset q; id ipẽdio ꝓbabilius: q̃ quæ a Laberio ignobilia nimis & sordentia in usum linguæ latinæ ĩtromissa sunt. Tũ Festus Posthumius grãmatico cuipiã latino Frõtonis familiari: Docuit inqt nos Apollinaris nanos uerbũ græcũ esse. Tu nos doce in quo de mulis aut equuleis humilioribus uulgo dicit: an ne latinũ sit: & apud quẽ scriptũ reperiat. Atq; ille grãmaticus: hõ sane pq̃ in noscẽdis ueteribus scriptis exercitus. Si piaculũ inqt nõ cõmittit præsente Apollinare: qd de uoce illa græca latinaue sentiã dicere: audeo tibi Feste quæréti respõdere esse hoc uerbũ latinũ. Scriptũq; inueniri in poematis Heluii cinnæ nõ ignobilis neq; ĩdocti poetæ. Versus eius ipsos dixit: quos quoniã memoriæ mihi aderant: adscripsi.

At nusic me genii nana per salicta Bigis rheda rapit citata nauis.

Contẽporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni. M. Varronẽ &. P. Nigidiũ ætatis suæ doctissimos romanos. Et q; Nigidii cõmẽtationes ꝓpter earũ obscuritates: subtilitatẽq; in uulgus nõ exeũt. Caput XIIII.

AEtas. M. Ciceronis: &. C. Cæsaris præstanti facũdia uiros paucos habuit. Doctrinarum autẽ multiformium uariarũq; artium: quibus humanitas erudita est: culmina habuit. M. Varronẽ &. P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum: quæ per litteras condidit in propatulo frequentiq; usu feruntur. Nigidianæ autem cõmentationes non perinde in uulgus exeunt: & obscuritas subtilitasq; earũ tanq̃ parum utilis derelicta est. Sicuti sunt quæ pauloãte legimus in cõmentariis eius: quos grãmaticos inscripsit. E quibus quædam ad demonstrandum scripturæ genus exempli gratia sumpsi. Nam quũ de natura atq; ordine litterarum dissereret: quas grãmatici uocales appellant: uerba hæc scripsit. Quæ reliquimus ienarrata ad exercendã legentium intentionẽ: a & o semper principes sunt. i & u semper subditæ. e & subdit & præit. In eurippo præit: & subdit in æmilio. Siquis putat præire u in his uerbis Valeri: Vénoni: uolusi. Aut i in his iãpridem: iecur: iocũ: iucundũ: errabit q; hæ litteræ quũ præunt: ne uocales quidẽ sunt. Itẽ in eodẽ libro uerba hæc sunt. Inter litterã n & g est alia uis: ut in nomine anguis: & anguaria: & anchoræ: & ĩcrepat: & ĩcurrit: & ĩgenuus. In omnibus enim his nõ uerũ nsed adulterinũ ponit. Nã n nõ esse: lingua indicio est. Nã si ea littera esset lingua palatũ tangeret. Alio deinde in loco est scriptum. Græcos nõ tantæ insciti æ arcesso: qui ου ex o & u scripserunt: quantæ qui ei ex e & i. Illud enĩ inopia fecerunt: hoc nulla re subacti.

Auli Gelii noctium atticarum cõmentarii. Liber Decimusnonus.

SEx.Cecilius in disciplina iuris atq; legibus po.romani noscẽdis:ĩterpretãdisq; sciẽtia usu auctoritateq; illustri fuit.Ad eũ forte in area palatina:quũ salutationẽ Cæsaris operiremur:philosophus Phauorinus accessit.Collocutusq; est nobis multisq; aliis p̃sentibus.In illis tũc eorum sermonibus:orta mentio est legũ decẽ uiraliũ:quas decẽuiri eius rei gratia a populo creati cõposuerũt.Inq; duodecim tabulas cõscripserũt.eas leges quũ Sex.Cecilius inq̃sitis exploratisq; multarũ urbiũ legibus : eleganti atq; absoluta breuitate uerborũ scriptas diceret. Sic inqt hoc Phauorinus in pleraq; earũ legũ parte ita uti dicis. Nõ enim minus cupide tabulas istas.xii.legi:q̃ illos decẽ libros Platonis de legibus.Sed quædã istic aiaduertunt:aut obscurissima: aut leuia: contra dura nimis & remissa:aut nequaq̃ ita ut scriptũ est cõsistentia.Obscuritates inqt Sex. Cecilius:nõ assignemus culpæ scribentiũ:sed iscitiæ nõ assequẽtiũ.quanq̃ ii quoq; ipsi qui quæ scripta sunt minus ꝓcipiũt: culpa uacãt.Ná longa ætas uerba atq; mores ueteres oblitterauit:qbus uerbis moribusq; sentẽtia legũ comprehensa est.Trecẽtesimo náq; anno post romã cõditã tabulæ cõpositæ scriptæq; sunt. A quo tẽpore ad hũc diem anni esse nõ longe minus.dcc.uident.Dure autẽ scriptũ esse in istis legibus:qui existimari potest? Nisi durã esse legẽ putas:quæ iudicẽ arbitrũue iure datũ:qui ob rem dicendã pecuniã accepisse cõuictus est:capite punit? Aut quæ furẽ manifestũ: ei cui furtũ factũ est in seruitutẽ tradit. Nocturnũ autẽ furẽ ius occidẽdi tribuit.Dic enim quæso:dic uir sapiẽtiæ studiosissime:an tu aut iudicis illius ꝓfidiã cõtra omnia iura diuia atque humana iusiurandũ suum pecunia uendẽtis:aut furis manifesti intolerandã audaciã:aut nocturni crassatoris insidiosam uiolentiã:non dignã esse capitis pœnæ existimas? Noli inqt Phauorinus ex me quærere quid ego existimẽ.Scis enĩ solitũ esse me pro disciplĩa sectæ quã colo ingrere potius:q̃ decernere.Sed nõ leuis æstimator:neq; aspnabilis est populus ro.cui delicta qdẽ istæc uindicãda pœnæ tamẽ huiuscemodi nimis duræ esse uisæ sunt.Passus est enĩ leges istas de tam ĩmodico iudicio:situ atq; senio emori.Sicut illud quoq; nõ humaniter scriptũ ĩprobauit:q; si hõ in ius uocatus morbo aut ætate æger ad ĩgrediẽdũ ĩualidus est : arcea non sternit:sed ipse auferẽ:& iumẽto imponiẽ.atq; ex domo sua ad prætorẽ in comitiũ noua funeris facie efferẽ. Quã enĩ ob causam morbo affectus:& ad respõdendũ ꝓ sese idoneus iumẽto adhærẽs in ius aduersario deportaẽ? Quod uero dixi uideri quædã eẽ impẽdio molliora:nõne tibi quoq; uideẽ eẽ dilutũ: qd' ita de iniuria puniẽda scriptũ est? Si iniuria alteri faxit.xxv.æris pœnæ sunto.Quis enĩ erit tam ĩops: quẽ ab iniuria facienda.xxv. asses deterreãt.Itaq; quũ eã legẽ. Q.quoq; Labeo uester in libris quos ad.xii.tabulas conscripsit: nõ ꝓbaret:inqt.L.Neratius fuit egregie hõ ĩprobus:atq; ĩmani uecordia.Is pro delectamẽto habebat os hois liberi:manus iuæ palma uerberare.Eũ seruus sequebaẽ crumenã plenã assiũ portitãs:& quẽcũq; depalmauerat numerari statim secũdũ.xii.tabulas.v.&.xx.asses iubebat:Propterea inqt p̃tores postea hác abolescere : & relinq censuerũt.iniuriisq; æstimádis recuperatores se daturos edixerũt.Nõnulla autẽ in istis legibus: nec cõsistere qdem:sicut dixi uisa sunt.Velut illa lex talionis:cuius uerba:nisi memoria me fallit:hæc sunt.Si mẽbrũ rupit meũ e pacto talio esto.Præter enim ulciscendi acerbitatem:ne procedere quoq; executio iusta talionis potest.Nam cui membrum ab alio ruptum est:si ipsi itidem rumpere per talionem uelit : quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibriũ? In qua re primũ ea difficultas est inexplicabilis.Quin si membrum inquit alter imprudens ruperit.Quod enĩ per imprudentiã factum est: retaliari per imprudentiã debet.Ictus quippe fortuitus & consultus non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quonam igiẽ modo imprudentem poterit imitari:qui in exequenda talione non licentiæ ius habet:sed imprudentiæ. Sed & si prudẽs ruperit:nequaq̃ patiẽ:aut altius se lædi:aut latius quod cuiusmodi libra atq; mẽsura caueri possit: nõ reperio. Quin etiã siqd plus erit : aliterue cõmissum:res fiet ridiculæ atrocitatis:ut cõtraria actio mutuæ talionis oriaẽ:& adolescat ĩfinita quædã reciprocatio talionũ.Nã de ĩmanitate illa secãdi:partiẽdiq; humani corporis:si unus ob pecuniã debitam adiudicatus:addictusq; sit pluribus: non liabet meminisse:& piget dicere.Quid enim uideri põt effrenatius:quid ab hois ingenio diuersius:q̃ q; membra & artus inopis debitoris:breuissimo lanienẽ & distrahanẽ:sicut nũc bona uenũ distrahunẽ? Tũ Sex.Cecilius ãplexus utraq; manu Phauorinũ: Tu es inqt unus profecto in nostra memoria:non graiæ modo:sed & romanæ rei peritissimus. Quis enĩ philosophoꝝ disciplĩæ suæ leges:iã scite atq; docte callet : q̃ leges tu nostras decẽuirales ꝓcalluisti? Sed quæso te:quũ tamẽ digrediare paulisper e curriculis istis disputationũ uestraꝝ academicis:omissoq; studio qcqd lubitũ est arguendi tuendiq; cõsideres grauius cuiusmodi sint ea quæ rep̃hendisti.Nec ideo contẽnas legũ istaꝝ antiqtates:q; plerisq; ipis iã po.ro.desiuerit.Nõ enĩ ꝓfecto ignoras legũ opportunitates: & medelas pro temporꝝ moribus:& ꝓ reꝝ publicaꝝ generibus:& ꝓ utilitatum præsentiũ rationibus:proq; uitiorum:qbus medendũ est feruoribus mutariq; atq; flecti.Neq; uno statu cõsistere :qn ut facies cæli & maris: ita reꝝ atq; fortunæ tempestatibus uarienẽ.Quid salubrius uisum est rogatõe illa Stolonis iugeꝝ de numero præfinito? Quid utilius plebiscito uoconio de coercẽdis mulieꝝ hæreditatibus? Quid tã necessariũ æstimatũ est ꝓpulsandæ ciuiũ luxuriæ:q̃ lex licinia & fannia:aliæq; itẽ leges sumptuariæ. Oĩa tamen hæc oblitterata & operta sunt ciuitatis opulentia:q̃si qbusdam fluctibus exæstuantis. Sed cur tibi uisa est inhumana omnium mea qdem sententia humanissima:quæ iumentũ dari iubet ægro:aut seni in ius uocato ? Verba sunt hæc de lege.Si in ius uocat:si morbus euitasue uitiũ extit:q ĩ ius uocabit:iumẽtũ dato. Si nolet arcerã ne sternito.At tu forte morbũ appellari hic putas:ægrotationẽ grauẽ cũ febri rapida & quertera? Iumẽtũq; dici pecus aliqd' unicũ tergo uehens.Ac ꝓpterea minus fuisse humanũ existimas ægrotũ domi suæ cubãtẽ: iumẽto ipositũ ĩ ius rapi? Hoc mi Phauorine nequaq̃ ita est.Nã morbus ĩ lege ista nõ febriculosus neq; nimium grauis:sed uitiũ aliqd ĩbecillitatis atq; iualẽtiæ demonstraẽ:non periculũ uitæ ostendiẽ.Cætero q morbum

uehementiorē uim grauiter nocēdi habentē:legum istaꝝ scriptores alio in loco nō per se morbum:sed mor
bū sonticū appellāt.Iumentū quoq; non id solū significat:qđ nunc dicit:sed uectabulū etiā:quod a iunctis pe
coribus trahebat.Veteres enim nostri iumētum a iungendo dixerunt.Arcera autē uocabatur plostrum te/
ctum undiq; & munitum:quasi arca quædam magna uestimētis instrata : qua nimis ægri aut senes portari
cubantes solebant.Quænam ibi igit acerbitas esse uisa est:quod ī ius uocato pauperrimo homini uel inopi:
qui aut pedibus fortē ægris esset:aut quo alio casu ingredi non quiret:plostrū esse dandum censuerunt: neq;
instrui tamē delicate arceram iusserūt:quoniā satis esset iualido cuimodi uectaculum.Atq; id fecerūt ne cau/
satio ista ægri corporis perpetuā uacationē daret fide tractātibus:iurisq; actōes declinantibus. Sed enim ipm
uide q; in iniurias factas.v.&.xx.assibus sanxerunt non oīno omnis mi Phauorine iniurias ære isto pauco di/
luerūt.Tametsi hæc ipsa paucitas assium graue pondus æris fuit.Nā librariis assibus in ea tēpestate populus
usus est,sed iniurias atrocioris:ut de osse fracto non liberis modo uerum etiam seruis factas impēsiore dāno
uindicauerunt.Quibusdā autē iniuriis talionē quoq; apposuerunt. Quā quidē tu talionē uir optime iniqus
paulo insectatus es.Ac ne consistere quidem dixisti:lepida quadam solertia uerborum:quoniā talioni par nō
sit talio:neq; rumpi membrū facile possit:ad alterius rupturæ (ut ais tu)æquilibrum. Verum est mi Phauo/
rine talionem rarissimum fieri difficillime.Sed decēuiri minuere atq; extinguere uolentes huiusce modi uio
lentiam pulsandi atq; lædendi talione:eo quoq; metu coercendos esse homines putauerunt. Neque eius qui
mēbrū alteri rupisset:& pacisci tamen de talione rediměda nollet: tantā esse habendi rationem arbitrati sūt:
ut an prudēs īprudensue rupisset : spectandum putarent. Aut talionem in eo uel ad amussim æquipararēt:
uel in librili perpenderent.Sed potius eundem animum:eundemq; impetum:in eadem parte corporis rum
pendi:non eundem quoq; casum exigi uoluerunt. Quoniam modus uoluntatis præstare posset casus ictus
non posset. Quod si ita est:ut dico:& ut ipse æquitatis habitus demonstrat : taliones illæ tuæ reciprocæ ar/
gutiores profecto q̄ ueriores fuerunt: Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus pœnæ putas.Quæ ob/
secro te:ista acerbitas est:si idem fiat in te : quod tute in alio feceris? Præsertim quum habeas facultatem pa/
riscendi : & nō necesse sit pati talionem:nisi eam tu elegeris? Quod edictum autem prætoriū de æstimandis
iniuriis probabilius esse his potest? Nolo hoc ignores hanc quoq; ipsam talionem ad æstimationem iudicis
redigi necessario solitam. Nam si reus qui depacisci noluerat:iudici talionem imperanti:non parebat : æsti/
mata lite iudex hominem pecuniæ damnabat:atq; ita si reo & pactio grauis:& acerba talio uisa fuerat: seue/
ritas legis ad pecuniæ mulctam redibat. Restat ut ei quod de sectione partitioneq; corporis immanissi/
mum esse tibi uisum est:respondeam.Omnibus quidem uirtutum generibus exercendis: colendisq; popu/
lus romanus e parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit.Sed omnium maxime atq; præcipue fi/
dem coluit,sanctamq; habuit:tam priuatim:q̄ publice.Sic consules clarissimos uiros hostibus confirmādæ
fidei publicæ causa dedit.Sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi:q̄ propinquos:tuendūq; esse con
tra cognatos censuit.Neq; prius ullum facinus æstimatum est:q̄ sicui probaretur clientem diuisui habuisse.
Hanc autem fidem maiores nostri non modo in officiorum uicibus : sed in negociorum quoq; contracti/
bus sanxerunt:maximeq; in pecuniæ mutuaticæ usu atq; cōmercio.Adimi enī putauerūt subsidiū hoc ino/
piæ tēporariæ:quo cōmunis hominū uita indiget:si pfidia debitorū sine graui pœna eluderet. Confessi igit
æris ac debiti iudicatis.xxx.dies sunt dati cōquirēdæ pecuniæ causa:quā dissoluerēt. Eosq; dies decēuiri iu/
stos appellauerunt: uelut quoddā iustitium.i.iuris inter eos quasi interstitionē quandā & cessationē:quibus
diebus nihil cum iis agi iure posset.Post deinde nisi dissoluerāt ad prætorē uocabant: & ab eo quibus erant
iudicati addicebant.Neruo quoq; aut cōpedibus uinciebant.Sic enim sunt opinor uerba legis.Aeris cōfessi:
rebusq; iure iudicatis.xxx.dies iusti sunto.Post deinde manus iniectio esto.in ius ducito:ni iudicatum facit:
aut qui pseudo eo in iure: uim dicit : secum ducito:uincito aut neruo : aut compedibus.xv.pondo. ne mi/
nore,aut si uolet : maiore uincito.Si nolet suo uiuito.Ni suo uiuit:q̄ eū uinctū hēbit:libras farri in dies dato.
Si uolet plus:dato.Erat aūt ius ītereа pacisc̄di.Ac nisi pacti forēt:habebant in uinculis dies.lx. Inter eos dies
trinis nūdinis cōtinuis ad ptorē in comitiū pducebant :quantæq; pecuniæ iudicati essent:prædicabat. Ter/
tiis aūt nundinis capite pœnas dabant.Aut trans tyberim peregre uenū ibant.Sed eam capitis pœnā sancien
dæ sicuti dixi:fidei gratia:horrificā atrocitatis ostētu,nouisq; terroribus metuendā reddiderunt.Nā si plures
forent:quibus reus esset iudicatus:secare si uellent atq; partiri corpus addicti sibi hois pmiserunt. Et qdem
uerbā ipsa legis dicā:ne exīstimes iuidiā me istā forte formidare.Tertiis inqt nundinis:partis secanto. si plus
minusue secuerunt:se fraude esto.Nihil pfecto īmitius:nihil īmanius:nisi ut re ipsa apparet:eo consilio tan/
ta īmanitas pœnæ denunciata est:ne ad eā unq̄ pueniretur.Addici nanq; nūc & uinciri multos uidemus : qa
uinculoꝝ pœnā deterrimi hoies cōtemnunt.Dissectū esse antiquitus neminem eqdem neq; legi: neq; audi/
ui:quoniā sæuicia ista pœnæ contēni nō qta ē. An putas Phauorine si nō illa etiā ex.xii.tabulis de testimoniis
falsis pœna aboleuisset:& si nunc quoq; ut antea qui falsum testimoniū dixisse conuictus esset: e saxo tarpeio
deiiceretur:mentituros fuisse p testimonio tam multos:q̄ uidemus? Acerbitas plerūq; ulciscendi maleficii:
bene atq; caute uiuendi disciplina est.Hictoria de Metio Sufetio albano nobis q̄oq; nō admodum numero
istiusmodi libros lectitantibus ignota non est.Qui quoniā pactū atq; cōdictū cū rege po.ro.pfide ruperat bi/
nis q̄drigis euinctus:in diuersa nitentibus laceratus ē.Nouū atq; asperū suppliciū quis negat? Sed qd elegan/
tissimus poeta dicat:uide.At tu dictis albāe maneres.Hæc atq; alia ubi Sex. Cecilius oībus q aderāt.ipo quo/
q; Phauorino approbante:atq; laudante disseruit:nunciatū est Cæsarē iam salutari:& seperati sumus.

Vocabulum siticinum in.M. Catonis oratione quid significet. Quamobcausam.L. Accius poeta in grā/
maticis siciniſtas nebuloso nomine esse dixerit. Caput II.

SIticines ſcriptū eſt in oratiõe.M.Catonis:quæ iſcribitur.Ne impium ſit ueteri ubi nouus uenerit Siticines inqt & liticines:& tubicines.Sed Ceſellius uindex in cõmẽtariis lectionū antiquarū: ſcite quidé ſe ait:liticines lituo cantare & tubicines tuba.Quid iſtuc autẽ ſit:q; ſiticines cantãt hõ ingenuæ ueritatis ſcire ſe negat.Nos aũt in Capitonis Atteii cõiectaneis iuenimus ſiticines appellatos:q apud ſitos canere ſoliti eſſent:hoc eſt uita functos:& finitos:& ſepultos.Eoſq; habuiſſe prius genus tubæ:q̃ canerẽt:a cæteroq; tubicinũ ꝓprietate differens:quos ſiciniſtas uulgus dicit. Qui rectius locuti ſunt:ſicinniſtas littera n gemina dixerũt.Sicinniũ.n.genus ueteris ſaltationis fuit.Saltabũ di autẽ canebant:quæ nũc ſtátes canũt.Poſuit hoc uerbũ.L.Accius poeta in pragmaticis.Appellariq; ſicinitas ait nebuloſo noíe:credo ꝓpterea nebuloſo:q; ſicinniũ cur diceretur obſcurum eſſet.

Artificium ſcænicorũ ſtudiũ:amoréq; inhoneſtum:probroſũq; eſſe.Et ſuper ea re uerba Ariſtotelis philoſophi adſcripta. Caput. III.

COmœdos qſpiã & tragœdos:& tibicines diues adoleſcens Tauri phĩ diſcipulus liberos homines: in deliciis atq; in delectamẽtis habebat.Id genus autẽ artifices græce appellantur ὁι περι τον Διονυσον τεχνιται.i. Liberi pris artifices.Eũ adoleſcẽté Taurus a ſodalitatibus cõuictuq; hoium ſcænicoꝝ abducere uolés:miſit ei uerba hæc ex Ariſtotelis libro exſcripta:qui προβλημαται ἐγκυκλια.i.qõnes circulares íſcriptꝰ ẽ.Iuſſitq; utí ea quotidie lectitareꝫ. Διοτι ὁι Διονυσια κὸι τεχνιται ὡσ ἐοικε τοπολουπον ηροι εισιν ὁτι ἡ κισαλδοῦ καὶ φιλοσοφιασ κοινονουσι.Διατοπερι τασ ἀναγκαιασ τεχνιασ το πολυμερὸσ του νιοῦεἶναι καὶ ὁτε ἐνακρασιαισ τον πολυνχρονον εισιν.ὁυεδε ἐν ἀπορίαισ ἀμφὸτεραδε φαύλοτηθοσ παρασκευαστικα.i.Cur genus id hominũ quod dionyſiacos technitas.i. artifices bachanales appellamus:improbis eſſe moribus magna ex parte conſueuerunt? An quia minime ſeſe ſtudio ſapientiæ dedunt?eo ſcilicet q; in artibus neceſſariis magnam partem ætatis ſuæ conſumunt: uitam plurimũ traducunt ícontinẽter.partim etiam cũ inopia:quod qdem utrunq; uitia & gignit & auget.

Exempla epiſtolarum Alexandri regis: & Ariſtotelis philoſophi:ita uti ſunt edita : eaque in linguam latinam uerſa. Caput IIII.

COmmẽtationũ ſuarꝫ artiũq; quas diſcipulis tradebat Ariſtoteles phũs regis Alexandri magiſter duas ſpecies habuiſſe dr.Alia erant q̃ noíabat ἐξοτερικα.i.extraria uel extrinſeca.Alia q̃ appellabat ακροαματικα.i.auſcultatoria.ἐξοτερικα dicebant:quæ ad rhetoricas meditatiões: facultatẽ argutiaꝫ:ciuiliũq; reꝫ noticiã conducebãt.ακροαματικα aũt uocabant íquibus philoſophia remotior ſubtilior agitabat.quæq; ad naturæ contẽplatões:diſceptatiõſue dialecticas ꝓtinebát. Huic diſciplíæ quã dixi ἀκροαματικην.i.auſcultatoriã:tẽpus exercẽdæ dabat ílycio matutinũ.Nec adeam quéq; temere admittebat:niſi quoꝫ ante ígeniũ & eruditõís elemẽta:atq; í diſcendo ſtudiũ laborẽq; exploraſſet.Illas uero ἐξοτερικασ.i.extrarias auditões:exercitiũq; dicẽdi:eodẽ í loco ueſpi faciebat.Eaſq; uulgo iuuenibus ſine delectu dabat.Atq; eũ Δειλινὸν περι ματὸν.i.poſt meridiariã ambulationẽ appellabat.Illũ alteꝫ ſupra ἑωτινὸν.i.dilucularia.utroq; enim tpe ambulás diſſerebat περιπατὸν.i.deambulationẽ.Libroſq; ſuos eaꝫ oíum cõmentarios ſeorſum diuiſit:ut alii ἐξωτερικὸι.i.extrarii dicerent:partim ακροαματικὸι.i.auſcultatorii.Quos quum in uulgus ab eo editos rex Alexeander cognouiſſet.atq; ea tẽpeſtate armis exercituq; omnẽ ꝓpe aſiã teneret: regéq; ipſum Darium prœliis & uictoriis urgeret:í illis tamẽ tantis negociis lras ad Ariſtotelẽ miſit.Non eũ recte feciſſe:q; diſciplinas ακροαματικασ.i.auſcultatorias:quibus ab eo ipſe eruditus foret libris foras editis íuulgaſſet.Nã qua inqt alia re ꝑſtare cæteris poterimus:ſi ea q̃ ex te accepimus:omniũ ꝓrſus fient cõmunia? Quippe ego doctría anteire malim:q̃ copiis:atq; opulẽtiis.Reſcripſit ei Ariſtoteles ad hác ſníam ακροαματικὸυσ.i.auſcultatorios libros:quos editos quereris:& nõ pinde ut arcana abſcõditos:neq; editos ſcito eẽ neq; nõ editos.quoniã iis ſolis q nos audiũt:cognobiles erũt.Exẽpla utrarũq; litteraꝫ ſumpta ex Andronici philoſophi libro ſubdidi.Amaui ãt ꝓrſus í utriuſq; epiſtola bꝛeuitatis elegãtiſſimæ filũ tenuiſſimũ. αλεξανδροσ αριζοτελει ευ πραττειν.ὁυκ ὀρθωσ επὸιησασ εκδουσ τουσ ακροαματικουσ των λογον. τινί γαριτι διὸισομεν ημειζων αλλων.ει καθὸυσ επταιδευθημεν λογὸυσ:ουτοί πασιν ἐσονται κοινοι ἐγὼ δε βὸυλοι μην ανταισ περι τα αριζαεμ πεἳριαισ. ἡ ταισ δυναμεσι διαφερειν:ἐρρωζο αριστοτελὴσ βασιλει αλεξανδρο ευ πραττειν.ἐγραψασ μὸι περι τῶν ακροαματικων λογον οι ὁμενὸσ δειν αυτουσ φυλαττειν ἐναπορρηθὸισ.ιοθι ουν αυτουσ και δεδομενὸυσ. και μη εκδεδομενὸυσ. ξυνετοί γαρ εἰσι. μονὸισ τοῖσ ημῶν ακὸυσασιν ἐρρωσο.i.Alexãder Ariſtoteli ſalutẽ.Haud recte feciſti:q; auſcultatorios libros ediderís.In qua enim re a cæteris nos itẽ præſtabimus:ſi diſciplinæ í quibus eruditi ſumus:omniũ oíno ſint cõmunes? Eqdẽ malim í reꝫ uſu optimaꝫ:q̃ in facultatibus anteire.Vale. Ariſtoteles regi Alexandro ſalutẽ. Scripſiſti ad me de libris auſcultatoriis iter arcana illos condi putans oportere.Sed tu eos & eſſe editos & minime editos ſcito.cognobiles enim iis tantum erunt:q nos audierint.Vale. Hoc ego uerbum ξυνἔ τοι γαρ εἰσι quærens uno itidem uerbo dicere:aliud non repperi q̃ quod ſcriptum eſt a.M.Catone in.vi.origine.Itaque ego inquit cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.

Quæſitum tractatũ utrũ ſit rectius dicere:habeo curam ueſtri:an ueſtrum. Caput V.

DErcontabar Apollinarẽ Sulpitiũ:quũ eũ Romæ adoleſcẽtulus ſectarer:qua ratiõe diceret:habeo curã ueſtri:aut miſereor ueſtri.Et iſte caſus ueſtri in eo loco qué uideret habere caſum rectũ.Iſtic mihi ita reſpondit.Quæris inquit ex me quod mihi quoq; eſt iãdiu in perpetua quæſtione.Videtur enim nõ ueſtri oportere dici:ſed ueſtꝫ ſicut græci loquunt ἐπιμολουμαι υμων. και κηδομαι υμων.i.habeo curam ueſtrũ:& cõſulo rebus ueſtris.Quo in loco υμων aptius ueſtrum dicitur q̃ ueſtri:& habet caſum nominandi qué tu rectũ appellaſti.Inuenio tamẽ íquit non paucis in locis noſtri

atq; uestri dictū:non nostrū aut uestrum.L.Sylla rex gestarum libro secūdo.Quo si fieri potest: ut etiā nunc nostri uobis ī mentē ueniat.Nos magis dignos creditis:qbus ciuibus q̄ hostibus utamini:quiq; ꝓ uobis po/tius:q̄ cōtra uos pugnemus:neq; nostra neq; maiorꝫ nostrorꝫ merito nobis id cōtinget. Terē.ī Phormiōe:Ita pleriq; ingenio sumus oēs:nīi nosmet pœnitet.Afranius ī togata.Nescio q nīi miseritus tandē deus. Et Labe/rius ī necromātia:Dū diutius detinet nīi oblitus ē:dubiū porro inqt nō est:quin eodē hæc omnia casu dicun tur nostri oblitus est:nostri miseritus est:quo dicit mei oblitus ē:mei miseritus est.Mei autem casus interro gādi est:quē genitiuū grāmatici uocāt.& ab eo declinat.quod est ego.huius deīde pluratiuū ē nos. Tui æque declinat ab eo qđ est tū.huius itidē pluratiuū est uos.Sic nāq; Plautus declinauit ī pseudulo ī hisce uersibus.

Si ex te tacente fieri possem certior here: Duorum labori ego hominum parcissem lubens:
Quæ miseriæ te tam misere macerent. Mei te rogandi:& tui respondēdi mihi. Mei enim Plau

tus hoc in loco nō ab eo dixit quod ē meus:sed ab eo quod est ego.Itaq; si dicere uelis patrē mei ꝓ patrē me/um:quo græci modo τοῦ πατρῳοῦ dicūt iusitate quidē:sed recte,pfecto.eaq; rōne dices: qua Plautus di/xit labori mei:ꝓ labori meo.Hæc aūt ipsa rō est ī numero pluratiuo:qua Gracchus miserere uestrū dixit. & qua.M.Cicero cōtētio uestrū:& cōtentio nostrꝫ dixit.Quaq; ité rōne Quadrigarius in annali.xix.uerba hæc posuit.C.Mari.ecquādo te nostrū:& reipublicæ miserebit?Cur igit Teren.pœnitet nīi:& nō nostrū.& Afra nius nostri miseritus:nō nostrū?Nihil hercle inqt mihi de ista fe ī mentē uenit: nisi auctoritas quædā uetu/statis nō nimis anxie:neq; supstitiose loquēs.Nā sicuti multifariā scriptū ē uestrꝫ pro uestrū:ut ī Plauti mu stellaria ī hoc uersu:Vexꝫ illic esse maxīa pars uestrꝫ ītelligit:quū uellet maxima pars dicere uestrū. Ita nō/nunq; uestri quoq; dictum est uestrū.Sed ꝑculdubio qui rectissime loqui uolet:uestrum potius dixerit q̄ ue stri.Et iccirco iportunissime iquit fecerūt:qui ī plerisq; Salustii exēplaribus scripturā istam sinceriss̄imā cor/ruperūt.Nam quū ita ī Catilina scriptū esset:Sæpe maiores uestrū miserti plebis romanæ:uestrum aboleue runt:& uestri supscripserunt,ex quo in pluris libros mendæ istius indoles inoleuit.Hæc memini mihi Apol linarem dicere:eaq; tunc ipsa ita ut dicta fuerant:notaui.

Caput VI.

Quam diuersæ grecorꝫ sentētiæ super numero Niobæ filiorꝫ.

Mira & ꝓpe adeo ridicula diuersitas fabulæ apud græcos poetas deprehēdit:super numero Niobæ filiorꝫ.Nam Homerus pueros puellasq; eius senos dicit fuisse.Euripides bis septenos. Sapho bis nouenos.Bacchillides & Pīdarus bis denos.Quidā alii scriptores tres fuisse solos dixerūt.

Caput VII.

De iis q̄ hre συμπαθείαν.i.consensum uidēt cū luna augescēte ac senescēte.

Nianus poeta fundo suo quem in agro Falisco possidebat:agitare erat solitus uidemiā hilare atq; amœniter.Ad eos dies me:& quosdā itē alios familiares uocauit.Ibi tū cœnātibus nobis magnus ostreaꝫ nūerus Roma missus ē.Quæ quū appositæ fuissent:& multæ qdē:sed inuberes macræq; eēnt:Luna inqt Anianus nūc uidelicet senescit:ea re ostrea quoq; sicuti alia q̄dā tenuis exuctaq; ē.

Quū quæreremus q̄ alia senescēte luna tabescerēt:Nōne Luciliū inqt nīm meminīstis dicere:Lu na alit ostrea:iplet & echinos:muribus fibras:& pecu addit.Eadē ār ipa q̄ crescēte luna gliscūt: deficiēte cōtra luna deficiūt.Aeliuoꝫ quoq; oculi ad easdē uices lūæ:aut ampliores fiūt:aut minores.Id ēt inqt multo mirā dū ē magis qđ apud Plutarchū ī.iiii.ī Hesiodū cōmētario legi.Cepe.n.reuiresci & cōgerminat decedēte lūa: cōtra autem iaresci adolescēte.Eā cām eē dicūt sacerdotes ægyptii cur pelusiotæ cepe non edāt: quia solum olerum omniū contra lunæ aucta:atq; damna uices minuendi & augendi habeat contrarias.

Qualibus uerbis delectari solitus sit Antonius Iulianus:positis in mimiambis: scripsit de innocentia sua: quū ita dictitat:nunq; uestīmenta a populo posci.

Caput VIII.

Delectari mulcericq; aures suas dicebat Antonius Iulianus figmētis uerborꝫ nouis Cn. Martii hois eruditi:q̄lia hæc quoq; eēnt:q̄ scripta ab eo in mimiambis memorabat. Sinuq; amicam recipere frigidā caldo.Columbatim labra cōserens labris.Item id quoq; iocunde lepideq; fictū dictitabat.

Iam tonsiles tapetes ebrii fuco: Quos concha purpura imbuens uenenauit.

Caput IX.

Quid uocabulum iure manu consertum significet.

X iure manu cōsertū:uerba sunt ex antiqs actionibus:q̄ cū lege agit:& uidictæ cōtent: dici nunc quoq; apud prætorē solēt. Rogaui ego Romæ grāmaticū celebri hoiem fama & multo noie:qđ hæc uerba eēt.Tū ille me despicies:aut erras inqt adolescēs:aut ludis.Rē enī doceo grāmaticā: nō ius respōdeō.Siqd igit ex Virgilio Plauto Ennio q̄rere hēs:q̄ras licet.Ex Ennio ego iq̄ ē magī qđ quæro.Ennius enim uerbis hisce usus est. Cumq; ille demiratus aliena hæc esse a poetis:& haud usq̄ inueniri in carminibus Ennii diceret:tum ego hos uersus ex octauo annali absentis dixi.Nam forte eos tanquam insigniter præter alios factos memineram.

Pellitur e medio sapientia.ui geritur res. Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Spernitur orator bonus.horridis miles amatur. Non ex iure manu consertum:sed magis errore
Haud doctis doctis certantes.nec maledictis Res repetunt.regnumq; petunt.uadunt solida ui.

Quū hos uersus ennianos dixissem.Credo īquit grāmaticus iā tibi. Sed tu uelim credas mihi. Q. Enniū di/dicisse hoc nō ex poeticæ lr̄is:sed ex iuris aliquo ꝓpito.Eas igit tu quoq; inquit & discas unde Ennius didicit. Vsus cōsilio sum magr̄i:qđ docere me debuerat:a quo discerē ꝑmōstrātis.Itaq; id quoq; ex iureconsultis: ex libris quoq; eorꝫ didici ī serēdū his cōmētariis existiaui.Quoniā ī medio rexꝫ & hoium uitā q colūt:igno/rare nō oportet uerba actionū ciuiliū celebriora manū cōserere.Nā de q̄ re disceptabat ī iure p̄senti:siue ager siue qd aliud ē cum aduersario simul manu p̄hēdere.In ea re oībus uerbis uīdicare.i.uindicia correptio ma/nus ī re atq; in loco præsenti apud prætorem ex duodecim tabulis fiebat.In quibus ita scriptum est.Si cui in

iure manū conſerūt:Sed poſtq̄ prætores ꝓpagatis italiæ finibus:datis iuriſditionibus:negociis occupati: pa/ciſci uindicias dicēdas causa lōginquas res grauabant:inſtituū eſt cōtra.xii.tabulas tacito ſenſu: ut litigātes non ex iure apud prætorē manum cōſererēt:ſed ex iure manu cōſertū uocarēt.Ideſt alter alterum ex iure ad conſerendam manū in rē de qua ageret uocaret.Atq̄ ꝓfecto ſimul in agrū de quo litigabatur:terræ aliquid ex eo uti unā glebā in ius in urbem ad prætorem deferrent.& in ea gleba tanq̄ in toto agro uindicarent. Iccir co Ennius ſignificare uolens bellū:non ad prætorem ſolitum eſt legitimis actionibus:neq̄ ex iure manu cō/ſertum.ſed bello ferroq̄:& uera ui atq̄ ſolida:quod uidetur dixiſſe cōferens uim illam ciuilem & feſtuca/riam:quæ uerbo diceretur non quæ manu fieret cum ui bellica & cruenta.

Quid ſit ſculnæ uerbum poſitum apud.M.Varronem. Caput X.

LAuinii liber eſt non incurioſe factus.Is ſcriptus eſt de uerbis ſordidis.In eo ſcripſit ſculnā uulgo dici quaſi ſequulnā:quē q elegātius īquit loquunt:ſequeſtrē appellāt. Vtrūq̄ uocabulū a ſequēdo factū eſt:q̄ eius q electus ſit:utraq̄ pars fidē ſequat.Sculnā aūt ſcriptum eſſe in hiſtorico.M. Var/ronis qui ſcribitur Catus.Idem Lauinius in eodem libro admonet. Sed quod apud ſequeſtrem depoſitum erat:ſequeſtro poſitum per aduerbium dicebatur. Cato in Ptolemæo cōtra Thermū. Per deum immortalem nolite uos ſequeſtro ponere.

Auctoritas tanq̄ præfationis admonitio in operis totius ſumma:de noctium ordine. Caput XI.

AT qui iocūdiora alia repiri queūt.Ipſe aūt ad hoc ſcripſi:ut liberis quoq̄ meis paratæ iſtiuſmōi re/miſſiones eēnt:quādo aius eoꝝ iterſtitōe aliqua negocioꝝ data laxari īdulgeriq̄ potuiſſet.Vſi aūt ſumus ordine reꝝ fortuito:quē antea in excerpēdo feceramus.Nam ꝓinde ut librū quenq̄ in ma nus cœperā:ſeu græcū:ſeu latinū:uel qd memoratu dignū audierā:itaq̄ libitū erat: cuius generis cūq̄ erāt īdiſtincte atq̄ ꝓmiſcue annotabā.eaq̄ mihi ad ſubſidiū memoriæ quaſi quoddā littera/rū pœnus recōdebam.Vt quādo uſus ueniſſet:aut rei:aut uerbi:cuius me forte repens obliuio tenuiſſet. & li bri ex q̄bus ea ſumpſerā: nō adeſſent:facile īde nobis īuētu: atq̄ deprōptu foret.Facta igr̄ ē ī his quoq̄ cōmē tariis eadē reꝝ diſparilitas:q̄ fuit in illis annotatōibus priſtinis:q̄s breuiter & īdigeſte & īcōdite ānotatōibus tractatiōbus lectōibusq̄ uariis feceramus.Sed quoniā lōginq̄ ꝓ hyemē noctibus ī agro (ſicuti dixi) terræ āt/ticæ cōmēratōes haſce ludere: ac facere exorſi ſumus:iccirco ea īſcripſimus noctiū eē atticaꝝ.nihil imitati ſe ſtiuitates īſcriptionū:q̄s pleriq̄ alii utriuſq̄ līguæ ſcriptores:ī id genus libris fecerūt.Nā q̄a uiā & miſcellā. & q̄ſi cōfuſaneā doctrinā conq̄ſiuerāt:eo titulos quoq̄ ad eā ſniam exq̄ſitiſſimos indiderūt.Nāq̄ alii muſaꝝ in/ſcripſerūt:alii ſiluaꝝ.Ille κηριὸν.i.fauū.Alius κερασ αμαλθειασ.i.copiæ cornu.Quidā lectōis ſuæ.Alius anti quaꝝ lectionū.Atq̄ alius ϖινακιδιον.i.catinulū.& ité alius εγχειριδιον.i.pugioné aut tabellā. Sūt etiā qui pādectas.i.oium receptacula īſcripſerūt.Sūt aūt q̄ διατριβασ.i.exercitatōes & ſtudia.Sūt adeo q̄ de diſcipli/na & de regia phīa:& de natura humana.& epiſtolicaꝝ quæſtionū.Eſt q̄ memoriales titulos fecerit. Eſt qui ſtudioſoꝝ:& de rediculīs.& Eſt q̄ hiſtoriæ naturalis.Eſt Eſt præterea q̄ pratū.Eſt iti/dē qui Eſt q̄ ſcripſit Sunt ité multi q̄ cōiectanea.Neq̄ ité deſunt:q̄ īdices libris ſuis ſe/cerūt:aut epiſtolaꝝ moraliū:aut epiſtolicaꝝ q̄ſtionū:aut cōfuſaꝝ.Et quædā alia inſcripta nimis lepida:mul/taſq̄ ꝓrſus concinnitates redolētia.Nos uero ut cœptus noſter ē īcurioſe:& īmediate:at ꝓpe ēt ſubruſtice: ex ipſo loco ac tpe hybernaꝝ uigiliaꝝ:atticas noctis īſcripſimus:tātū cæteris oībus:ī ipſius quoq̄ ſcriptōis lau/de cedētes q̄tū ceſſimus in cura & elegātia ſcriptōis.Sed ne conſiliū qdē in excerpēdis:notādiſq̄ rebus idē mi/hi:qd pleriſq̄ illis fuit.Nāq̄ illi oēs:& eoꝝ maxime græci multa & uaria lectitātes:in q̄ res cunq̄ īciderant:al ba aut dē linea ſine cura diſcriminis:ſolā copiā ſectati cōuertebāt: q̄bus ī legēdis āte aius ſenio:aut tedio lāgue bit:q̄ unum alterūue repperit:qd ſi aut uoluptati legere:aut cultui legiſſe:aut uſui meminiſſe.Ego uero quū illud Heracliti epheſii uiri ſumme nobilis uerbū cordi haberē:qd ꝓfecto ita eſt.

Ipſe qdē uoluēdis trāſeūdiſq̄ multis admodū uoluminibus per oīa ſemp negocioꝝ īterualla: ī q̄bus furari ociū potui exercitus defeſſuſq̄ ſum. Sed modica ex iis eaq̄ ſola accepi:q̄ aut ingenia ꝓmpta expeditaq̄ ad honeſtæ eruditōis cupidinē:utiliūq̄ artiū cōtēplationē celeri faciliq̄ compēdio ducerēt:aut homines aliis iam uitæ negociis occupatos:a turpi certe agreſtiq̄ reꝝ atq̄ uerboꝝ īmānitia uīdicarēt. Quæ erūt aūt in his cōmētariis pauca q̄dā ſcrupuloſa:& anxia:uel ex grāmatica:uel ex dialectica:uel ēt ex geometria: quæq̄ erūt ité paucula remotiora ſup augurio:& iure pōtificio:nō oportet ea defugere:quaſi aut cognitu non utilia: aut ꝓceptu difficilia.Nō.n.fecimus altos nimis:& obſcuros ī his rebus quæſtionū ſinus: ſed primitias quaſdā: & q̄ſi libamēta īgenuaꝝ artiū dedimus:q̄ uiꝝ ciuiliter eruditū neq̄ audiſſe unq̄:neq̄ attigiſſe:ſi nō utile: haud quidē certe īdecoꝝ.ab his igit̄:ſicui forte nōnunq̄ tēpus uoluptaſq̄ erit lucubratiūculas iſtas cognoſcere: pe/titū impetratūq̄ uolumus:ut ī legēdo q̄ pridē ſcierīt:nō aſpernent quaſi nota īuulgataq̄. Nam & quid tam remotū in litteris eſt:quin id tamē compluſculi ſciāt? Et ſatis hoc blandū eſt:nō eſſe hæc neq̄ ī ſcholis decan tata:neq̄ in cōmentariis protrita.Quæ porro noua ſibi ignotaq̄ offenderīt:æquū eſſe puto:ut ſine uano ob/trectatu cōſiderēt:ac minutæ iſtæ admonitōes pauxillulæ nequaquā tamē ſint:uel ad alēdū ſtudiū honeſtæ: uel ad oblectandū frigidæ foueēdūq̄ aīum.Sed eius ſeminis generiſq̄ ſint:ex quo facile adoleſcant aut īgenia hoīum uegetiora:aut memoria adminiculatior:aut oīo ſolertior:aut ſermo īcorruptior:aut delectatior mo tio:aut ī ludo liberalior.Quæ āt paꝝ plana uidebūt aut minus plena iſtructaq̄:petimus inq̄ ut ea nō docēdi magis q̄ admonēdi grā ſcripta exiſtimēt.& q̄ſi demōſtratōe ueſtigioꝝ cōtēti ꝓſequāt ea poſt:ſi libebit: uel li bris reptis:uel magīs.Quæ uero putauerīt reprehendēda iis ſi audebūt:ſuccēſeant:unde ea nos accepimus. Sed.n.q̄ aliter apud aliū ſcripta legerīt:ne iā ſtatim tpe obſtrepāt:ſed tractōes reꝝ:& auctoritates hoīum pen ſitēt:quos illi:quoſq̄ nos ſecuti ſumus.Erit āt id lōge optimū:ut qui ī lectitādo:ſcribēdo:cōmentādo: nūnq̄

tioluptates:nunq̃ labores cœperũt:nullas hoc genus uigilias uigilarũt:neq; ullis inter eiusdẽ musæ æmulos certatõibus:disceptationibusq; elimati sunt:sed intẽperiaꝝ negociorũq; pleni sunt:abeãt ꝓcontãdo : scribendo a noctibus his ꝓcul.atq; alia sibi oblectamẽta quærãt.Vetus adagium est:Nihil cũ fidibus graculo : nihil cũ amaricino sui.Atqui etiam quo sit quorũdam maledoctorum hominũ sæuitas: & inuidentia irritatior : mutuabor ex Aristophanis coronopesta pauca.Et quã ille homo festiuissimus fabulæ suæ spectãdæ legẽ dedit:eandẽ ego cõmẽtariis his legẽdis dabo:ut ea ne attingat:neue adeat ꝓfestũ & ꝓfanũ uulgus a ludo musico diuersum. Versus legis datæ hi sunt. Volumina cõmentariorꝫ ad hũc diẽ.xix.iam facta sunt. Quantum autẽ uitæ mihi deinceps deũ uoluntate erit:quãtũq; a cura publica:& a re familiari : ꝓcurandoq; cultu liberorꝫ meorꝫ dabit ocium:ea oĩa succinsiua: & subsecũdaria tempora ad colligendas huiuscemodi memoriarũ disceptatiũculas conferã.Progredieť igiť numerus librorꝫ diis bene iuuãtibus cũ ipsius uitæ quantuliquiq; fuerint ꝓgressibus.Neq; lõgiora mihi dari spatia uiuẽdi uolo:q̃ dũ ero ad hãc quoq; facultatẽ scribendi cõmentandiq; idoneus.Capita rerum quæ cuiq; cõmentario insunt exposuimus hic uniuersa:ut iam statim declaretur:quid quo in libro quæri inueniriq; possit.

Auli Gelii noctium atticarum commentarii. Capitula primi Libri.

Vali ꝓportiõe:q̃busq; collectõibus Plutarchus rõcinatũ esse Pythagorã philosophũ dixerit:de comprehendenda corporis ꝓceritate q̃ fuit Hercules quũ uitã inter hoĩes uiueret.Caput.I.Plutarchus. Folio. II.

Ab Herode Attico cõsulari uiro tẽpestiue deprõpta ĩ quẽdã iactatũ & glorioſum adolescẽtẽ specie tantũ phiæ sectatorẽ uerba Epicteti stoici:qbus festiuiter a uero stoico seiunxit uulgus loq̃ciũ nebulonũ: q se stoicos nuncuparent.caput.ii. Herodes. ii.

Qd̃ Chilo lacedæmõius cõsiliũ anceps ꝓ salute amici cœpit.Quodq; ẽ circũspecte & anxie consideranduũ:an ꝓ utilitatibus amicorꝫ delinquẽdũ aliquãdo sit:notataque inibi:& relata:q̃ Theophrastus:&.M. Cicero super ea re scripserunt.caput.iii.Chilo. ii.

Quam tenuiter curioseq; exploraueri Antonius Iulianus in oratione.M. Tullii uerbi ab eo mutati argutiam.caput.iiii.Antonius. iii.

Qd̃ Demosthenes rhetor cultu corpis : atq; uestitu ꝓbris obnoxio:ĩfamiq; mũditia fuit.Quodq; item hortẽsius orator ob eiusmodi mũdicias: gestũq; in agẽdo histrionicũ Dionysiæ saltatriculæ cognomẽto compellatus est.caput.v. Demosthenem. iii.

Verba ex or̃one Metelli Numidici : qũã dixit ad populũ ĩ cẽsura:quũ eũ ad uxores ducẽdas adhortaretur.eaq; or̃o quã ob causam reprehensa:& quo contra mõ defensa sit.caput.vi.Multis & eruditis. iii.

In hisce uerbis Cicerõis ex or̃one qnta ĩ Verrẽ hanc sibi rẽ sperãt p̃sidio futurꝫ:neq; mẽdã eẽ:nec uitiũ.Erraneq; istos q bonos uiolãt libros: & futura scribũt. atq; ĩ bi de quodã alio Ciceronis uerbo dictũ:qđ ꝓbe scriptum perperã mutat.& asperſa pauca de modulis numerisq; orationis quos Cicero auide sectatus est.Caput.vii.In oratione. iii.

Historia ĩ libris Phocionis phĩ repta sup Laide meretrice:& Demosthene rhetore.cap.viii.Phociõ. iiii.

Qui modus fuerit: quis ordo disciplinæ pythagoricæ:quantũq; temporis imperatum obseruatumq; sit dicendi simul ac tacendi.caput ix.Ordo. iiii.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescentem uetuste nimis: & prisce loquentem.caput.x.Phauorinus. iiii.

Quod Thucydides historiæ scriptor iclytus lacedæmonios in acie nõ tuba: sed tibiis eẽ usos dicit. uerbaq; eius super ea re posita:quodq; Herodotus Halyatẽ regem fidicinas in procinctu habuiisse tradit. Atq; inibi quædam notata de Gracchi fistula:cõcionatoria.caput.xi.Auctor. iiii.

Virgo Vestæ quid ætatis : & ex quali familia: & quo ritu:quibusq; cerimoniis:ac religionibus: ac cognomine a pontifice Maximo capiatur. Et quo statim iure esse incipiat simul atq; capta est. q̃q; ut Labeo dicit nec intestato cuiquã:nec eius itestatæ quisq̃ iure hæres est.caput.xii.Qui de uirgine iiii.

Quæsitum in philosophia est quidnam foret in recepto mandato rectius.Id ne omnino facere qđ mãdatum est:an nõnunq̃ etiã cõtra si id speres ei: q mãdauit utilius fore. Supq; ea q̃stione expositæ diuersæ sententiæ.caput.xiii.In officiis v.

Quid dixerit feceritq;.C. Fabricius magna uir gloria:magnisq; rebus gestis:sed familiæ pecũiæq; inops:quum ei samnites tanq̃ idigenti graue aurũ donarent:plenũq; odii.caput.xiiii.Iulius v.

Qđ ĩportunũ uitiũ sit futilis inanisq; loquacitas : & q̃multis in locis a pricipibus utriusq; linguæ uiris detestatione iusta culpata sit.caput.xv.Qui sunt v.

Quod uerba isthæc quadrigarii ex annali.iii.ibi mille hominũ occiditur non licentia neq; poetarum figura:sed ratione certa & ꝓba grãmaticæ disciplinæ dicta sunt.caput xvi.Quadrigarius v.

Quãta cũ aĩ egtate tolerauerit Socrates uxoris ingeniũ ĩtractabile.Atq; inibi qd.M. Varro ĩ q̃dã satyra de officio mariti scripserit.caput.xvii. Xãtippe vi.

Quod.M.Varro in libro primo de ratione uocabuloꝝ.L. Lælium magistrũ suũ περὶ ετυμολογίας nõnulloꝝ uerboꝝ falsa dixisse reprehendit.Quodq; idem Varro ĩ eodẽ libro furis ετυμολογίαν falsam dicit.caput.xviii.In primo vi.

Historia super libris sibyllinis. ac de Tarq̃nio superbo rege.caput.xix.In antiquis vi.

Quid geometræ dicant græci: qbusq; oĩa ista latinis uocabulis appellentur.caput.xx.Figurarum vi.

Qđ Iulius Higinus affirmatissime cõtẽdit legisse se primũ libꝝ.P.Virg. domesticũ:ĩ quo scriptũ eẽt.& ora tristia tẽtãtũ sẽsu torq̃bit amaror . nõ ꝓ uulgus legeret sẽsu torq̃bit amaro.ca.xxi. Versus istos vi.

An qui causas defendit:recte latineq; dicat : supereſſe id quod defendit.Et supesse proprie quid sit.caput. xxii.Irroborauit vi.

Quis fuerit Papyrius ꝓtextatus:q̃ue istius cã cognométi sit.Historiaq; ista oĩs sup eodẽ Papyrio cognitu iocũda.caput.xxiii.Historia. vii.

Tria epigrãmata trium ueterꝫ poetarum:Neuii:Plauti:Pacuuii:quæ facta ab ipsis eorum sepulchris inci-

sa sunt.caput.xxiii.Trium. vii.
Quibus uerbis.M.Varro inducias definierit: quæsi/tumq; inibi curiosius quænam ratio sit uocabuli i/nduciarum.caput.xxv.Duobus modis. vii.
Qué i modũ mihi Taurus phús respõderit pcõtanti: an sapiẽs iracsceret.caput.xxvi.Interrogaui. vii.

Capitula secundi Libri.

QVo genere solitus sit philosophus Socra/tes exercere patientiã corporis:deq; eiusdẽ uiri patientia.caput.i.Inter Folio. vii.
Quæ rõ obseruatioq; officioꝝ eé debeat i ter patres filiosq; in discumbendoq;:sedẽ/doq; : atq; id genus rebus domi foriscq.caput.ii.Ad philosophum vii.
Qua ratione uerbis quibusdam uocabuliscq; ueteres immiserũt.h.litteræ spiritũ.caput.iii.H.Iram. vii.
Quã ob cãm.C.Bassus genus quoddã iudicii diuina tionem appellari scripsit:& quã alii cãm eé eius uo/cabuli dixerunt.caput.iiii.Quum de viii.
Quam Lepide designateq; dixerit Phauorinus phi/losophus:quid interfit inter Platonis & Lysiæ ora/tionem.caput.v.Phauorinus viii.
Quibus uerbis ignauiter & abiecte Virgilius usus eé dicatur:& quid iis qui improbe dicunt: respondea/tur.caput.vi.Nonnulli viii.
De officio erga parentes liberorum:deq; ea re ex phi/losophiæ libris.in quibus scriptum:quæsitumq; é. an semper in omnibus patris iussis obsequendum sit.caput.vii.Quæri viii.
Qd'paꝝ æq; reph̃sio Epicuri a Plutarcho pacta sit i syllogismi disciplina.caput.viii.Plutarchũ viii.
Qd'idé plutarchus euidẽti calũnia uerbũ ab epicuro dictum isectatus sit.caput.ix.In eodem libro. ix.
Quid sint fauisse capitolinæ.& quid super eo uerbo. M.Varro Seruio Sulpitio q̃rẽti rescripserit.caput.x. Seruius Sulpitius. ix.
De Sicinio dentato egregio bellatore memoratu di/gna.caput.xi.Sicinium. ix.
Cõsiderata ppésaq; lex q̃dã Solõis spẽm habẽs priorẽ iniquæ:iniustæq; legis sed ad usũ & emolumẽtũ sa/lubritatis penitus repertã.caput.xii.In legibus. ix.
Liberos i multitudinis numero etiã unũ filiũ filiãue ueteres dixisse.caput.xiii.Antiqui. ix.
Qd'.M.Cato i libro q iscriptus é cõtra Tiberiũ exulé stitisses uadimoniũ p i lrã dicit:nõ stetisses. Eius/q; uerbi rõ reddita.caput.xiiii.In libro uetere. ix.
Qd' antiqtus ætati senectæ potissimũ habiti sint am plꝰ honores.& cur postea ad maritos & patres iidẽ isti honores delati sint:atq; ibi quædam de capite le gis Iuliæ septimo.caput.xv.Apud. ix.
Quod Cesellius uindex a Sulpitio Apollinari repre/hensus est:in sensus Virgiliani enarratõe. caput.xvi. Virgilii uersus. ix.
Cuiusmodi naturam esse quarundam præpositionũ .M.Cicero aiaduerterit. disceptatũq; ibi sup eoipso qd' Cicero obseruauerat.caput.xvii.Obseuate. ix.
Qd'Phedon socraticus seruus fuit. q;q; ité alii cõplu/sculi seruituté seruirẽt.ca.xviii.Phedon elidẽsis. ix.
Rescire uerbum qd sit: & quã habeat ueram & pro/priam significationem.caput.xix.Verbum. x.
Quæ uulgo dicant uiuaria:id uocabulum ueteres di xisse.& quid pro eo.P. Scipio in oratione ad popu/lum.quid postea.M.Varro in libris de re rustica di/xerit usurpatum.caput.xx. Viuaria. x.
Super eo sydere quod græci ἀνίσξαν: nos septentrio nes uocamus.ac de utriusq; uocabuli ratione & ori gine.caput.xxi.Ab ægina. x.
De uento iapige deq; aliorum uentorum uocabulis regionibusq̃ accepta a phauorini sermonibus. caput.xxiiii.Apud mensam. x.
Consultatio diiudicatioque locorum facta ex comœ dia Menandri & Cecilii:quæ plocium inscripta est. caput.xxiii.Comœdias. x.
De uetere parsimonia:deq; antiqs legibus sumptua/riis.caput.xxiiii.Parsimonia. xi.
Quid græci σκαλῶγιαν uocant : quid contra σκω/μμαλιαν.caput.xxv.In latino. xi.
Sermones.M.Frontonis & Phauorini philosophi de generibus colorum : uocabuliscq; eorum græcis & latinis.atque inibi color spadix & cuiusmodi sit. ca/put.xxvi.Phauorinus. xi.
Quid.T.Castritius existimauerit super Salustii uer/bis & Demosthenis:quibus alter philippum descri psit:alter sertorium.caput.xxvii.Verba hæc. xii.
Nõ eé cõpertũ cui deo rẽ diuinã fieri oporteat quum terra mouetur uiribus.caput.xxviii.Quænã. xii.
Apologus æsopi phrygis memoratu non inutilis. ca put.xxix.Aesopus. xii.
Quid obseruatum sit in undarum motibus: quæ in mari alio:atq; alio modo fiunt:austris flantibus:aq lonibusq;.caput.xxx.Hoc sæpe. xii.

Capitula tertii Libri.

QVæsitũ:ac tractatum quã ob causam Salu stius auaritiam dixerit non aium mõ uiri lé:sed corpus quoq; ipsum effœminare. Caput.i.Hyeme. Folio xiii.
Quẽnã eé natalé dié.M.Var. dicat eoꝝ q ante noctis horã sextã: postue eã nati sunt : atq; inibi de tpibus terminisq; dieꝝ:q ciuiles noiant: & usq;q̃q; gentiũ uarie obseruãt.& pterea qd.Q.Mutius scripserit su per ea muliere: quã maritus nõ iure usurpauisset: q; rõné ciuilis sáni nõ hũerit.ca.ii.Quæri solitũ.xiii.
De noscẽdis explorádisq; plauti comœdiis:quoniã p miscue ueræ atq; falsæ noie eius iscriptæ ferũt. At/q; inibi q; plautus i pistrino:& neuius i carcere fabu las scriptitarunt.caput.iii.Verum esse. xiii.
Quod.P.Africano & aliis tunc uiris nobilibus ante ætatem senectam barbã & genas radere patrii mo/ris fuit.caput.iiii.In libris. xiii.
Delitiaꝝ uitiũ & mollicies oculoꝝ & corporis ab ar chesilao philosopho cuidam obprobrata acerbe si/mul & festiuiter.caput.v.Plutarchus refert. xiii.
De ui atq; natura palmæ arboris. qd lignũ ex ea pon deribus impositis renitat.caput.vi.Perhercle. xiii.
Historia ex annalibus sumpta de. Q.ceditio trib.mi litum:uerbaq; ex originibus.M. Catonis apposita: qbus Ceditii uirtutem cum Spartano leonida æq/parat. caput.vii.Pulchrum. xiii.
Litteræ eximiæ consulum.C. Fabritii & Aemilii ad regem Pyrrhum a.Q. claudio scriptore historiarũ in memoriam datæ.caput.viii.Quũ pyrrhus.xiiii.
Quis & cuiusmõi fuerit q i puerbio ferẽ equus seia/nus.& qualis color equoꝝ sit q spadices uocantur. deq; istius uocabuli rõne.caput.ix.Bassus. xiiii.

Qđ ẽ q̃dã septenarii nũeri uis:& facultas ĩ multis naturæ rebus aĩaduersa.de q̃.M. Varro ĩ hebdomadibus disserit copiose.cap.x.Varro ĩ primo. xiiii.
Quibus & q̃ friuolis argumentis Actius in Didascalicis utatur: qbus docere nititur Hesiodũ esse q̃ Homerum natu anticorem.caput.xi.Sup ætate. xiiii.
Largum atq; auidum bibendi a.P.Nigidio doctissimo uiro nouo & propemodum absurdo uocabulo bibosum dictum.caput.xii.Bibẽdi auidũ. xv.
Quod Demosthenes ẽt tũ adolescens : quũ Platonis philosophi discipulus foret.audito forte Calistrato rhetore ĩ concione populi destitit a platone:& secta tus est calistratum.caput.xiii.Hermippus. xv.
Dimidium librũ legi : aut dimidiam fabulã audiui: aliaq; huiuscemodi q dicat uitiose dicere . eiusq; uitii causas reddere.M.Varronẽ.Nec quẽq; ueterũ hisce uerbis ita usum esse. caput.xiiii.Dimidiũ. xv.
Extrare ĩ litteris:perq; hominum mẽmorias tradit: q; repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatũ itercluſa aĩa:& uim magni nouiq; motus nõ iustinente.caput.xv.Cognito. xv.
Tpis uarietas ĩ puerperiis mulieꝝ quænã sit a medicis & phis tradita:atq; inibi poetaꝝ quoq; ueteꝝ.super eadem re opiones.Multaq; alia auditu atq; memoratu digna.uerbaq; ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta:q; iscriptus est ϖερι Τοφησ.i. de alimento.Id quoq; esse a grauissimis uiris memoriæ mandatum.caput.xvi.Et medici. xv.
Quod tres libros Plato philolai pythagorici: & Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sũt pciis fidẽ nõ capiẽtibus.caput.xvii.Memoriæ. xvi.
Quid sint pedarii senatores:& quã ob cãm ita appellati.quãq; habeãt originẽ uerba hæc ex edicto translatitio consulum.Senatores quibusq; ĩ senatu sententiam dicere licet.caput.xviii.Non pauci. xvi.
Qua rõne.C.Bassus scripserit parcũ hoiem appellatũ.& quã eius uocabuli cãm putarit.& cõtra quẽ in modum:quibusq; uerbis phauorinus hãc traditionem eius eluserit.caput.xix.Apud cœnam. xvi.

CapitulaQuarti Libri

Sermo qdã Phauorini phi cũ grãmatico iactãtiore factus ĩ socraticum modũ.Atq; ibi iter sermonẽ dictũ qb⁹ uerbis pœnus a.Q.Scæuola definita sit:q; q ea dẽdifinitio culpata:reꝓhẽsaq; sit.Ca.I.In uestibulũ.Fol. xvi.
Quid differãt:& quam uim habeant uocabula ista in edicto ædilium.& ãn eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint.diuersæq; super ea re sentẽtiæ. caput.ii.In edicto. xvi.
Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones ĩ urbe Roma ante Carbilianum diuortium. Atq; inibi quid sit pellex.caput.iii.Memoriæ traditum. xvii.
Quid Ser.Sulp.ĩ libro q ẽ de dotibus:scripserit de iure atq; more ueteꝝ spõsalioꝝ.cap.iiii.Spõsalia.xvii.
Historia narrata de perfidia aruspicum etruscorum. q; ob eam rẽ uersus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est.Malum consilium consultori pessimum.caput.v.Statua Romæ. xvii.
Verba ueteris senatusconsulti ista: quod decretum ẽ hostiis maioribus expiãdum : q; ĩ sacrarium hastæ Martiæ mouissent.Atq; ibi enarratum qd sint hostiæ succidaneæ.quid item tempora præcidanea.& quid Capito Atteius ferias quasdam præcidaneas appellauit.caput.vi.Vt terram. xvii.
De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellũ scripta:super accentu nominum quorundam puni corum.caput.vii.Valerius. xvii.
Quid.C.Fabritius deCornelio Ruffino hoie auaro dixerit.quẽ quũ odisset inimicusq; eẽt:designandũ eũ cõsulẽ curauit.caput.viii.Fabritius Lucius. xvii.
Quid significat proprie religiosus:& in quæ diuerticula significatio istius uocabuli flexa sit. & uerba nigidii figuli ex commentariis eius super ea re sumpta.caput.ix.Nigidius. xvii.
Quid obseruatũ de ordie rogandaꝝ sniaꝝ: iurgioꝝ quoq; ĩ senatu.C.Cæsaris cõsulis : &.M. Catõis diẽ dicendo eximentis.caput.x.Ante legem. xvii.
Quæ qđaliaq; sint:quæ Aristoxenus q̃si magis comperta de pythagora memoriæ cõmendauit.& quæ Plutarchus in eundem modum de eodem pythagora scripserit.caput.xi.Opinio. xviii.
Notæ & aĩaduersiones cẽsoriæ ĩ ueteribus monumẽtis reptæ mẽoriæ dignæ.caput.xii.Siqs agrũ xviii.
Qđ ĩcentiones quædã tibiaꝝ certo mõ factæ ischiacis mederi possunt.caput.xiii.Creditũ xviii.
Narraẽ historia de hostilio mancino ædili: & manulia meretrice . uerbaq; decreti tribunoꝝ : ad quos a manulia ꝓuocatũ est.caput.xiiii.Quũ libꝝ xviii.
Defensa a culpa sententia ex historia Salustii:quã inimici antea cum in sectatione maligne repræhenderunt.caput.xv.Elegantia xviii.
